



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

The gift of

Georgina Lowell Putnam

 HARVARD COLLEGE LIBRARY

ALBERT ÉS ERZSÉBET

Károly Kornis



298
88

HUNYADIAK KORA

MAGYARORSZÁGON.

ÍRTA

GRÓF TELEKI JÓZSEF.

10

"
"
TIZEDIK KÖTET.

*Albert király és Erszébet királyné ifjúkori aczélmetszetű
képeivel, és hét hasonmással.*

PESTEN,
EMICH GUSZTÁV KÖNYVNYOMDÁJA.
M. DCCC. LIII.

~~Aus 81852.3~~

Harvard College Library
July 1, 1914.
Bequest of
Georgina Lowell Putnam

Aus 82119.2 (10)

HUNYADIAK KORA.

TIZEDIK KÖTET.

OKLEVÉLTÁR.

I.

A kolosmonostori convent bizonyságot tesz az erdélyi birtokos nemesség és felzudult jobbágyai között kötött barátságos egyezkedésről, jul. 6-dikán 1437.

Conventus Monasterii Beate Marie Virginis de Klus-Monostra, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presentium notitiam habituris, salutem in nomine Salvatoris. — Ad Universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod Nobiles viri Ladislaus filius Benedicti de Farkas, alter Ladislaus filius Gereu de Zamusfalva, Benedictus de Suk et Dionisius de Farnas, per Universitatem Nobilium ab una, parte vero ab altera — providi viri Ladislaus Biró, Vincentius Judex, et Ladislaus Bana, Egregii Ladislai filii Johannis Bani de Maróth in Alpréth, et Antonius Egregii Déseu de Losontz Jobbagiones in Magyar Bogáth commorantes, per Antonium Magistrum et Gallum in Kend, Thomam Magistrum in Zéék, Johannem filium Magistri Jacobi in Kluswár ex Hungarorum — et Ladislaum filium Galli in Anthus residentes Capitaneos et Belligeros, — nec non Paulum Magistrum de Vajdaháza Vexilliferum Universitatis Regnicalarum Hungarorum et Valachorum hujus Principatus Transylvanie, et pereandem Universitatem ad infrascripti effectui deducenda electi, coram nobis personaliter constituti parili voce et

unanimi relatu detexerunt et confessi sunt in hunc modum : quod quamquam predicta Universitas Hungarorum et Valachorum in his Partibus Transylvanie et quorumcumque possessionibus commorantium , tum pro eo ; quia Reverendus in Christo Pater Dominus Georgius Lepes Episcopus Transylvanus suas Decimas ex parte ejusdem Universitatis Hungarorum sibi debendas currente moneta vilium Denariorum exigere nolens fere tribus annis ad ipsos accumulando, moderno tempore cum magna et ponderosa moneta extorquere voluisse, ipsos manifeste et indebite pregravando; propter quarum Decimorum non solutionem injuste imposuisset interdictum , sub quo interdicto Parentes ipsorum Patres scilicet et Matres , fratres et sorores , Filios ac Filias , aliosque ad eos pertinentes absque perceptione Sacramenti Eucharistie ac ceterorum Sacramentorum Ecclesiasticorum ab hac luce transmigrantes , extra Ecclesiam ac Cemeterium humi tumulassent , amarissimo corde ac dolore mestissimo ; — ceterum Sorores ac Filias eorum contra statuta ac ritum Sancte Romane ac Universalis Ecclesie observandum , ab Ecclesia minime observatum maritassent , seu nuptui tradidissent , — dein item quia per ipsorum Dominos terrestres vclut emptitii in gravem servitutem fuerint redacti , — cum enim de aliquorum possessionibus ad alia loca se transferre voluissent moraturos , rebus et bonis eorum etiam omnibus spoliatis abire minime permitterentur , et omnibus eorum Juribus libertatum privati penitus oppressi et importabilibus oneribus aggravati , — pro reacquirendis et reobtinendis pristinis libertatibus , per Sanctos Reges cunctis hujus Regni Hungarorum Incolis datis et concessis , importabilibus onerum sarcinis depnendis et abjiciendis maturo inter se initio Consilio in montem Bábolna in territorio possessionis Alpréth predicte adjacente convenientes , super eorum negotiis maturius deliberando , missis nuntiis ab ipsorum Dominis in dictis libertatibus Sanctorum Regum se conservari et a jugo intolerabilis servitutis colla eorum exsolvi humillime et devote supplicarunt . — Hujusmodi ipsorum supplicationibus iidem Domini ipsorum obtusis auribus non accedentibus , sed prefatis nunciis eorum per Magnificum Ladislauum Chaák Wayvodam Transylvanie detineri jussis et truncari et dimembrari , — cum ejusdem Wayvode , Lorandi Vice Way-

vode ipsorum et **Magnificorum Henrici de Thamasi et Michaelis Jakch de Kusal Comitum Siculorum auxiliis Belli certamine insilentes**, se ipsis opposuissent, et inito conflictu, multi ex utraque parte corruentes interiissent, tandem Omnipotentis Dei anaente Clementia ex eorundem Nobilium ac Regnicolarum seu Populorum Universitatibus certorum Deum timentium Nobilium et proborum virorum per Gratiam Spiritus Sancti illustratorum cordibus ad faciendam pacem inter partes se interponentium mitigatis, et sedatis ipsius belli certaminibus ad totalis pacis et concordie devenissent unionem, quod se se mutuo et eorum alterutrum super universis, et quibuslibet interfectionibus ac mutilationibus, dimembraitibus, ceterorumque malorum generibus per eos sibi ipsis alternatim factis, et irrogatis expeditos, quietos et per omnia absolutos committentes, talem unanimi voluntate fecissent ordinationem et dispositionem sub gravimine fractionis fidei inter se inviolabiter observandam, hoc principaliiter declarato: Quod ipsi cum subscriptis eorum dispositiobibus, Deo et ejas Justitie, ac Sancte Matri Ecclesie, Sacreque Sancte corone, nec non Serenissimo Domino ipsorum Naturali, Domino Sigismundo Dei Gratia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie etc. Regi, Juribusque Regalibus in nulo prejudicare intendentes, sed omni fidelitate servata — solum libertates ipsorum dudum a Sanctis Regibus concessas, nunc vero diversis superinductis abusionibus notabiliiter oppressas et omnino abolitas, reassumere satagentes laborassent ipsi Incole; Regni Dominis ipsis scilicet Nobilibus seu Ecclesiasticis personis in qualicunque dignitate constitutis et preminentibus rebellare, et malum inferre eisque nocere noluissent, imo nec attentaverint in futurum, — et quam ex variatione monetarum Denarii pro tempore currentium non solutione Decimarum Episcopaliū dum se (inter) contrarietas, et discordie ac periculo premissa facta fuissent et enata, pro precavendis in futurum talibus periculis et vitandis disposuissent, et ordinassent: quod a modo in futurum in solutione ipsarum Decimarum Episcopaliū pro viginti Capeciis unum florenum aut centum Denarios pro tempore currentes, ipsos florenos auri equivalentes dare, et solvere teneantur, tempore autem dictionis ipsarum Decimarum Episcopaliū Decimator eorundem

familiaris et fantor Nobilium dicare non valeat ; nonas autem frugum et quorumcunque Bladorum sive seminum vel vinorum nullus omniuo Magnatum , Nobilium et virorum Magnificorum aut quorumcumque hominum tam a propriis Jobbagionibus quam extraneis terrarum vel vinearum cultoribus de cetero accipere nulla tenus presummat. Illi vero qui in tenutis aliorum Dominorum vineas seu terras habere dignoscuntur , de vineis terragium consuetum, de terris arabilibus censem seu proventum solitum solvere teneantur. Quum dein omnis violenta predatio et opresio Incolarum Regni ex eo oriri videbatur , ut qui voluissent se alias transferre moratueros, etiam spoliati abire non permittenbantur, ideo ordinassent, ut universi et singuli libere conditionis homines justo ipsius deposito terragio , suisque debitibus persolutis, quocunque maluerint liberam et securam se transferendi habent facultatem. Si quis autem Nobilium tales Jobbagiones alias ire volentes, calumniare et in eorum rebus damnificare vellet, tunc Comes Provincialis cum tribus marcis deducere teneatur. Illi autem, qui pro eorum excessibus judicio aut terragii depositione convenientrentur, non alias nisi expurgati abire valeant, — Jobbagiones vero clam, terragio minime deposito recedentes , seu a facie Juris et Justicie se absentantes , Dominus eorum juridice, Juris Regni consuetudine, a suo Judice ordinario repetat, suo proprio, ac aliorum duorum Juramentis clam recessos, seu a facie Juris absentantes comprobando. Item ordinassent quod de rebus illorum — qui absque sobolis solatio, uxore remanente — decessissent, Dominus Terrestris non plus, quam unam pecudem triennem recipere valeat, et omnes res sic decedentium ad uxores et consangvineos eorum, si quos habuerint, condescendant. Si qui vero uxore, heredibus ac consangvineis forent destituti, de rebus et bonis eorum, quibus maluerint, testamentum facere valeant; et tallum Testamentum Domini Terrestres mutare non valeant , illorum autem res, qui uxore, prolibus et consangvineis careant et absque Testamento decederent, Domini Terrestes possideant, — ordinassent etiam et firmiter observandum statuisserent, quod singulis annis perpetuis futuris temporibus semper ante Festum Ascensionis Domini de quibuslibet villis et possessionibus ac Oppidis duo senes, animo sagatores et fidedigniores, una cum prefatis Ca-

piteneis, vel aliquibns saltem eorum, ant aliis pro tempore con-
 stituendis, ad predictnm montem Babolna convenient, ibique
 iidem Capitanei vel alter eorundem ab eisdem senibus inquirere
 et investigare valeat, utrum Domini eorum ipsos in eorum li-
 bertatibus conservaverint, aut non, et si aliquis Nobilium premis-
 sam ordinationem cum infrascriptis clausulis in toto vel in ali-
 qua parte violasse; et eisdem contrarium fecisse repertus fuerit,
 perjurus habeatur, et ceteri nobiles ab illius defensione se reti-
 neant, et retrahant. Item in censibus solvendis, muneribus dandis,
 servitiis exhibendis ordinassent; quod si Literas Sancti Ste-
 phani Regis, aut successorum eiusdem in quibus libertates et
 Statuta habentur ab Imperiali Majestate possent impetrare, cen-
 sum annualem solvere, munera dare et servitia exhibere hoc
 modo teneantur; quod pro censu annuali quilibet Jobbagio-
 num decem Denarios pro tempore currentes, non plures, in
 Festo Sancti Stephani solvere teneantur.— Pro muneribus autem
 eorum talibus Dominis Terrestribus qui molendinum, seu
 molendina haberent, in Festo Nativitatis Domini unum cubulum
 avene et duas tortas, in Pasca similiter duas tortas, et in Festo
 Patroni Ecclesiarum similiter duas tortas et unum pullum dare
 teneantur. — Iulis autem Dominis qui molendina non haberent
 in Festo Nativitatis Domini unum cubulum avene, et similiter
 duas tortas — et in predictis aliis Festivitatibus alia ut prenar-
 rantur dare debeant, in servitiis vero exhibendis una die falcare,
 aut metere, et obstacula molendinorum relevare, suoque more
 alias consveto in debita structura conservare teneantur. Item
 Decimam seu alium censem porcorum et apum, sicuti in aliqui-
 bus tantam temporibus, signanter sub castris tam ab Hungaris
 qnam a Valachis huc usque exigebantur, et censem vulgo Ako
 appellatn Dominis Terrestribus nemo solvere teneatur. Item in
 locum Camerarii Salium Regalium justa et consveta servitia Re-
 gie Majestatis Jobbagiones in eisdem locis Camerariis residenti-
 bus semper fideliter exhibere debeant, ad coacta autem servitia,
 tam in salibus quam aliis oneribus deferendis Camerarius eos-
 dem violenter compeliere non presumat. Item idem Camerarius
 vina non in aliis domibus vel locis, quam in propria domo Ca-
 mere propinare valeat, et tempore propinotorum vinorum suo-

rum , alios a propinazione vina propinantes interdicere non valcat. — Item hoc declarando statuunt, quod si, in Literis Sancti Stephani Regis seu tenoribus earundem totales constitutiones, et ordinationes consuetudinis expresse non habentur, — sub quibus ipsi Regnicole sub Dominis constituti remanere debeant, ex tunc ipsi Regnicole ex se ipsis dictos fidedignos , et Deum timentes atque in gremio sagaces eligere debeant, — qui electi una cum ceteris et probis Nobilibus per Universitatem Nobilium ad id eligendis, simul considentes, et super his mature tractantes disponant et ordinant in quibus ritibus et consuetudinibus perpetuis temporibus tan ipsi, quam successores eorum pacifice et quiete valeant permanere. Item statuissent et ordinassent ac irrefragabiliter observandum commisissent, ut quacunque exercitualis Expeditionis necessitate superveniente , prefati Domini Episcopos, Wayvode et Comites Siculorum atque Regnicole seu alii cuiuscunque status et conditionis homines, qui exercituare tenebuntur, victualia necessaria hoc modo recipiant, — quod tempore estivali in campo , tempore hyemali in villis seu civitatibus descendant , et Ductor Belli seu Capitaneus Villicos circum jacentium Possessionum vel Judicem Civitatis ad se convocare , et super eo , quod victualia Foro seu precio chariori vendere non permittant, nec aliqui presummant — jurare faciat et sic exercituantes ipsa victualia justo precio estimato et non violentia ac defalcato valore, sicuti huc usque fecisse perhibentur — emant, et in quantum ipsa victualia inveniri possunt non abnegentur et abunde administrantur ; — voluissent etiam et ordinassent, quod Barones qui juxta preceptum Regium et dispositionem Regie Mattis proutitione Regni Banderia sua semper prompto apparatu habere tenentur, et certos exploratores atque fideles conservare, in futurum tales exploratores teneant, et ipsos Regnicolas pro incerto exercitualiter consurgere non adstringant, et per frivolas et vanas, atque ficticias novitatum adinventiones Regnum et Regnicolas non opprimant. — Item ordinassent et commisissent ut quisunque et ubicunque quispiam Nobilium, in qualicunque animi sui merore, seu indignatione interfectiones, seu verberationes, aut sangvinum effusiones prenarratas Jobbagionibus suis, aut extraneis premissis factis interessentibus exprobrandi, vel

vindicandi animo in facie opponeret, et hoc administrus duobus aut tribus testibus idoneis legitime comprobari posset, ex tunc talis fidefragus, sive perjurus habeatur et Regni Nobiles a defensione eiusdem se abstrahant; e contrario si etiam quicunque ex Jobbagionibns ipsorum Nobilium tam propriis Dominis, quam aliis Nobilibus se extollentes hoc idem facere attentarent, aut previa ratione contra eosdem Nobiles insurgerent, et in eos modo simili dnobus aut tribus testibus comprobarent, in Capitali sententia et amissione omnium bonorum convincantur ipso facto. — Item firmiter inhibendo commisissent, ut nullus ex Universitate Nobilium prenominatos Capitaneos et electos homines, aut quospiam ex eorum Universitate, ratione premissa, motivoque ullo unquam tempore, impedire, perturbare, molestare, et damnificare et eis quoquo modo nocere presummant, aut quoscunque Domini Wayvode et Comites Siculorum seu Dominus Episcopus, nec non Lorandus Vice Wajvoda, vel Comites provinciales, sive quicunque alii cujuscunque status et dignitatis, ac preminentie homines, et quecunque forsitan inducti ingenio contra prenatos Capitaneos, ipsorumque Universitatem, aut quempiam ex ipsis insurgere attentarent, et eis nocere vellent, ex tunc perjuri habeantur, et ipsa Universitas Nobilium seu aliquis ex ipsis penes eosdem Dominos Wajvodas, Comites Siculorum, Dominum Episcopum, Lorandum Vice Wajvodam, aut alios quoslibet adstare, et eisdem auxilium ferre, non presummant, in contrarium vero facientes perjuri habeantur. — Commisissent etiam ut Decimas Episcopales aliquibus annis non solutas, cum quinque Denariis nunc currentibus, videlicet pro viginti Capecys centum Denarios, quinquagesimas vero Regali juri dicatas, prout est dicata, non exspectando relationem a Regia Majestate super alleviatione ejusdem, exsolvant. Statiuissent preterea et firmiter observandum ordinassent; ut si Litteras Sancti Stephani Regis, aut earum tenores sub sigillo Regie Majestatis, aut Domini Palatini, sive Comitis Curie Regie Majestatis, vel alterius Capituli, nuncii Nobilium et Regnicolarum ab ipsa Regia Majestate obtinere et apportare voluerint, — ex tunc prescriptis constitutionibus et ordinationibus cassatis, et annihilatis juxta libertates, per ipsum Sanctum Regem Stephanum concessas — — —

Litterasque super eisdem emanatas, aut in quibus tenores earundem continentur, invenire et habere non possent, — ex tunc prenotate constitutiones, seu decretationes cum constituendis, ut premittitur, et decretandis in eorum vigoribus perpetuis futuris temporibus permaneant irrevocabiliter valiture. — Tali obligatiōnis vinculo interposito, ut si que partium predictarum Universitatum Nobilium scilicet et Regnicolarum, vel quivis ex iisdem Universitatibus singularis videlicet persona, in premissis omnibus, aut premissorum aliquo articulo, vel aliquibus articulis persistere nollet, aut quoquo modo retractare attentaret, ex tunc talis ipse, vel quispiam ex ipsis, contra partem alteram in premissis perseverantem fidefragus habeatur, et Regnicole a defensione talium se retineant et abstrahant, — adque omnia premissa et premissorum singula, prenominati Ladislaus filius Benedicti — alter Ladislaus filius Gereu, — Benedictus de Suk, et Dionisius de Farnas se personaliter — dictorum vero Nobilium Universitatem auctoritate per eandem ipsis concessa, — annotati vero Ladislaus Biro, Vincentius Judex, Ladislaus Bana et Antonius se similiter personaliter — memoratos vero Capitaneos, seu Belligeros et Vexilliferum eorum, ipsorumque Universitatem auctoritate modo simili ipsis concessa obligarunt coram nobis; — in cuius rei memoriam firmatatemque perpetuam presentes Litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas. — Datum Sabathō proximo post Festum Visitationis Beate Marie Virginis. — Anno Domini millesimo quadragesimo trigesimo septimo.

II.

Albert magyar kírdly tudósítja idősb Fridrik osztrák herczeget, hogy ő és felesége Erzsébet a közelebbi újév napján Fejérvárt megkoronázatott. Buda, január 9-kén 1438.

Dem Hochgeboren fürsten unserm lieben Vettern Herzog Fridreichen dem Eltern Herzogen ze Österreich etc.

Albrecht von gotes gnaden König ze Vngern Dalmacien vnd Croaciens herczog ze Österreich vnd Markgraf ze Merhern etc.

Hochgeborner Fürst, und lieber Vetter. Als wir deiner lieb am nächsten haben verschriben, wie wir, vnd die Irleucht fürstinn fraw Elisabeth, vnser liebe Gemahel, wern zu König, vnd Königin, ze Vngern erwelet worden. Verkündern wir, deiner lieb aber zu sundern frewden, daz wir vnd die egenant vnser liebe Gemahel, nu nachst an dem Ebemweichtag, in gegenwärtikait vil Prelaten, Lantherren, vnd Inwonern des Königreichs ze Vngern, zu Weissemburg, von gab, vnd verhenngnuss vnsers herren Jesu Christi gekrönet worden sein, an all intrag, vnd widerwertikait, des wir got den almechtingen innicleich loben, vnd seinen götleichen gnaden pilleich dankhen, So ist vns heut ain schreiben von vnsern Reten, vnd diern die wir gen Prag zu der Lanntschaft ze Behem haben gesannelt, kömen, desselben briefs abschrifft wir dir sennden hieinn beslossen *), daran du wol magst vernemen, wie vnser sachen daselbs ain gestalt haben, vnd geschikhet sein, das alles verkünden wir deiner lieb, aber in sunderm wolgetrawn, vnd zu sunderleichen frewden, wan wir zweyfeln nicht, wenn du das vernemest, du emphahest dauon mitsampt vns freude, vnd guten mut, wan wir ye desgeleichen widerumb frewd, vnd gutn mut gewinnen, so wir hörn, vnd vernemen, daz es deiner lieb, in deinen sachen gelükleich, vnd nach deinem willen geet, als das wol pilleich ist, vnd wie sich vnser sachen verrer werdent schikken, wellen wir deiner lieb auch zewissen tun. Geben zu Ofen, an Phincztag nach sant Erhartstag. Anno etc. Tricesimoctavo, vnserr Reich des Vngri-schen etc. in dem ersten Jare, —

comissio propria domini
Regis facta in consilio.

A csász. királyi titkos levéltáróból.

* Sajnálni lehet, hogy ezen melléklet nincs meg.

III.

A kartausiak nagyobb házának perelje és közönséges káptalanja az ifiabb Fridrik osztrák herceget részesítí szerzetének minden akármi módon szerzett, vagy szerzendő érdemeiben. Május 14-dikén 1438.

Illustrissimo principi Domino Friderico Juniorj duci Austrie, Styrie etc. Humiliimi sui Capellani, Fratres Franciscus prior maioris domus Cartusie Ceterique diffinitores capituli generalis. Salutem eternam et orationum suarum in domino suffragium salutare. Licet lex divine pietatis nos omnibus astringat. Illis tamen amplius et specialius obiigamur, quorum erga nos et ordinem nostrum caritatis et benigitatis affectum lacius experimur. Vestre proinde excellencie dignitatem ad instantiam quidem supplicem capellanorum vestrorum, Johannis Maurbacensis et Friderici Gemnicensis domorum vestre fundacionis priorum, carissimorum fratrum nostrorum, nunc in eisdem partibus etiam visitatorum. Ipsorumque conuentum. Necnon dilecti fratrī nostri Cristofori prioris in Seycz. ipsiusque conuentus. In nostrarum orationum participium recipimus per presentes. Ita ut quidquid per nos et posteros nostros in omnibus domibus ordinis nostri presentibus et futuris, sive in missarum celebracionibus, aut alijs pijs et religiosis exercicijs operari dignabitur nostri clemencia saluatoris vestre illustrissime dominacionis personam velimus esse participem semper in vita vestra pariter et in morte. Concedentes insuper vestre dominacioni de gracia speciali, post diem obitus vestri quem omnipotens deus felicem faciat et beatum longis per plus indultis spacijs bone vite. In qualibet domo ordinis nostri, Tricenarium defunctorum. Vna cum assotiatione anniuersarij more ordinis solito. Et signanter plenum monachatum cum psalterijs in provincia alamanie superioris. Datum sub sigillo maioris domus cartusie predicte. In testimonium premissorum. Anno do-

mini Millesimoquadrungentesimo trecesimo ottauo. Sedente nostro capitulo generali die xiiij mensis May.

A csász. királyi titkos levéltáróból.

IV.

*Albert kirdly Pachel Péternek , valamint János és Zsigmond
fiainak némelly idegen borok szabad behozatalára , kimérésére,
eladására engedelmet ad (kivonatban). Prága, julius 10. 1438.*

(Albertus)

Item data est libertas petro pachel Johanni et Sigismundo
dicti petri filiis , quod possunt sequi et adducere ad Curiam
Regalem cum vino Italico videlicet Malmasia Romania Rivolia
Muscatella aliisque Italicis vinis , Et quod ipsi et ipsorum fa-
miliares presentium ostensores huiusmodi vina in Imperio sacro
ac Regnis Hungarie et Bohemie ac terris eisdem regnis subie-
ctis sine exactione pecuniarum libere propinare emere et ven-
dere et sine impedimento et contradictione officialium Curie et
aliorum quorumcumque possint, Et ipsi per terras dominia te-
nuta districtus Civitates Castra Opida villas et alia loca tam
per terram qnam per aquas, absque aliquali solucione theloni
tributi tricesime mite aut alterius cuiuscumque exactionis
genere , omnique impedimento remoto transire stare morari
et redire tociens quo ciens opus fuerit, ducere possint etc. Da-
tum prage Anno etc. XXXViij. die X mensis Julij (Anno do-
mini MCCCCXXXViij).

D. Schawberg
hermannus.

(Reichsregistratursbuch M. fol. 11. a.)

A csász. kir. titkos levéltáróból.

V.

Albert király megint Pachel Péternek és fiainak tíz évre engedelmet ad, hogy évenként egyszer tíz lovat Magyarországból ki-, és négy málha posztót az említett országba, vagy az osztrák fejedelemségebe béríthessék minden harmincadvélkül. Prága , julius 18. 1438.

Albertus etc. vniuersis et singulis etc. venerabiles illustres Nobiles et fideles Dilecti Quia providis viris petro pachel necnon Johanni et Sigismundo pachel eiusdem petri filiis fidelibus nostris dilectis, presentium exhibitoribus propter fidelia et accepta Servicia nostre Maiestati per eosdem ad presens exhibita et infuturum eo fervencius exhibenda hanc duximus graciam faciendam specialem quam eciam eisdem auctoritate nostra Regia facimus presentium per vigorem, videlicet quod prefati petrus Johannes et Sigismundus aut vnum ipsorum semel in anno duntaxat, a die date presentium usque ad decem annos sese continue sequentes computando, decem equos extra regnum nostrum hungarie absque aliquali solucione pecuniaria facienda ac sine impedimento et quorumcumque tricesimatomrum Mutariorum et tributariorum et aliorum officialium in regno nostro hungarie existencium contradiccione libere et secure educere valeant atque possint, Insuper ex vberiori nostra gratia predictis petro Johanni et Sigismundo indulsimus et presentibus indulgemus ut ipsi aut vnum ipsorum similiter semel in anno duntaxat, in prefatis decem annis sese ut premititur sequentibus et a die date presentium computandis quatuor ballass cum panno ad ducatum nostrum Austrie vel ad regnum nostrum hungarie prout ipsis expediens fore videbitur, absque aliquali solucione Mutariorum tricesimatorum tributariorum et aliorum quorumcumque officialium in predictis regno nostro hungarie aut ducatu Austrie existencium contradiccione libere et secure adducere valeant atque possint, sic tamen quod pre-

dictis decem annis completis prefati petrus Johannes et Sigismundus huiusmodi gracia non ntantur, Idcirco vobis omnibus et cuilibet vestrum, eosdem petrum Johannem et Sigismundum aut vnum ipsorum sincero recomendamus affectu desiderantes, vobisque precipientes mandamus Quatenus ipsos aut vnum ipsorum in huiusmodi gracia non impediatis, sed eosdem prefatos decem equos extra prefatum regnum nostrum hungarie sicut promittitur educere et quatuor Ballas cum pannis ad ducatum nostrum austrie vel ad regnum nostrum hungarie semel in anno duntaxat absque solucione theloni tributi tricesime mite aut alterius cuiuscunq; exaccionis genere omniq; impedimento remoto libere et secure adducere permitti faciatis, secus in premissis non facturi prout nostram indignacionem gravissimam volueritis arcus euitare Datum prage sub appenso die XVij. mensis Julii anno etc. XXXVij. (1438.)

(Reichsregistratursbuch M. fol. 11. a.)

A csász. kir. titkos levéltáróból.

VI.

Albert király Ragusa városának Zsigmond által octob. 28. 1387. adott minden szabadalmait megerősítvén, e selett azt arról is biztosítja, hogy királyi bérre soha sem fog elidegenítetni, hanem azt mindig egyenesen a királyi kincstárba fizetheti be. Prága, julius 30. 1438.

Commissio propria domini Regis.

Nos Albertus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, ac Dux Austrie etc. Presentis et postere etatis hominum noticie harum tenore volumos fieri manifestum Quod quamquam celsitudinis Regie sue dignitatis suadente officio, ut plurimum interesse dinoscatur ad cunctorum suorum fidelium honesta desideria propensius inclinari eorumque votis suam beniuolenciam ad-

aptare, Longe tamen fortius , accurciusque et celerius illorum postulatis exaudicionis consuevit gracia obuiare, quos diuersis aduersitatum impulsibus agitatos , in actu fidelitatis continuos varietas obsequiorum comperijt et laboris indefessi assiduitas Regij fauoris dignos evidenti omnium iudicio comprobavit, Sane venientes in presenciam nostre celsitudinis fideles nostri Nobiles et Egregii Johannes de Gondola Michael Marini de Restis, et Jacobus de Georgio, Cues nostre Ciuitatis Ragusiensis, Ambasiatores scilicet et Nuncii solempnes Communitatis eiusdem Ciuitatis, nobis, in eorum, ac ipsius Communitatis nominibus, exhibuerunt et presentarunt quoddam transscriptum litterarum seu priuilegii quondam Excellentissimi recolende memorie principis, domini Sigismundi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Hungarie Bohemie etc. Regis , patris nostri carissimi , anno primo Coronacionis sue , in Regem hungarie confectarum quibus scilicet mediantibus , ipse quondam dominus Sigismundus Imperator et Rex, priuilegia antiqua , super limitacionibus libertatum, consuetudinum prerogativarum constitutionum et statutorum ipsius Comunitatis emanata, dignoscitur confirmasse, Quodquidem transscriptum nobis ut premisimus exhibitum, vt eidem , sed et pretactis literis, dicti quondam domini Sigismundi Imperatoris originalibus , eidem verbotenus insertis eo efficacior fides adhibeat, duobus Sigillis, uno Archiepiscopali, et alio Capituli , loci pretacti cum certorum Notariorum publicorum subscripcione , fuerat consignatum , tenoris subnotandi, Suplicantes Serenitati nostre prefati Ambasiatores, in ipsis, ac dicte Comunitatis , personis , humiliter et deuote, ut huiusmodi literas antefati quondam domini Sigismundi Imperatoris et Regis , in pretacto transscripto denotatas ratas habendo atque gratas huiusmodique transscriptum literis nostris priuilegialibus verbaliter inserificiendo pro eisdem perpetue valituras , dignaremur confirmare , Cuiusquidem transcripti tenor per omnia sequitur in hec verba H o c e s t e x e m p l u m Cuiusdam priuilegii Regii , cui ad cordulas serici , appensa est bulla rotunda Regia , in cera Alba , in qua ab uno latere sedet Rex coronatus , in Catedra , ab alio latere est Crux dupplicata, sculpta in scuto , Cuius Tenor de verbo ad verbum talis est,

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croatie Rame Serie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex, ac Marchio Brandemburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, necnon Bohemie et lucemburgensis heres, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatorem, Quoniam Rex magnus dominus super gentes suas, Is digne fari potest, qui multitudine populorum gratulatur, vt pacis pulcritudine et quietis tranquillitate sedeat Civitas plena populo et vita oppulenta perfruatur Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire, quod fideles nostri prouidi et sapientes viri Junius de Sorgo, et Marinus de Bona, Cives Ragusienses, Ambasatores scilicet et Nuncij fidelium nostrorum de Ragusio, suis et eorundem Conciuum suorum Ragusiensium, in personis, nostrum Regalem adeuntes conspectum, nobis exponendo declararunt, quomodo ipsi non nullas haberent literas, olim serenissimorum principum dominorum Ludovici Regis, patris et Elizabeth matris, beatarum recordacionum, ac Marie dicti Regni Hungarie Reginarum, Consortis, videlicet nostrarum carissimarum priuilegiales, super limitacione libertatum, consuetudinum, prerogativarum, constitucionum et statutorum eorundem, facta confectas, Sed easdem tum propter imcapacitatem temporis instantis tum etiam ratione discriminium et longam viarum distanciam, in specie nobis transmittere et apportare minime valuissent, Supplicantes nostro Regali culmini humotenus prouoluti, ut intuitu fidelium seruiciorum ipsorum predictas literas dictorum quondam dominorum Ludouici Regis, Elizabeth ac Marie Reginarum priuilegiales, ratificare, ac pro ipsis et eorum successoribus perpetuo valituras, nostro dignaremur perempniter priuilegio confirmare Nos itaque considerantes fidelitates et fidelium seruiciorum laude digna merita, que ijdem fideles nostri Ragusienses, primitus ipsi olim domino, Ludouico Regi patri, et Elizabeth matri, necnon Marie Reginis hungarie Consorti nostris percaris, ac tandem nobis, solium et sceptra regiminis eiusdem Regni feliciter fauente domino adeptis et sollempniter gubernantibus, summa cum diligencia, semper in pura fidelitatis constancia nobis te nostro sacro diademati obseruanda perseverando signan-

ter in vigili custodia ipsius Ciuitatis , nostre impenderunt, et ad-huc anhelant exhibere , humilimis et deuotis supplicacionibus eorundem fidelium nostrorum Ragusinorum benignitate Regia inclinati , prenotatas literas predictorum dominorum Ludouici Regis et Elizabeth ac Marie Reginarum , super dicta limitacione ipsarum libertatum, consuetudinum , constitucionum , et statutorum eorundem, Juste et legittime confectas , quo ad omnes suas continencias, clausulas, articulos, et puncta, ratificamus ac easdem presencium literarum nostrarum priuilegialium patrocinio mediante pro ipsis et eorum successoribus, perpetuo valituras, confirmamus, Et vt prefati fideles nostri Ragusienses, respectu suorum famulatum, se senciant Regia remuneratione premiatos, Ceterique ad fidelitatis obsequia nobis obseruanda diligentius animentur , de fidelibusque fideliores efficiantur, Volentes ipsos maiorum libertatum prerogatiuis decorare, Similiter ad ipsorum supplicacionem, eisdem annuimus, fauemus, et consentimus gracie, vt ipsi et eorum successores, quemadmodum alias , sic et nunc, ac deinceps, perhempnis in temporibus, Juxta antiqua statuta, et consuetudines ipsius Ciuitatis nostre, Rectores et Judices, nobis tamen et Sacre Corone nostre fideles, inter se eligendi, conseruandi, ac deponendi, terrasque seu territoria ab hominibus terrarum Bozne et Rascie pro utilitate ipsorum et dicte Ciuitatis nostre, Saluis tamen terris quas ceteri Reges hungarie predecessores nostri tenuerunt et possiderunt, precio comparandi , et alio quouismodo acquirendi, et in vsum ipsorum ac comodum dicte Ciuitatis nostre applicandi, annexendi appropriandi, et perpetuo conseruandi necnon censum ipsorum annualem solito more ex parte eorum nobis prouenire debentem , per certos eorum homines , nobis , et ad nostram Cameram , singulis Annis subsequentibus , semper per totum Mensem Marcij transmittendi, et persoluendi, tutam libera-ram et absolutam, habeant facultatem , In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri duplicitis munime roboratas, Datum Bude per manus venerabilis in Christo patris et domini , domini Johannis Episcopi Agriensis et Electi ecclesie Strigoniensis Auleque nostre et Reginalis maiestatum

Sammiⁱ Cancellarij nostri dilecti et fidelis, Anno domini Millesimotrecentesimo octuagesimoseptimo, quinta Kalendas Nouembbris, Regni autem nostri Anno primo, venerabilibus in Christo patribus et dominis, Valentino tituli sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali et alme ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, eodem domino Johanne Episcopo Agriensi, electo ecclesie Strigoniensis ludouico Collocensi Petro Jadrensi et Vgulino Spalatensi, Archiepiscopis, Ragusiense sede vacante, Johanne Waradiensi, Emerico Transsiluanensi, Johanne Zagrabiensi Episcopis, altero Johanne Boznensi Deme-
 trio Wesprimiensi, Gregorio Nitriensi electis, Johanne Jauriensi, petro Waciensi Johanne Sirmensi, Triguriense similiter sede vacante, Johanne Chanadiensis, Paulo Tininiensis Michaele Scardonensis Johanne Nonensis, Matheo Sibinicensis, Johanne Cartalensis, Nicolao Corbauensis et Johanne Seniensis ecclesiarum similiter Episcopis, Ecclesias dei feliciter gubernantibus, Necnon Magnificis viris Stephano Regni nostri palatino, et Judice comanorum, Ladislao Waywoda Transiluano, comite Emricho bubek Judice curie nostre ladislao de losoncz locius Regni Sclauonie, Stephano de eadem losoncz zewriniensi, dijonsio filio Thome Regnorum dalmatie et Croacie, Nicolao de Gara Machovien, Banis, Nicolao zambo Tauarnicorum, Leustachio de Ilsua Janitorum, Georgio de Chithnuk dapiferorum, Nicolao de peren pincernarum eodem domino Stephano, Palatino Agazonum nostrorum magistris, aliisque quampluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores *Nos igitur prefatorum Ambasiatorum*, antelate Comunitatis deuotis supplicationibus, sublimitati nostre vti prefertur porrectis, benignitate Regali exauditis clementer et admissis pretactas literas annotati quondam domini Sigismundi Imperatoris et Regis prenarrato transscripto, presentibus nostris literis de verbo ad verbum, sine diminuzione, et augmento aliquali, inserto, et transsumpto, omni prorsus suspicione parenti, expresse denotatas quo ad omnes earum continentias clausulas et articulos acceptamus approbamus et ratificamus, easdemque nichilominus, requirente preclare fidelitatis constancia, et famulandi promptitudine, quibus dicta Comunitas diuis hungarie Regibus nostris predecessoribus, se multipharie

gratam reddere studuit Idipsumque ecian*r* in futurum eam facturam non dubitamus, simulcum omnibus libertatibus, et graciarum prerogatiis, eiusdem Comunitatis de mera nostra Regali auctoritate, et potestatis plenitudine, ex certaque sciencia nostre maiestatis pro ipsa comunitate, perpetuo valituras, confirmamus, et nichilominus ex habundanciori nostre liberalitatis dono. ad humilime supplicacionis instanciam pretactorum Ambasiatorum antelate Comunitatis Ciuitatis Ragusiensis, per eos maiestati nostre oblate, eidem Comunitati annuimus et fauemus, ac pro uberiori ipsius alleuiamine decernimus, vt a modo imposterum, Censum eiusdem annum, quem maiestatisti nostre, et fisco nostro Regio solito more soluere, et ad Cameram nostram Regiam, deferri facere obligatur, singulis successuris temporibus, ad huiusmodi nostram et successorum nostrorum Regum Hungarie duntaxat Cameram, et nullipiam alteri soluere, et transmittere, astricta sit et obligata, promittentes nostro et successorum nostrorum Regum scilicet hungarie nominibus, quod neque nos, sed nec dicti nostri successores Reges Hungarie, huiusmodi Censum annum, cuiquam alteri deputabimus, aut in donum trademus, sed deferri faciemus quoquomodo, presencium patrocinio mediante, In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales propter absenciam Sigilli nostri, quo vti Rex Hungarie utimur, Sigillo nostro minori pendentj autentico, quo velutj Romanorum Rex fruimur munimine roboratas, Datum in Ciuitate nostra Pragensi, penultima die mensis Julij Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo octauo.

Gratis ad petitionem domini Regis.

A csász. kir. titkos levéltárból.

VII.

Albert király Ragusa városának megköszöni a neki kül-dött tetemes díjándéköt és azt tudósítja arról, hogy kiéánságait mindenekben teljesítette, hűsége további folytatására felszólítan. Thabor alatti fótanya, aug. 14. 1438.

Nobilibus et prudentibus viris Rectori Consilio et comuni nostre Ciuitatis Ragusij fidelibus nostris grato sincereque dilectis

Commissio propria domini regis.

Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie dalmatiae Croacie etc. Rex, ac dux Austrie etc.

Nobiles et prudentes viri fideles nostri sincere dilecti, Solempnes fidelitatis vestre nuncios, hacuice ad maiestatem nostram, transmissos, grato vultu suscepimus, eosdemque leta facie fumus contemplati, quibus impositam eis legacionem, tam disserte quam eleganter, coram Serenitate nostra exponentibus, ea singula que ijdem vestro nomine, coram nobis vocaliter perorarunt plene intelligentes, largum preclare fidelitatis vestre munus ibidem nobis, vestri parte per eos oblatum, gratanter tulimus ab eisdem, vobis superinde grates condignas referentes, Ecce itaque, ipsos nuncios vestros, in rebus petitis votive expeditos ad vos remittentes, vestram fidelitatem ausamus, vt nedum hacuice verumeciam imposserrum, in singulis quorum vestri parte indigenciam habueritis, vos semper Regali fauore prosequi non desistemus, prout super hijs omnibus, ijdem nuncij vestri plenarie superinde edocti, vobis mentem nostram clarius poterunt explicare, Requirimus siquidem sinceram vestram fidelitatem et rogamus seriose, quatenus ipsam laudedignam fidelitatis vestre constantiam, que illibate hactenus in vobis que ad Coronam nostram viguisse dinoscitur, taliter successu temporis, gratuitis continuationis processibus augere studeatis, quod hec ipsa vestra fidei

vestre sinceritas, in nostre sublimitatis oculis merito appareat commendanda. Datum in descensu nostro Compestri prope Ciuitatem Thabor vocatam parcium Bohemie, in vigilia festi Assumptionis Marie virginis gloriose Anno domini Millesimoquadringtonentesimotricesimo octauo.

A csász. királyi titkos levéltárkból.

VIII.

Albert a VI. szám alatt említett levelét újra kiadja kivált-sági alakban. Budán, sept. 8. 1438.

Nos Albertus dei gracia etc. — Szórul szóra úgy mint a VI. szám alatt ; a végén : In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras, pendentii Secreto Sigillo nostro quo ad presens vti Rex Hungarie utimur munimine roboratas, Datum Bude in festo Natiuitatis beate Marie virginis gloriose Anno domini Millesimoquadringtonentesimotricesimo octauo, Venerabilibus in Christo patribus dominis Georgio Strigoniensi Aule nostre Summocancellario Johanne Colocensi , Anthonio Ragusiensi Archiepiscopis Spalatensi et Jadrensi Sedibus vacantibus petro de Rozgon Agriensis , Johanne de Korthula , Waradiensis Georgio lepes Transsiluanensis Abel electo zagrabiensis, henrico Quinqueecclesiensis , Simone de dicta Rozgon Wesprimiensis Clemente Jauriensis Mathia de Gathaloucz waciensis, dyonisio de zeech Nitriensis, petro Chanadiensis Josepho Boznensis, Jacobo Sirmiensis, Demetrio Chwpor, electo Tininiensis, Vito Carbouiensis Johanne de dominis Segniensis Ecclesiarum Episcopis Ecclesias dei feliciter gubernantibus Sibinicensi Nonensi Scardonensi Traguriensi Makarensi et pharensi Sedibus vacantibus Item magnificis laurencio de hedrehwar Regn

nostri hungarie predicti palatino , desew de losoncz Wayuoda Transsilvaniensi, Comite Stephano de Bathor, Judice curie nostre, Mathkone, et Petro de Tallowcz Dalmacie et Croatiae predictorum, ac eodem Mathkone tocius Sclauonie Regnorum nostrorum, Ladislao de Gara , et Nicolao de wijlak, Machouiensibus Banis, honore Banatus, Zewriniensisⁱ vacante, Johanne de peren Tauarnicorum ladislao et herrico filijs wayuode de Thamasij, Janitorum Michaele orzag de Gwth dapiferorum , Paulo et Johanne Kompolth de Nana pincernarum, ladislao et Simone de paloucz agazonum nostrorum Magistris Stephano et Georgio do Rozgon, prenotata Comitibus nostris posoniensibus, Aliisque quampluribus Regni nostri Comitatus, tenentibus et honores.

A csász. kir. titkos levéltárból.

IX.

Albert király római Pontanus Lajosnak nagy tudománya és érdemei tekintetéből megengedi, hogy tisz alkalmatos és tudományok tekintetéből előre megezsgálandó egyént mind két jogú tudorokká nevezhessen ki. Prága, oct. 2. 1438.

Albertus dei gracia etc. Nobili et Egregio Ludewico Pontano Romano , Lateranensis palacij Comiti vtriusque Juris doctorj nostro et Imperij deuoto fideli dilecto, graciam Regiam et omne bonum, Ciuilis sapiencie professores in quibus docendi discendi et interpretandj floret subtilitas, Illos quorum vita et mores , a propria professione non discrepant , post diuturnos docendi et discendi labores, varijs alicere dignitatibus et honoribus attollere, dignum censuit nostre clemencie Celsitudo, vt tandem pro laboribus quietem pro meritis honorem , pro virtutibus premia consequantur, qui legalis sophie studio se totis temporibus sub-

diderunt. Considerantes igitur celebris illius legalis sciencie adoptatos profectus studentium vtiliter haberj non posse , nisi venerabilium ipsorum doctorum status et numerus Regie dignitatis sollertia incrementis felicibus augeatur , Idcirco habito respectu, ad tui plenam per orbem vulgatam sufficienciam Ingenijque altitudinem , quibus tu morum pulchritudine conspicuu , et vite honestate preclarus coram nostra Maiestate fidi testimoniio manifesto laudaris, vt adeo ciuilia Jura in tue mentis penetralibus cottidiana molitione versentur, quod tui ingeniosa subtilitate et commendabili memoria , et eloquenti facundia sui Latitudiae proficiant vniuersis Tibi ob premissa et tue fidelitatis obsequia, nobis et sacro Imperio exhibita vtiliter et exhibenda jllam libenter facimus graciā per quam tua et aliorum honorancia, et erga nos et sacrum Imperium devocio augeatur , animo deliberato, et certa nostra sciencia, auctoritate Romana Regia , tue fidelitati, plenam damus et concedimus tenore presentium facultatem, Quatenus tu personas decem, etate maturas, moribus graues, et sacrarum legum sciencia adornatas , siue in privilegiatis studijs ad doctoratum accedendi, juxta studiorum ipsorum consuetudines acceperint licenciam, siue non , quas assumptis duobus aut pluribus eiusdem legalis sciencie professoribus, tibi assidentibus quos volueris, post diligens et rigorosum examen , in earumdem sacrarum legum sciencia, sufficientes et ydoneos repereris , super quo tua sit onerata legalitas, tamquam benemeritas, et ampliorj non egentes examine, venerabiles doctores Ciuilis Juris et legalis sciencie, simul uel successiue , dicta auctoritate nostra instituas et eiusdem sacre professionis, celebri militia , militarique decores cingulo, ipsos consorcio ordini numero et milicie doctorum ac professorum legum aggregando adhibitis ceremonijs et solemnitatibus , circa talia seruarj solitis et consuetis, Decernentes et hoc nostro Romano Regio statuentes edicto, vt huiusmodi decem persone, sic per te doctorate seu doctorande, illam legalem et sacram scienciam vbique locorum legere et docere, ac omnibus priuilegijs libertatibus, emunitatibus honoribus Insignijs et gracijs quibus sacrarum legum doctores professores et milites in generalibus et priuilegiatis studijs Germanie seu Italie ad huiusmodi gradum promoti freti sunt hactenus gaudere

et potirj ubique valeant atque possint preſencium sub appenso
minori Datum prage secunda die mensis octobris Anno ut Supra
(M.CCCCXXXVIIJ.)

Ad mandatum domini Regis
Theodoricus Ebbracht.

(Reichsregistratursbuch M. fol. 16. b.)

A csász. kir. titkos levéltárból.

X.

Albert az Ensen felüli osztrák nemességnék és katona-ságnak meghagyja, hogy, miután Ulászló lengyel király Schlesienbe ütött, az osztrák tanácsosai által megszabandó határidőre Laanál jelenjenek meg, onnan hozzá jövendők. Prága, oct. 2. 1438.

Wir Albrecht von gotes gnaden Römischer kunig , zu allen zeiten merer des Reichs, ze Vngern , Behem , Dalmacien , Croaciens etc kunig, Herzog ze Österreich, ze Steir, ze kernden vnd ze krain, Graf zu Tirol etc. Embieten vnsern lieben getrewen u allen Herren, Rittern vnd knechten , ob der Enns wonhaften, den der brief geczaigt wirt, Vnser gnad und alles gut. Wir lassen ew wissen, daz vns meniger potschaft von ettleichen fürsten aus der Slesij, von der Stat Bresla, vnd andern kommen ist , dadurch wir aigentleich vnderweiset sein daz sich der kunig von Polan, vnd a sein bruder, in aigner person, vnd mit mact haben erhebt, vnd nu in der Slesij zu veld ligent, vnd mainent vns von vnsern landen zedringen, darumb vnser vnd derselben vnser land notdurft eruordert , denselben von polan zu widersteen , Also

toris nate, ex eadem domina Barbara procreate, coaptarj, et prouida deputacione applicari, Castrum Zonda nominatum ac Opidum similiter Zonda vocatum, necnon villas waralija Swran, Samsonhaza, Terebes Roznok, Thas, Sambok, Almas, Koka, et Agard appellatas, ad ipsum Castrum spectantes, Item Opidum Tolnawaar, cum omnibus suis pertinencijs preterea Comanos in Insula Beche commorantes, que scilicet et qui omnino alias, apud manus antefate domine Barbare Regine extitisse dicuntur, simulcum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs, necnon Juribus Jurisdictionibus, Tributis prouentibusque Lucricamere nostre Regie, alijsque singulis emolumentis et redditibus quibuslibet, quo-cumque nomine vocitatis, ad pretactas Castrum, Opida possessiones et villas, ab antiquo spectantibus, prefate domine Elizabeth Regine conthorali nostre carissime de vnanimi prelatorum et Baronum procerumque, ac vniuersitatis Nobilium. atque Regnicolarum nostrorum, in presentj eorum Congregacione generali. pro tractandis et disponendis nonnullis rebus et negocijs, comodum et vtilitatem, tutelamque et defensionem Regnorum nostrorum concernentibus, in hac nostra Ciuitate Budensi, ad Maiestatem nostram facta et habita, consilio assensuque et voluntate, dedimus, donauimus et contulimus, ijmmo damus. donamus et conserimus, per eam Juxta suum Libitum, infra vite sue tempora. tenendas possidendas pariter et habendas, Assumentes nostro et Successorum nostrorum Regum scilicet Hungarie, nominibus, presentibusque pollicemur, antefatam dominam Reginam in pacifco dominio prescriptj Castrj Opidorum possessiouum et Comanorum predictorum pertinenciarumque earumdem prescriptarum, contra omnes et quoslibet impeditores, causidicos et actores, intra et extra Judicium semper et vbique tenere conseruare protegereque et expedire, nostris et eorumdem successorum nostrorum Laboribus proprijs et expensis. Saluo semper Jure alieno. Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum Secretum, quo vt Rex Hungarie vtimur, et penes Idem ex vtraque parte. Eciam Sigilla fidelium nostrorum Magnificorum Laurencij de Hederwara predicti Regni nostri Hungarie palatini, ac Comitis Stephani de Bathor Judiciscurie nostre in maiorem Rei efficaciam appensa sunt, Vigore et testimonio litterarum mediante, Datum Bude In festo beati Bar-

nabe Apostoli Anno domini Millesimo Quadragesimo Tricesimo
nono.

A csász. kir. titkos levéltárból.

Jegyzet. A rekesztékbe foglalt szók, melyek a hártya elevődése miatt nem olvashatók, az előbbi adománylevelek után egészítették ki.

XXIV.

Ugyancsak Albert megint az országgyűlés megegyezésével Szeged várát minden tartozandóságaival, mellyről azonban nem mondatik, hogy Barbála özvegy királyné birtokában volt colna, Erzsébet királynénak adományozza, ugyanazon pecsétek alatt. Kelt, mint az előbbiekk, Budán, június 11. 1439.

De commissione propria domini Regis.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac hungarie Bohemie(Dalmacie Croacie etc. Rex)ac dux Austrie etc. Cunctis noticiam presencium habituris notumfacimus in hijs scriptis, Quod cum primaria singularum rerum disposicio, que quibusuis honestate prefulgentibus (actibus competentis ordinis con- gruam) imponit seriem exemplari tradicione, recta ratione moderata a principantum soleat prouida circumspectione prouenire, expedit quammaxime Regali nostre discretioni sic (liberalitatis nostre exercicia circa) dona inter subditos eroganda circumspecta dispensacione moderari, quatenus, et ipsi munificencie actus racionabili clareant in opere, et decens accionis prouisio (ipsius rei edocente ministerio in) debiti ordinis obseruacione commendetur, Si enim ad cuiusvis principis dignitatem Jure debiti pertinere noscatur, suorum subditorum merita remuneracionis semper prosequi beniuo(clencia quanto magis iustiusque et) con-

ueniens honestati consentaneum fore censemus , saniori consilio et salubriori studio, ad ea omnimoda diligencia, acie nostre mentis congrui ordinis sumpto inicio perspicue (attendere, que maiestatis Regin)alis socie nobis diuino munere paritate adjuncte statum respiciunt honorem fouent et quietem subministrant, Talis quippe seriei ordo, in singulis vtilitatis actibus sumopere te(nendus, a prouidencie imitatoribus) traditur vt primum a se atque a pocioribus incipiat et demum in alios prouida dimensione transferatur, hac itaque consideracione permoti pro decenciori conseruacione status ho(noris)ica quoque direccione Curie Se-renissime principis domine Elizabeth Regine hungarie Conthorralis nostre carissime ne sue dignitatis excellencia suo fraudata priuilegio rerum et bonorum temporalium senciat quoquomodo (detrimenta, quin ymmo ut earun)dem copiosam se gaudeat inuenisse vbertatem, matura deliberacione prehabita Castrum nostrum Zegediense ac Opidum similiter zegediense, necnon possessiones seu villas Rezke Bec. h et Chongrad uocatas, ad Idem Castrum spectantes simulcum cunctis pertinencijs et vtilitatibus necnon Juribus Jurisdictionibus Tributis. prouentibusque lucricamere nostre Regie alijs(que singulis emolumentis et redditibus) qvibuslibet quocunque nomine vocitalis, ad pretactas Castrum Opidum possessiones et villas ab antiquo spectantibus prefate domine Elizabeth Regine Conthorali nostre carissime (de vnanimi Prelatorum et Baronum) procerumque ac vniuersitatis Nobilium atque Regnicolarum nostrorum in presenti eorum congregacione generali, protractandis et disponendis, nonnullis rebus et negocijs comodum et vtilitatem tutelamque et defensionem) Regnorum nostrorum concernentibus in hac nostra Ciuitate Budensi, ad maiestetem nostram , facta et habita , consilio, assensuque et voluntate dedimus, donauimus et contulimus, ymodam(us) donamus et conferimus) per eam Juxta suum libitum, infra vite sue tempora, tenendas possidendas pariter et habendas, Assumantes nostro et successorum nostrorum Regum scilicet hungarie nominibus, presentibusque pollicemur antefatam (dominam Reginam in) pacifico dominio prescripti Castri. Opidi possessionum seu villarum pertinenciarumque earumdem prescriptarum, contra omnes et quoslibet impeditores Causidicos et Actores

intra et extra Judicium semper et vbique tenere (conseruare) protegereque et expedire, nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus proprijs et expensis, Saluo semper Jure alieno Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum Secretum, quo vt Rex bungarie vtimur et penes Idem exultraque parte eciam Sigilla fidelium nostrorum Magnificorum laurencij de hedrehwara, predicti Regni nostri hungarie palatini ac Comitis Stephani de Bathor Judiciscurie nostre in maiores huius rei efficaciam appensa sunt, vigore et testimonio mediante, Datum Bude in festo beati Barnabe apostoli Anno domini Millesimo Quadringen-tesimo Tricesimo Nono

A csász. királyi titkos levéltárkból.

Jegyzet. A rekesztékbe tett szók, melyek a hártya elevódéső és öszveszakadása miatt nem olvashatók, az előbbi adomány levelek szerint egészítettek ki.

XXV.

A császmai káptalan jelentést tesz arról, hogy Tallóczi Matko dalmát-, horvát- és egész tótországi bánt és testvérét Tallóczi Frankot, előbb szörényi bánt most kövi főispánt és nándorfejérári kapitányt, valamint az elsőnek feleségét Margitot, Albert királynak június 20-dikán Budán kelt paranca következetében, Szentgyörgy-várába és annak tartozandóságaiba igtatta minden ellentmondás nélkül. Kelt oct. 22. 1439.

—A.—B.—C.—

Capitulum Ecclesie Chasmensis, Omnibus Christifidelibus, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatorem, Ad vniuersorum noticiam, harum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi principis, et domini domini Alberti dei gracia, Romanorum Regis semper augusti, ac hungarie, Bohemie dalmacie Croacie etc. Regis, et

uenientius honestati consentaneum fore censemus , saniori consilio et salubriori studio, ad ea omnimoda diligencia, acie nostre mentis congrui ordinis sumpto inicio perspicue (attendere, que maiestatis Regin)alis socie nobis diuino munere paritate adjuncte statum respiciunt honorem fouent et quietem subministrant, Talis quippc seriei ordo, in singulis vtilitatis actibus sumopere te(nendus, a prouidencie imitatoribus) traditur vt primum a se atque a pocioribus incipiat et demum in alios prouida dimensione transferatur, hac itaque consideracione permoti pro decenciori conseruacione status ho(norifica quoque direccione Curie Se)-renissime principis domine Elizabeth Regine hungarie Conthorralis nostre carissime ne sue dignitatis excellencia suo fraudata priuilegio rerum et bonorum temporalium senciat quoquomodo (detrimenta, quin ymmo ut earun)dem copiosam se gaudeat inuenisse vbertatem, matura deliberacione prehabita Castrum nostrum Zegediense ac Opidum similiter zegediense , necnon possessiones seu villas Rezke Bec.h et Chongrad uocatas , ad Idem Castrum spectantes simulcum cunctis pertinencijs et vtilitatibus necnon Juribus Jurisdictionibus Tributis. prouentibusque lucricamere nostre Regie alijs(que singulis emolumentis et redditibus) qvibuslibet quounque nomine vocitatis , ad pretactas Castrum Opidum possessiones et villas ab antiquo spectantibus prefate domine Elizabeth Regine Conthorali nostre carissime (de vnanimi Prelatorum et Baronum) procerumque ac vniuersitatis Nobilium atque Regnicolarum nostrorum in presenti eorum congregacione generali , protractandis et disponendis , nonnullis rebus et negocijs comodum et vtili(tatem tutelamque et defensionem) Regnorum nostrorum concernentibus in hac nostra Ciuitate Budensi, ad maiestetem nostram , facta et habita , consilio, assensuque et voluntate dedimus, donauimus et contulimus, ymo dam(us donamus et conferimus) per eam Juxta suum libitum, nfra vite sue tempora, tenendas possidendas pariter et habendas, Assumantes nostro et successorum nostrorum Regum scilicet hungarie nominibus , presentibusque pollicemur antefatam (dominam Reginam in) pacifco dominio prescripti Castri. Opidi possessionum seu villarum pertinenciarumque earumdem prescriptarum, contra omnes et quoslibet impctitores Causidicos et Actores

intra et extra Judicium semper et vbique tenere (conseruare) protegereque et expedire, nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus proprijs et expensis, Saluo semper Jure alieno Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum Secretum, quo vt Rex bungarie vtimur et penes Idem exutraque parte eciam Sigilla fidelium nostrorum Magnificorum laurencij de hedrehwara, predicti Regni nostri hungarie palatini ac Comitis Stephani de Batbor Judiciscurie nostre in maiores huius rei efficaciam appensa sunt, vigore et testimonio mediante, Datum Bude in festo beati Barnabe apostoli Anno domini Millesimo Quadragesimo Tricesimo Nono

A csász. királyi titkos levéltárból.

Jegyzet. A rekesztékbe tett szók, mellyek a háryta elevódéső és öszveszakadása miatt nem olvashatók, az előbbi adomány levelek szerint egészítettek ki.

XXV.

A császmai káptalan jelentést tesz arról, hogy Tallóczi Matko dalmát-, horvát- és egész tótországi bánt és testvérét Tallóczi Frankot, előbb szörényi bánt most kövi főispánt és nándorfejérári kapitányt, valamint az elsőnek feleségét Margitot, Albert királynak június 20-dikán Budán kelt paranca következetében, Szentgyörgy-várába és annak tartozandóságaiiba igtatta minden ellentmondás nélkül. Kelt oct. 22. 1439.

—A.—B.—C.—

Capitulum Ecclesie Chasmensis, Omnibus Christifidelibus, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatorem, Ad vniuersorum noticiam, harum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi principis, et domini domini Alberti dei gracia, Romanorum Regis semper augusti, ac hungarie, Bohemie dalmacie Croacie etc. Regis, et

ducis Austrie , domini nostri naturalis , Intraductorias , et Statutorias , sub secreto Sigillo sue maiestatis , emanatas , nobisque preceptorie loquentes et directas , suma oum obediencia , recepimus , in hec verba , Albertus dei gracia , Romanorum Rex semper augustus , ac hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex , et dux Austrie , fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Chasmensis , Salutem et graciam , Cum nos pro fidelitatibus , et fidelium seruiciorum obsequijs et sinceris complacencijs , fidelium nostrorum Magnificorum Mathkonis de Thallowcz , dictorum Regnorum nostrorum dalmacie et Croacie , et tocius Sclauonie Bani , et frank de eadem Thallowcz , fratrissui , alias Bani Zewriniensis , nunc vero Comitis Kouiniensis et Capitanei nostri Nandoralbensis , per ipsos primum , condam Serenissimo domino Sigismundo , Romanorum Imperatori et Regi hungarie , patri et predecessori nostro carissimo , demum vero nobis , in solium regiminis ipsius Regni nostri hungarie , auxiliante domino , succendentibus , nostre maiestati multipharie , multisque modis , cum omni sinceritatis zelo , et sollicitudine indefessa , exhibitis et impensis Castrum nostrum Zenthgewrghwara nuncupatum , in dicto Regno nostro Sclauonie , in Comitatu Crisiensi situatum , nunc apud manus antelatorum Mathkonis ac Frankonis , et fratrum eorundem , pro certa et notabili pecuniarum Summa vigore litterarum antefati condam domini Sigismundi Imperatoris , titulo pignoris habitum , primum ob notam infidelitatis , condam Stephani dicti Ewrdeg de , prodawayz , quam ipse eo tempore , quo olim Bayza Turcorum Imperator , post conflictum cum prefato condam domino Sigismundo Imperatore et Rege , sub Castro maioris Nicopolis , initum , debellacionemque exercitus eiusdem condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis ibidem prochdolor , habitam , ipsum Regnum hungarie hostiliter subintrasset , et Juxta fluuum drawe prope walpo , fixis Tentorijs repausans , deinde usque ad fines dicti Regni Sclauonie , penetrasset , antelato condam domino Sigismundo Rege , post pretactam exercitus sui debellacionem eo tunc , a facie dicti Turcorum domini , fluctibus pelagi se committens , et inibi laborans , eidem domino Turcorum , in contemptum christiane religionis nequiter adherens , et partem suam fouens , contra coronam eiusdem Regni hungarie , incurrisse perhibetur

Tandem vero ex eo, quod Nicolaus similiter dictus Ewrdeg, filius memorati condam Stephani Ewrdeg, paterne inequitatis non expers, nephandissimo scelere, directe infidelitatis notam respiciente, in vilipendium Regie auctoritatis, ac omnium christicolarum horrendum scandalum, se ipsum offuscare non verens, inter alios suos multiplices nepharios actus, rabiei seuiciam, in oppressione innocentum explere volens, oculos cuiusdam Nobilis domine Elizabet vocate, consortis ladislai filij Mathie de Temerije, filie videlicet Benedicti dicti Castellan de Malikowcz, et alterius domine consanguineo et seruitricis eiusdem, per ferrum ignitum, nullis earum culpis exigentibus effodi, ac insuper quemdam vrielem filium Georgij de Chapalowcz, et Nobilem dominam Sibellam, sororem eiusdem carnalem, tunc pregnantem, modo simili eorum sine culpa igne comburi et concremari fecisse, ex cuiusquidem domine Sibelle ventre, propter vehemenciam flamme dilacerato et disrupto abortiuus seu infans nouem mensium euolutus fuisse perhibetur, propter que eciam idem Nicolaus Ewrdeg, per sentenciam condam Spectabilis et Magnifici, hermanni Cilie comitis, eo tunc dicti Regni nostri Sclauonie Bani, ac vniuersitatis Nobilium eiusdem Regni, in capite et bonis Judicialiter contempnatus extitisset, ad manus Regias, rite et rationabiliter, ac secundum Regni nostri legem et consuetudinem, sicut asseritur deuolutum, simulcum Opidis, prodawycz predicto ac Zenthgewrgh, necnon omnibus possessionibus villis et predijs, et earum utilitatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, necnon Tributis vadis, Ecclesiarum patronatibus, Juribus Jurisdictionibus et quibuslibet libertatum prerogatiis, sub quibus per suos priores possessores et Reglas maiestates, rite tentum fuit et possessum, vigore aliarum literarum nostrarum donacionarium exinde confectarum, eisdem Mathkoni et frankoni Banis, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, necnon Magnifice domine Margarethe, consorti ipsius Mathkonis Bani et similiter suis heredibus, et cunctis posteritatibus, ab eodem Mathkone generandis, premissis sic, ut nobis superius narrata sunt, stantibus et se habentibus, de manibus nostris Regijs in perpetuum, duximus conferendum, velimusque ipsos in dominium eiusdem et pertinenciarum suarum prediatarum per nostrum et

vestrum homines , legittime facere introduci , Igitur fidelitati
 vestre firmiter precipientes mandamus , quatenus , vestrum mit-
 tatis hominem pro testimonio fidedignum , quo presente Geor-
 gius de Megijerethije vel dominicus de Miletincz aut Josa de
 Chapalowcz , sin petrus de eadem , seu Gaspar filius eiusdem
 petri , neue Emericus Chemer de progowcz , aut Thomas litera-
 tus de , Chapalowcz , ceu Michael Azzijwagh , vel dominicus
 frater eiusdem , alijs absentibus homo noster , ad facies predicti
 Castri , ac Opidorum et aliarum pertinenciarum suarum predi-
 ctarum , vicinis et conmetaneis suis vniuersis , inibi legittime
 conuocatis et presentibus accedendo , Introducat prefatos Math-
 konem et frankonem Banos et dominam Mařgaretham , in domi-
 nium eiusdem et ipsarum , statuatque idem et easdem eisdem ,
 premissae nostre donacionis titulo perpetuo possidendum , si non
 fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint , euocet
 ipsos contra memoratos Mathkonem et frankonem Banos ac do-
 minam Margaretham , nostram personalem in presenciam , ad
 terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddi-
 turos . Et post hec ipsarum Introduccionis et Statucionis seriem ,
 cum opidorum villarum possessionum et prediorum ad dictum
 Castrum pertinencium , ipsis Mathkoni et frankoni , ac domine
 Margarethe statuendarum , contradictorumque et euocatorum , si
 qui fuerint , vicinorum quoque et conmetaneorum , qui premissae
 Statucioni intererunt , nominibus , ac termino assignato , eidem
 nostre personali presencie , fideliter rescribatis , Datum Bude
 feria Sexta proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Ba-
 ptiſte , Anno domini Millesimo quadringentesimotricesimonono
 Nos itaque mandatis ipsis domini nostri Regis in omnibus obedire
 cupientes , vt tenemur , vñacum prefato Josa de Chapalovcz
 predicto , homine eiusdem Regie maiestatis , nostrum hominem
 fidedignum , vnum ex nobis , videlicet honorabilem virum , ma-
 gistrum dominicum , socium et concanonicum nostrum , ad pre-
 missa fideliter peragenda , nostro pro testimonio duximus desti-
 nandum , Qui tandem exinde ad nos reuersi , nobis voce consona
 retulerunt isto modo , quod predictus homo Regius , presente
 dicto nostro testimonio , In vigilia festi visitacionis beate Marie

virginis proxime preteriti , et alijs diebus sequentibus ad id
 aptis et sufficientibus, ad facies predicti Castrum Zenthgewrghwara
 vocati , necnon opidorum prodawyz et zenthgewrgh appellato-
 rum , Item possessionum villarum et prediorum , videlicet ad
 dictum Castrum spectancium necnon Tributorum in eisdem opidis
 prodawijz et zenthgewrgh habitis et exigi consuetis , preterea
 possessionum Zenthpal , ac villarum Gradecz verbowcz , necnon
 Nethech deiche et Goricza , Item lonka , ac vadi eiusdem , nec-
 non Zjmche Kwthycha darenowcz desenoucz Strathijnchij Gorij-
 cha et Chechowcz , necnon prodgradija et Tributi eiusdem , ac
 loosanch drijdrijmeh Wochetincz Koprivna Kozerijancz pichowcz
 et Miketincz , Item Zusicza et Tributi eiusdem , necnon hotho-
 wa et similiter Tributi eiusdem , ac Oresija , Chobosowcz Zer-
 dahel Bozyo , Jedusowcz lijmbos et Kysbozyo , Item Jaworoucz
 et Synkonyz ac Beludowcz darozlowcz Banijchewcz pobseschije,
 Preterea Zenth Iwan Botinowcz Cherewecze, poztakowcz vrathna,
 Item Struga et vadi eiusdem in fluuio draue existentis , ac Gorij-
 cza Zygeth , Mostyancz farkassowcz Chechowcz palyna wel-
 kowcz Zentmarija , Izgorija Myketincz valentowcz Gorijcza et
 Brezijna Item prikraije popoucz Zedlarowcz , Zwetilowcz Ghul-
 lincij drasewcz Kichakowcz et Breeg Preterea Supancz et Tri-
 buti eiusdem , necnon lysincz Knesewczy , Mathkowijcza , ac
 Gregorijancz Rachkowyna hrusewcz et Nedelischyna vocatarum ,
 et aliarum quarumlibet pertinenciarum suarum predictarum , ad
 ipsum Castrum , necnon possessiones opida villas et predia spe-
 ctancium , vicinis et conmetaneis suis vniuersis , Signanter vero
 Georgio filio petri de dombo , laurencio Georgio Johanne et
 Nicolao filijs eiusdem , Briccio filio Johannis de Gorbonok , Ni-
 colao filio Michaelis de eadem , Johanne de progoucz , altero
 Johanne de eadem , petro de Chapalowcz , Gasparo filio eiusdem ,
 altero petro de eadem , Nicolao filio Thomad de Chomadowcz ,
 Thoma literato filio eiusdem , Nicolao filio Lorandi de Mosina ,
 Gyurko de eadem , vtroque Nicolao de Gerecz , Stephano Zana
 de dolyancz , ladislao dicto Bochka de Razijnija , Stephano simi-
 liter Bochka , ladislao filio eiusdem de eadem et Georgio filio
 Apay de Keresthwr , inibi legittime conuocatis et presentibus
 accedendo , introduxisset , prefatos Mathkonem et frankonem Banos ,

ac dominam Margaretham consortem ipsius Mathkonis Bani in dominium eiusdem et ipsarum, statuissetque Idem et easdem, cum cunctis ipsarum pertinencijs, videlicet Tributis vadis Ecclesiarum patronatibus, Juribus Jurisdictionibus et quibuslibet libertatum prerogatiis ad Idem et easdem spectantibus, eisdem premissae regie donacionis titulo perpetuo possidendum, nullo penitus contradictore apparente diebus legitimis et congruis. Juxta Regni consuetudinem in faciebus earundem permanentes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales, pendentis authenticij Sigilli nostri, munimine roboretas, alphabeto intercisas, eisdem Mathkoni et frankoni Banis, et domine Margarethe, duximus concedendas, datum decimonono die diei possessionarie Statucionis prenotatae Anno domini superdicto.

A csász. kir. titkos levéltárból.

XXVI.

Albert király a norfolki herczeget, az angolhonnali barát-ságos císszonyainak megerősítése tekintetéből megajándékozza a sárkányrenddel, nekie egyszersmind hatalmat adván, hogy tetszése szerint még más hat nemes férfit ezen renddel diszthessen. Kelt Budán, jún. 22. 1439.

Albertus dei gracia etc. Illustri principi Johanni duci Nortfolkie etc. consanguineo nostro carissimo. Graciam Regiam et omne bonum Illustris princeps, consanguinee carissime, Laudabile arbitramur, caritatis ac socialis vinculum, dudum inter Serenissimum principem, diue memorie Sigismundum Romanorum Imperatorem, ac hungarie Boemie etc. Regem Socerum ac predeces-

sorem nostrum carissimum, ac Regem et Regnum anglie eiusque
 membra specialibus insignijs roboratum et tentum nostris tem-
 poribus irrigare, ut crescat continuo sincere mutue dilectionis
 augmentum, singularj itaque affectione moti, quam ad vestram
 dilectionem gerimus, ecce eidem vestre dilectioni mittimus per
 presentes, insignem nostram Regiam societatem, cum cruce fla-
 mea desuper extensa, quam placeat grato recipere animo, ipsam-
 que nobis et vobis gestare ad honorem, et specialis societatis
 in signum Insuper concedimus et largimur eidem vestre dilec-
 tioni auctoritatem et plenam potestatem nostro nomine sex no-
 biles viros vestre dilectioni ac nobis gratos, cum eadem socie-
 tate draconis cum cruce desuper inuestiendi, ac ipsis eandem
 societatem seu divisam dandi, ad portandam ipsam, nobis pariter
 et vobis ad decorem et honorem, ac in signum fidelis societatis
 et mutue caritatis euidenter, presencium sub nostri Regalis Si-
 gilli appensione testimonio litterarum datum Bude Anno ut Supra
 die XXIJ, mensis Junij (1439.)

Rex
petrus

(Reichsregistratursbuch M. fol. 58. b.)

A cs. k. titkos levéltárból.

XXVII.

A császmai káptalan Albert királynak Kabulban aug. 13. 1439. kelt parancsa következtében Tallóczsi Mathkót, Dalmát-, Horvát- és egész Tótország bánját, és feleségét Margitot, Lévaí Cheh Péter hajdan erdélyi vajda leányát, Keresztsüri Garázda Pállal, mint királyi emberrel, Szentgyörgy-várába, Körös vármegyében, minden ellentmondás nélkül beigtatván, erről hiteles bizonysságot ad. Oct. 23. 1439.

—A.—B.—C.—

Capitulum ecclesie Chasmensis Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatorem. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod nos litteras Serenissimi principis domini Alberti dei gracia Romanorum Regis semper Augusti ac hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Regis et ducis Austrie etc. domini nostri naturalis Intraductorias et Statutorias nobisque preceptorie loquentes et directas, suma cum obediencia recepimus in hec verba. Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex, et dux Austrie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chasmensis Salutem et graciam, Cum nos pro fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis fidelis nostri sincere dilecti Magnifici Mathkonis de Thallouch Regnorum nostrorum dalmacie et Croacie predictorum ac tocius Sclauonie Bani, per ipsum nobis fideliter exhibitis et impensis, Castrum nostrum Zenthgijwrghwara vocatum in Regno nostro Sclauonie in Comitatu Crisiensi situatum, ex eo, quod Nicolaus wrdug dictus filius condam Stephani similiter wrdug dicti de prodauez nephandissimo scelere, directe Infidelitatis notam respiciente, in villipendium Regie auctoritatis, ac omnium christicolarum horende scandalum seipsum offuscare non verens, inter alios suos multiplices nepharios actus, rabiei sue seuiciam in oppressione Innocentum explere non erubescens, Oculos cuiusdam Nobilis domine Elizabeth uocate

consortis ladislaj filij Mathie de Themerye filie videlicet Benedicti Castellan de Malikovcz et alterius domine consanguinee et seruitricis eiusdem , per serum ignitum nullis ejus culpis exigentibus , effodi Insuper quendam vrielem filium Georgij do Chapaloucz , et Nobilem dominam Sibellam sororem eiusdem carnalem tunc pregnantem modosimili eorum sine culpa Igne comburi et concremari fecisset , Et ex eiusdem domine Sibelle ventre propter vehemensiam flame dilacerato et disrupto abortiuus seu infans nouem mensium euolutus fuisse perhibetur , propter que eciam Idem Nicolaus wrdugh per Sentenciam condam spectabilis et Magnifici Hermanni Cilie Comitis eo tunc dicti Regni Sclauonie Bano existente , et vniuersorum Nobilium eiusdem Regni in Capite et bonis Judicialiter vti dicitur contempnatus extisset , ad manus Regias , rite et racionabiliter , ac secundum Regni nostri legem et consuetudinem sicut asseritur , denolutum , simulcum Opido prodauijz predicto ac Zenthgijurgh , necnon omnibus possessionibus et predijs ac quibusuis suis utilitatibus et pertinencijs , ad ipsum Castrum spectantibus , ex certa nostra sciencia et animo deliberato , de consensu et beneplacita voluntate Serenissime principis domine Elizabeth Regine , conthorialis nostre carissime , prelatorum eciam et Baronum nostorum adhoc accidente consilio omni eo Jure , quo tam ex premissis supra specificatis quam eciam alijs quibuscumque modis causis et racionibus nostre subest collacioni , antefato Mathkoni Bano , necnon Magnifice domine Margarethe consorti ipsius Mathkonis Bani , filie videlicet Magnifici petri Cheh de lewa alias wayuode partium nostrarum Transsiluanicarum , eiusdemque Mathkonis Bani heredibus et posteritatibus vniuersis , premissis sic stantibus de manibus nostris Regijs , vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum im perpetuum duxerimus conferendum , velimusque eosdem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci , Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus , quatenus uestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum Quo presente frank aut Jacobus sine Georgius de Megerethye neue Hermanus de Gereben aut paulus Garazda de Kerezthwr sin Briccius aut Nicolaus de Gorbonok , alijs absentibus homo noster ad faciem dicto-

rum Castri et opidorum necnon possessionum villarum et prediorum ad eadem pertinencium vicinis et conmetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatos Mathkonem Banum et dominam Margaretham consortem eiusdem in dominium eorundem et earundem Statuatque eadem et easdem, eisdem premissae nostre donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendum si non fuerit contradictum, Contradictores vero Si qui fuerint, Euocet ipsis contra antenominatos Mathkonem Banum et dominam Margaretham consortem eiusdem nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros efficacem Et posthec ipsarum Introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum, qui premissae statucioni intererunt, ac possessionum villarum et prediorum ad Idem Castrum spectancium, dictisque Mathkoni Bano et domine Margarethe consorti sue statuendarum, nominibus, et termino assignato nobis fideliter rescribatis, Datum in Kabal feria quinta proxima ante festum Assumptionis Marie virginis Anno domini Millesimo Quadragesimo Tricesimo Nono, Nos itaque mandatis ipsius domini nostri Regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, vnam ex nobis videlicet honorabilem virum magistrum dominicum socium et concanonicum, ad premissa fideliter peragenda nostro protestimonia duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reuersi nobis voce consona retulerunt, isto modo Quod prefatus homo Regius presente dicto nostro testimonio in festo beati francisci confessoris proxime preterito, et alijs diebus sequentibus ad Id aptis, ad facies predictorum Castri Zenthgywrgwara vocati Item possessionum prodauijz Zenthgijwrgh Zredassche, Zwsicha Ztruga priczay Gorbonokfew Gregorianch hothowa Cherauich Zenthywan molna Supanch Lyzuhyanch Kutekonch lonka Zenthpal pychauch vocatarum, necnon opidorum villarum et prediorum, ac aliarum quarumlibet villarum ad dictum Castrum, necnon possessiones et predia spectancium, vicinis et conmetaneis earundem vniuersis Signanter vero petro de Chopalouch Georgio literato et Josa de eadem Thoma literato de

Thamodouch philyippo de Berzenche Johanne filio Thome de progauch Briccio et Nicolao de Gorbonok Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introduxisset prefatos Mathkonom Banm et dominam Margaretham consortem einsdem in dominium eorundem et earundem Statuissetque eadem et easdem, cum omnibus ipsarum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, eisdem Mathkoni Bano et domine Margarethe consorti eiusdem premissae Regie donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidenda nullo penitus contradictore apparente diebus legitimis et congruis Juxta regni consuetudinem in faciebus earundem permanentes Incuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri munimine roboratas alphabeto incisas eisdem duximus concedendas, Datum decimo nono die diei, statucionis possessionarie prenotate Anno domini Supradicto :

A cs. k. titkos levéltárarból.

XXVIII.

Albert király feleségének Erzsébet királynénak háztartásra 20,000 forintot rendel évenként, még pedig a tótorszigi nyuszijövedelmet 6,000 forintha számítva, a többi 14,000 forintot a körmöczi bánya és pénzverő kamara jövedelméből parancsolja kifizettedni. Kelt Kisdyben aug. 20. 1439.

De commissione propria domini Regis.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex et Dux Austrie etc. Cunctis noticiam presencium habituris notumfacimus in hijs

scriptis Quod cum primaria singularum rerum disposicio , que quibusuis honestate fulgentibus actibus competentis ordinis congruam imponit seriem , exemplari tradicione, recta ratione moderata a principantum soleat prouida circumspecione prouenire. Expedit quammaxime Regali nostre discretioni , sic liberalitatis nostre exercicia , circa dona inter subditos eroganda , circumspecta dispensacione moderari , vt et ipsi munificencie actus rationabili clareant in opere et decens actionis prouisio in debiti ordinis obseruacione comendetur , Si enim ad cuiusuis principis dignitatem Jure debiti pertinere noscatur. suorum subditorum merita , remuneracionis semper prosequi beniuolencia , quanto magis iustiusque et conuenientius honestati consentaneum fore censemus saniori consilio , et salubriori studio , ed ea omnimoda diligencia, acie nostre mentis congrui ordinis sumpto inicio perspicue attendere , que maiestatis Reginalis , socie nobis diuino munere paritate adiuncte , statum respiciunt honorem fouent , et quietem subministrant , Talis quippe seriei ordo , in singulis vtilitatis actibus , summopere tenendus , a prouidencie imitatoribus traditur , vt primum a se , atque a pocioribus incipiat , et demum in alios prouida dimensione transferatur , Hac itaque consideracione permoti , pro decenciori conseruacione status , honorifica quoque direccione Curie Serenissime principis domine Elizabeth Regine Hungarie Conthoralis nostre carissime , ne sue dignitatis excellencia , suo fraudata priuilegio rerum et bonorum temporalium senciat quoquomodo detrimenta , quinijmo vt earundem copiosam . se gaudeat inuenisse vbertatem , matura deliberacione prehabita viginti Milia florenorum Auri. singulis annis afluxuris sibi aministranda , eidem duximus deputaenda. Ita videlicet vt eadem domina regina omnes prouentus nostros mardurinales de Regno nostro Sclauonie prouenire solitos , qui ad Sex Milia florenorum Auri se extendere dicuntur , in sortem solucionis pretacionum viginti Milium florenorum Auri sibi vt premittitur , per nos deputatorum , pro se singulis Annis infra vite sue tempora , exigi faciat et leuari , Reliquum vero videlicet Quatuordecim Milia florenorum similiter Auri. qui ultra summam huiusmodi prouentuum Mardurinalium vsque ad compleatum numerum dictorum viginti Milium florenorum auri soluen-

dum, restant de proventibus vrburarum et cusionis Monetarum nostrarum Camere Crempniciensis modo simili singulis Annis pro se excipere et habere valeat atque possit, Quocirca vobis fidelibus nostris Comitibus vrburarum et Cusionis Monetarum nostrarum Crempniciensium predictarum, nunc et pro tempore constitutis firmissime precipimus et mandamus, quatinus habita presencium noticia amodo inantea totam illam summam Quatuordecim Milium florenorum auri, que ex pretactis prouentibus Mardurinalibus Regni nostri Sclauonie vsque ad completum numerum, iamtactorum. viginti Milium florenorum auri pro memorata domina Regina soluendorum, restabit singulis annis preasserte domine Regine vsque ad tempora vite sue — — — omnes alios de prouentibus vrburarum et Cusionis Monetarum nostrarum prenotatarum, dare supplere et ad plenum aministrare modis omnibus debeat is ad rationem nostre maiestatis — — — — — deputationibus aut literis, pro quorumcumque parte, factis vel fiendis, et in contrarium premissorum emanatis aut emanandis non obstantibus quibuscumque, Quibus solutis. datis et aministratis — — — ipsius domine Regine. literas expeditorias. pro vobis habeatis, et erga vos reseruetis. Et nec secus facere presumatis gracie nostre sub obtentu Presentes eciam, quibus — — — — — gillum nostrum. quo vt Rex Hungarie vtimur appensum est, post earum lecturam, iugiter redi iubemus presentanti, Datum in progressu nostro exercituali contra Turc — — — sdy, in festo beati Stephani Regis Anno domini Millesimoquadriringentesimotricesimonono.

A csász. kír. titkos levéltárba!.

XXIX.

Albert király a nürnbergi zsidóadó felét Schlick Gáspár korlátokának, ki azt eddig is előbbi adományából életidejére birta volt, átadja 2,000 forintban, úgy hogy ő azt életében szabadon bírhassa, halála után pedig örökösei csak ezen összeg letételevel tartozzanak visszaadni. Kelt Zalánkemenben sept. 7. 1439.

Wir Albrecht etc. Bekennen etc. Als wir vormals dem Edeln Gaspar Slyk vnserm Canczler vnd lieben getrügen. Solich vbermasse der halben Judenstewr zu Nuremberg ettwann Wigles Schenk, vnd dornack der egenant Gaspar durch vnssers herrn und vatters keisser Sigismunds gabe, vnd dornach mit williger abtretung des egenanten Gaspar, der Edel houpt von Bappenheim vnser Marschalk sein lebtag gehabt und besessen hat auch desselben Gaspar lebtag zuhaben und zugeniessen gnediclich gegeben vnd verschrieben haben, nach lautt vnser kuniglichen Maiestatbrief daruber gegeben. Also sey wir mit guter rechnung. dem egenanten Gaspar, an seinem Solde, und auch das er vns gelihen hat schuldig bliben zweytausent hungrisch gulden, vnd derworten das er solicher Summ geldes versorgt werde. So haben wir Im dieselben Zweytausent gulden, vff der egenanten halben Judenstewr zu Nuremberg, die wir Im vormals sein lebtag gegeben haben gnediclich verschrieben vnd Im die vmb solich Stüm verpfendet, verschreiben vnd verpfenden in krafft dis briefs und Romischer kuniglicher macht. Also das der egenant Gaspar solich halb Judenstewr, nach lautt der ersten vnser brieff. sein lebtag ynnehaben sol. vnd so er mit tod abgeet. so sollen seine erben. oder wer diese brieff mit seinem guten willen ynnehaben wirt — dieselben halben Judenstewr — ynnehaben. vnd geniessen. Aislang. bis wir, oder vnser nachkommen In solich zweytausend gulden genczlich aufgericht vnd beczalt haben. Wir sollen In auch Jer-

lich notturftige quittanczen. so Sy der begern gnediclich dorüff geben. Sy sollen auch maht haben solich halb Judenstewr furbas vmb sovil gelts zuuerseczen vnd zuuerkumern ob In des notturft sein würde , alczt dem Reich an der lozung vnschedlich, vnd ob vnser vorfaren, oder wir ymands in welchem wezen der were, eynich brief oder verschreibung von vergessenheit , oder vnrechter vnderweisung vber die egenant halb Judenstewr zu Nuremberg gegeben hetten , oder wir , oder vnser nachkommen geben würden , die sollen dem egenanten Gaspar vnd seinen erben vnschedlich sein. vnd wir toten. vnd vernichten die auch in kralft dis briefs , und wir sollen der egenanten Gaspar vnd seinen erben solicher halben Judenstewr nit entseczen , Sy sein dann genzlich vergnüget nach laut Irer brief. Ouch bestetigen wir dem egenanten Gaspar und seinen erben , von der egenanten kuniglichen gewalt. solich brief vnd verschreibung. die Im vnser liber Herr vnd vatter Keysser Sigmünd vber zweyhündert gulden zuuoraus an derselben halben Judenstewr , die vormals , die von Goldicz gehabt , vnd ynnegenomen haben , gegeben hat. vnd wollen , das er vnd sein erben. der jn allen jren Artikeln vnd pünten genczlich gebrauchen vnd geniessen sollen von vns, vnsern nachkommen. vnd menniclich vngehindert. Mit vrkund etc. Maiestaet. Geben bey Slankemünd in vnserm felde. Anno etc. XXXIX. an vnser Lieben frawen abend Natiuitatis vnserr Reiche vt Supra (1439.)

domini Regis
in consilio

(Reichsregistratursbuch M. fol. 72. a.)

A csász. kir. titkos levéltáról.

XXX.

*Albert király és neje Erzsébet királyné a' körülöttök lévő
egyházi és világi nagyokkal és több előkelő nemesekkel bizonos
feltételek alatt megegyeznek abban, hogy a' következő évben
megindítandó nagyobb szerű hadjárat tekintetéből minden ház-
tól 100 fillérrel, melyekből 150 megy egy arany forintra,
fizetendő közönséges segedelmet írhassanak ki az egész ország-
ban. Kelt a titelrévi táborban sept. 17. 1439.*

Commissione propria domini Regis ex deliberatione
Prelatorum et Baronum.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac
hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex et dux Austrie etc.
Et Elizabeth eadem gracia pretactorum Regnorum. hungarie Dal-
macie Croacie etc. Regina et ducissa Austrie Notumfacimus tenore
presencium. quibus expedit vniuersis, Quod cum hijs diebus
proxime transactis, auditio aduentu seuissimorum Turcorum
partes jnferiores Regni nostri deuastancium, atque obsidione
Castri zenderew, occupacioneque tocius Regni Rascie per eo-
sdem facta, ad resistendum ipsis Turcis, eosdemque ab obsidione
antelati Castri propellendum, generalem in ipso Regno nostro
hungarie exercitum mouissemus, et cum eodem vsque ad has
inferiores Regni nostri partes venissemus, Tandem pausantibus
nobis, per aliquot dies, in hoc descensu nostro, propter certas
et racionabiles causas, quia tempore intermedio, antequam sci-
licet ipse noster exercitus, cum antelatis Turcis mutuo conue-
nire comode potuisset, maior pars eiusdem exercitus, qui sci-
licet ex parte Comitatuum venerat, sese ad propria contulit, Ca-
strum eciam pretactum, paucissimis post hoc diebus elapsis, ad
manus antefatorum Turcorum traditum extitit, propter eaque.
cum illa parte exercitus antedicti, que nobiscum remanserat,

aliquid contra tam magnam potentiam ipsorum Turcorum , pro eorundem repulsione, aut ab obsidione preacta amacione. attemptare posse nobis visum non fuit, formidantes post ista nunc novissime omnium visu et scitu emersa pericula et incomoda, eciam maiora , nisi debite occurratur. succedere , proposuimus tantis iminentibus periculis. alio modo forciori obuiare Ita quod in proximo vere sequenti , maximum exercitum multitudine stipendiatorum armigerorum fulciendum, contra antelatos Turcos decreuimus. firmata intencione instaurare Pro cuiusquidem exercitus expedicione , ex quo non parua , ymmo copiosa pecunia multique sumptus , quam seu quos prouentus nostri Regales et Reginales , eciam in minima parte comprehendere non possunt, necessaria atque opportuni existunt , Obhoc ad perficiendum talismodi nominis saluberrimumque vtile et toti Christianitati fructuosum opus , de consilio consensu et voluntate prelatorum Baronum Militum , et pociorum Regni nostri Nobilium infra nominandorum, per totum ipsum Regnum, vnam generalem taxam, ad quam quilibet hominum et Jobagionum , et eciam Nobilium condicionariorum , atque Nobilium , nullum Jobagionem habencium. proprias domos possidencium , tocius Regni nostri pretacti nemine penitus dempto. singulos centum denarios , maioris noue monete nostre Regalis , cuius Centumquinquaginta denarij vnum florenum auri valent : soluere debebit , decreuimus et statuimus imponendum ac modo et ordine in alijs literis nostris scilicet Regalibus contentis irremissibiliter exigendum , promittentes verbo Regio nos Rex Albertus prenotatus , ipsis prelatis Baronibus Militibus et Nobilibus eiusdem Regni hic subscribendis, quod nos personaliter in huiusmodi instaurando exercitu constituemur et cum eodem contra emulos antefatos procedemus , atque maiorem potentiam que fieri poterit , ab omnibus fratribus consanguineis proximis et amicis , alijsque nostris beniuolis , ymmo eciam de exteris Regnis et dominijs nostris , nobiscum contra eosdem emulos ducendam venire procurabimus et acquiremus. Quodque vterque nostrum huiusmodi taxam eciam ab omnibus Incolis et Ciubus. Ciuitatum opidorum et villarum ac possessiōnum Regalium et Reginalium. nemine exempto , exigi modis omnibus faciemus , et nec ipsos nostros prelatos Barones Milites

et Nobiles in impositione et exactione eiusdem taxe deseremus, ymino contra omnes in hac parte rebelles ad punicionem. eorum in capitibus et bonis ipsis omni recusa postposita assistemus. Et nos Georgias dei gracia despotus Rascie , Johannes Celoceensis et Bachiensis Ecclesiarum Canonice vnilarum Archiepiscopus, Simon de Rozgon Episcopus wesprimiensis Mathias Episcopus waciensis Supremus Cancellarius Regie maiestatis. Jacobus Episcopus Sirimiensis , Laurencius de Hedrehwaar Regni hungarie palatinus , ladislaus de Gara Banus Machouensis Mathko de Tallowcz Regnorum Dalmacie Croacie ac tocius Sclauonie Banus , franko de eadem Tallowcz alias Banus Zewriniensis, Petrus Cheh de lewa alias wayuoda Transsiluanie Stephanus de Bathor Judex Curie Regie maiestatis Johannes de Korogh. Emericus et Johannes de Marczaly. Comites de werewcze Georgius et Stephanus filij Bani de Marczaly predicta Ladislaus de paloucz pridem Magister agazonum Regalium , Michael et ladislaus dicti Jakch de kusal . Stephanus de Rozgon Comea Posoniensis ladislaus haghmas de Berekzow Comes Themesiensis, ladislaus filius wayuode de Thamasy , Magister agazonum Regalium , henricus de eadem Thamasy alias Magister Curie Regie maiestatis. Michael orzaag et Johannes similiter Orzaag de Gwth — Ladislaus de Chaak alias wayuoda Transsiluanensis , franciscus de eadem Chaak , Emericus de pelsewcz , Comites Siculorum. Andreas et Frank de Telegd. Gaborko de zeer , Stephanus filius Georgij filij posa de eadem zer , Danch de Macedonia , frank de Dombo, Ders filius Bani de Zerdahel , ladislaus Thijtews de Bathmonstra. Thesaurarius Regie maiestatis , Johannes filius Juga de Racha Paulus de Kompolth. Judex Cumanorum Johannes filius eiusdem Comitis petri de peren — Nicolaus filius dauid de Ryhnow, alias de eadem peren paulus filius Georgij de hedrehwaar , frank de Zemse , Johannes de Maroth. Ladislaus de Katha Ladislaus filius Osl de Azzonfalua , Petrus fauch de Gordwa Siluester filius Stephani Safar de Torna , Blasius de Saag. Pethew de Gerse, Stephanus filius Bani de Alsolindwa , Johannes de Losoncz Johannes de hwnyad, Nicolaus de drag Georgius de Dob Johannes de Chahol , Gregorius de Bethlen Johannes forgaach pangracius de denegeleg , Georgius de don et Nicolaus filius wayuode de

Gyarmath , dispositionem prelactam , ac comissionem impositio-
 nis taxe supratacte. per singula approbamus , easdemque. sic et
 eodem modo prout in alijs litteris Regalibus ad singulos Comi-
 tatus transmittendis continetur consulcius fieri assensimus , atque
 per omnia obseruandas acceptauimus , ymmo approbamus assen-
 timus et acceptamus , per presentes , Promittentes bona fide
 huiusmodi taxam per omnes nostre dicionis subditos et Joba-
 giones facere plenarie extradari , omnesque Amicos et fratres,
 ac beniuolos nostros nunc absentes. tum cum amicabilibus peti-
 cionibus , tum etiam per alias modos. opportunos et possibles
 ac honestos. ad Itidem faciendum inuitabimus regemusque. pro-
 uocabimus toto posse. Et quod contra omnes et quoslibet cuius-
 cunque status et condicionis homines existant , qui in hac parte
 rebelles reperti fuerint, aut huic dispositioni , atque antelate
 taxe impositioni et exactioni contraire presumpserint , aut volu-
 erint , dictis domino nostro Regi et domine nostre Regine ad-
 herebimus et adversus eosdem , vsque ad penas capitum , et ab-
 lacionem et priuacionem omnium bonorum ipsorum vnanimiter
 procedemus , et nec vnum nostrum ab alio , in prosecuzione hu-
 ius Rei separabitur , aut vnum alium in hoc facto deseret quo-
 uismodo , Harum litterarum. quibus presencia Sigilla appensa
 sunt testimonio mediante , Datum in descensu nostro exercituali
 campestri iuxta portum Tydcwrew. feria quinta proxima ante
 festum beati Mathei Apostoli et Evangeliste. Anno domini Mille-
 simoquadragesimo tricesimonono.

A csász. királyi titkos levéltáróból.

XXXI.

Albert király meghagyja az erdélyi káptalannak, hogy Szász János mestert Enyedi, másként Szentjánoshegyi Boldizsár fiát, szászsebesi főbírót és a királyi nagyobb korlátoknak főjegyzőjét és testvéreit Ecsellő, Tompaháza, Mihálczfalva, Cserökszó stb. helyiségeibe iglassa be. Kelt Péterráradon sept. 18. 1439.

Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac
hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex, et dux A — —
— — — — ibus nostris Capitulo ecclesie Transsiluanensis
Salutem et graciam, Cum nos pro fidelibus servicijs fidelis nostri
Nobilis Magistri Johannis Zaz filij B . . . hazaris de Enyed alias
de Zenth janoshegije Comitis de Zazsebes prothonotarij Cancel-
larie nostre maioris — — — — nitati exhibitorum
et impensorum quasdam possessiones Echellew Thompahaza
uocatas, que quondam — — — et Jacobi filiorum — —
— — — — mpa de eadem Thompahaza presuissent,
et per defectum seminis eiusdem ad m — — — —
plebani de Zaz — — — — eadem — — — — filiorum Pauli
de Kere-fruny — — — — — existentes — — —
— — — — Mihalczfalua et Cherokzow uocatas — — —
— — — — mitatibus habitas, in quarum pacifico dominio uti
dictus Magister Johannes Zaz asserit p — — — —
— — — — filij prefati Jacobi ab antiquo prestitissent et ipse
existat eciam de presenti Simul cum — — — — quo
haberentus et nostram quibuscumque Causis et rationibus cor-
cernerent Maiestatem — — — — — ut nostre exposita
sunt Maiestati stantibus et se habentibus, prefato Magistro Johanni
Zaz ac predictis — — — — suis quod medium
partem, ac annotatis Michaeli plebano ac Ladislao Johanni et
petro — — — — dibus et posteritatibus vniuersis vigore

aliarum literarum nostrarum exinde confectarum imperpetuum
 —————— vt hominem
 in dominium earundem legitime fecerunt introduci, Igitur fide-
 litati u —————— annotatum
 hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus
 de Naghw — — — Johannes Horwat et Thomas de sahid seu
 Stephanus Magnus de hideguiz siue ladislaus de Bald — — —
 — — — sentibus homo noster ad facies pretectorum pos-
 sessionum, consequenterque Juris nostri Regij — — —
 vicinis et conmetaneis earundem vniuersis inibi legitime con-
 uocatis et presentibus accedentes Introducat prefatos Magistrum
 Johannem Zaz et Balthasarum per eum et Georgium carnalem
 Michaelm plebanum ladislaum Johannem et petrum in dominium
 earundem, Statuatque easdem eidem et eisdem premissae nostre
 donacionis titulo perpetue possidendum, si non fuerit contra-
 dictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet ipsos contra
 annotatos Magistrum Johannem Zaz et Balthasarem — — —
 — — — Ladislaus Johannem et petrum — — —
 nostrarum — — — ad terminum competentem
 rationem contradictionis eorum reddituri, Et post hec huius-
 modi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictoriū
 et euocatōrum, si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum,
 qui predicte Statucioni intererunt nominibus, ac termino assi-
 gnato eidem Wayode more solito rescribatis. Datum in Var-
 dino Petri feria sexta proxima ante festum beati Mathei Apostoli
 et Euangeliste, Anno domini Millesimo CCCC XXX nono. Titulus
 in dorso praeter hoc Fidelib apparebat, in altera autem in-
 flexione alterius marginis earundem ab extra sequentia lege-
 bantur: Egregius Benedictus de Beld Capituli — — —
 Presbiter — de Echor feria tercia proxima post festum beati Fran-
 cisci primo ad Echellew in personis Pauli filij et Elene filie An-
 tonij de Komiat — — — et filie prefatae Elene ex parte
 Echellew et Thompahaza contradictum extitisset, item — — —
 — ad Mihalufalua ubi Petrus filius Georgij filij Jacobi de
 Chezue, item Nobilis domina Katherina dicta Mathie de Hide-
gehabt und uns Ir Notturft und anligund besprechung , Die Sy yetzund von den Veinden haben und teglich mer wartend sein erzelet , und uns haben angeruffet von unsers lieben Vetttern Ku-nig Laslas wegen umb hilff und rate. Damit Sy sich Desterpass enthalten mögen, und sindenmalm die egenanten von Prespurg von anfang biss auf diesen tag in gehorsam und treuwe gen dem egenanten unsern lieben Vetttern erbarlich bestanden sein und hinfur zu tun maynen , und auch unserm lannd zu Osterich in so-licher nachtpawrschafft gewannt sein Das In pillich beystand ge-schicht , und wir aber yetzund von trefflicher sach wegen unsern fürstentumb antreffende uns hiuauf gen Salzburg fügen werden, Das wir den Sachen selber nit aufgewarten mögen , darumb be-gern wir von euch , und empfelhen ew auch mit fleiss ob die ege-nanten von Prespurg solich beschwerung angeen wurde, und sich die Veinde zu schaden diesen lannden legen und versuchen wür-den , und euch dieselben von Prespurg umb hilff anruffen wurden, Das Ir In dann hilff beystand zuschub und fordruung tun und be-weisen wellet, durch des egenanten unsers Vetttern auch des lannds Osterrich besten willen , und in der Zeit hoffen wir die sach sol-len ob got wil zu gutem ende. Daran tut Ir uns ein sunder wol-gevallen. Geben zu der Newenstat Anno Domini 1445. an Man>tag nach dem Suntag Oculi in der Vasten. Unsers Richs Inn funf-tem Jare. — Ad mandatum Domini Regis in causis.

Czech János közleményéből.

LXXII.

IV. Jenő pápa Fridrik német királynak hozzá a magyarországi béké ügyében küldött követség Carcaval Jánost különösen ajánlja. Kelt Rómában, aprilis 2. 1445.

Carissimo in Christo filio Friderico Regi Romanorum Illustri.

Eugenius episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Friderico Regi Romanorum Illustri Salutem et apostolicam benedictionem Mittentes dilectum filium Magistrum Johannem Caruaial sacri Palaty causarum Auditorem Capellanum et Nuntium nostrum ad tuam Serenitatem pro arduis negotys pacem Regni Hungarie et christiane fidei augmentum concernentibus sibi commisimus aliqua tue Celsitudini referenda. Cui uelis fidem in dicendis plenariam adhibere Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis domini Millesimo quadringentesimoquadragesimoquinto Quarto Non. Aprilis Pontificatus nostri Anno Quintodecimo

A. de Prato.

A csász. királyi titkos levéltárból.

LXXIII.

A gyulafejércári káptalan jelentést tesz arról, hogy Hederári Lőrincz nádornak mart. 10. 1445. kelt beigtató parancsa következtében Hunyadi János erdélyi vajdát, valamint fiait Lázzlót és Mátyást Világos várho s az ahoz tartozó Zaránd és Arad megyei 110 helységbe minden ellentmondás nélkül beigtatta. Kelt aprilis 12. 1445.

Apitulum Ecclesie Albensis Omnibus christifidelibus Presentibus et futuris presencium noticiam Habituris Salutem in salutis Largitore ad Vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire Qualiter nos literas viri Magnifici domini Laurencij de Hedrebwara Regni Hungarie Palatini et Judicis Comanornm honore quo decuit recepimus in bec verba Amicis suis Reuerendis Capitnlo ecclesie Albensis Laurencius de Hedrehwara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum Amiciciam paratam cum honore — Dicitur nobis in personis Magnifici Johannis de Hwnijad intercetra Wayode Transsiluani ac Egregiorum Ladislai et Matthie filiorum eiusdem Quomodo ipsi dominium Castri Wilagoswar vocati in Comitatu de Zarand existentis et Nobilium Castrensum Hungarorum silicet (igy) et Wolochorum semper et ab antiquo ad Ipsum Castrum spectancium eisdem Nobilibus in eorum Nobilitatum Juribus et libertatibus per diuos Reges ipsis concessis permanentibus necuon Districtuum vtrorumque Aranyag Kaladwapataka in Orodiensi ac Capolna Chwch Feyerkeres Halmagh et Rybicze nuncupatorum in de Zarand predicto Item Opidorum Sijrij Galsa Mezth Kaladwa Feyerkeresnaghbanya alio nomine Czibebanya ac Kijsbanya alio nomine Medwepataka vocatorum ac vrburarum in Naghbanya et Kijsbanya predictis ac alias vbiuis in pertinencijs dicti Castri Wilagoswar habitarum preterea possessiōnum sew villarum Magyarkaladwa Alsofalw Kyskaladwa Syweg Diznospataka Felsewkaladwa Hozywlazlosfalwa Mikofalwa vtrarum-

que Zilwas Zylaagh Aranyag Kermezinsalwa Nemesfalw Zek es-
 helfalwa Felsewaranyag Bainfalwa Ferenczfalwa , Kalwy Halnagh-
 falwa Honthew Balthsalwa Felsewraztowcz Razlowcz , Hontheser
 Felsewhonth Pokafalwa Zewdesfalwa Iwgafalwa Ewrwenyes
 Mayathagyerghfalwa Hazyachfalwa Alsozekas Felsewzekas Keer-
 falwa Boglezth Baglyafalwa Felsewzeldes Bwchawa Solmos Pa-
 nussa Madarsakfalu Achwa Bonczafalwa Ferreczfalwa (igy) Ta-
 rozlafalwa Kyskapolna Bothsalwa Plosalwa Almas Felsewalmas
 Bodyafalwa Lonka Fyzthethew Bozthoka Kakaro Pleska Madya
 fisalwa Dragwyafalwa Criminaz Bokorsalwa Zalofalwa Bogdan-
 salwa Medwefalwa Felsewbanyakalalwa Chenczfalwa Berethya Ta-
 masfalwa Kywfalwa Lewothafalwa Drabonthafalwa Orosfalwa Fel-
 sewrechka Dragothafalwa Mihalfalwa Balasfalwa Germend Kara-
 chonsalwa Kelemcnfalwa Kayary Terchyne Herczegfalwa Felsew-
 rach Iwansalwa Walya Alsolankal Zeropa Waka Gyewnksalwa
 Rudafalwa Kysribicze Wyborsalwa Baylasfalwa Bwlchsalwa Pon-
 tingafalwa Kemegyech Stanizlafalwa Chwch Kapolna Bokorsalwa
 Kapozthafalwa Nagoyafalwa Bwchafalwa Fenyewpatak Lazwr-
 falwa Magyorich Rachka Chebefalwa Valyasfalwa et Karrachfalwa
 vocatarum ad dictos districtus et Opida per consequensque Cas-
 trum Wylagoswar predictum pertinencium aliarum eciam cunc-
 tarum villarum prediorum vtilitatum et pertinenciarum ad Id Cas-
 trum ac predicta Opida et possessiones spectancium quomodocum-
 que vocitarum in predictis Comitatibus de Zarand et Orodiensi
 existencium et habitarum Item Tributorum prouentuum obuen-
 cionum Jurisdictionum (igy) Jurupatratuum Ecclesiarum pa-
 rochialium in predictis Syry Galsa Mezth Keresbanya et Kysba-
 nya ac aliarum cunctarum Ecclesiarum et Capellarum tam chri-
 stianorum quam Wolochorum vbiuis in pertinencijs dicti Castri
 Wylagoswar vocati et ad Id spectancium habitarum generaliter-
 que quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum eiusdem Castri ip-
 pos pleno iure concernencium legitime vellent introire Super quo
 vestram Amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus ves-
 trum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente
 Ladislaus vel Thomas siue Stephanus sin Valentinus filij Abrahe
 de Gela et de Kraponcza ceu Paulus Saphar dictus de Wassan
 alijs absentibus homo noster ad facies dicti Castri Wilagoswar ac

Districtuum Opidorum Villarum et Possessionum ac vrburarum predictorum vicinis et conmetaneis eorundem ac earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatos Johannem de Hwnyad Wayuodam Transsiluanum ac Ladislaum et Mathiam filios eiusdem in dominium eorundem et earundem Statuatque eadem ac easdem eisdem cum cunctis ipsarum ac eorundem vtilitatibus et pertinencijs Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra memoratos Johannem de Hwnyad ac Ladislaum et Mathiam nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint ac vicinorum et conmetaneorum qui premissae Statucioni intererint nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post dominicam Letare Anno Domini Millesimo quadragesimo quinto. Nos itaque Amicabilibus peticionibus dicti Domini Palatini acquiescentes vnam prefato Thoma filio Abrahe de Gerla et de Kaproncza homine eiusdem nostrum hominem videlicet Magistrum Blasium de Waswar socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fideignum qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi primo videlicet feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum et postsequentibus alijs diebus ad id sufficientibus ad facies predictorum Castri Wylagoswar vocati in dicto Comitatu de Zarand existentis ac Nobilium Castrensi Hungarorum scilicet et Wolachorum semper et ab antiquo ad ipsum Castrum spectancium sic quidem eisdem in eorum Nobilitatum Juribus et libertatibus per diuos Reges ipsis concessis permanentibus necnon Districtuum vtrarumque Aranyag Kaladwapataka ac Kapolna Chwch Feyerkeres Halmagh et Ribicze nuncupatorum Item Opidorum Syry Galsa Mezth Kaladwa Feyerkeresnaghbanya alio nomine Czibebanya ac Kysbanya alio nomine Medwepataka vocatorum ac vrburarum in Naghbanya et Kysbanya predictis et alias vbiuis in pertinencijs dicti Castri Wylagoswar habitarum preterea possessionum sew villarum Ma-

gyarkaladwa Alsofalw Kyskaladwa Syweg Diznospataka Fel-
 sewkaladwa Hozywlazlofalu Mikofalu vtrarumque Zylwas
 Zylaagh Aranyag Kermezinfalwa Nemesfalw Zekshelfalwa Fel-
 sewranyag Bainfalwa Ferenczfalwa Kalwy Halmaghfalwa Hon-
 thew Balthfalwa Felsewraztowcz Ratzowcz Hontheser Felsew
 honth Pokafalwa Zewdesfalwa Iwgafalwa Ewrwenyes Mayat-
 hagyerghfalwa Hazyachfalwa Alsozekas Felsewzekas Keerfalwa
 Boglezth Baglyafalwa Felsezewlides Bwchfalwa Solmos Panussa
 Madarsakfalwa Achwa Bonczafalwa Ferrechfalwa Jarozlafalwa
 Kyskapolna Bothfalwa Plosfalwa Almas Felsewalmas Bodyafalwa
 Lonka Fyzthetew Roztoka Kakaro. Ploska Madyafifalwa Dra-
 gwyafalwa Criminaz Bokorfalwa Zalofalwa Bogdanfalwa Medwe-
 falwa Felsewbanyafalwa Chenczfalwa Berethya Tamasfalwa Kyw-
 falwa Lewothafalwa Drabonthafalwa Orrosfalwa Felsewrachka
 Dragothafalwa Mihalfalwa Balasfalwa Germend Karachonfalwa
 Kelemenfalwa Kayary Terchye Herczegfalwa Felsewrach Iwan-
 falwa Walya Alsolankal Zeropa Waka Gyewnkfalwa Rudafalwa
 Kisribicze Wyborfalwa Baylafalwa Bwchfalwa Pontingalfalwa
 Kemegyech Stanizlafalwa Chwch Kapolna Bokorfalwa Kapoz-
 thafalwa Nagoyafalwa Bwchafalwa Fenyewpatak Lazwrfalwa Ma-
 gywrich Rachka Chebefalwa Walyafalwa et Karrachfalwa vo-
 catarum ad dictos Districtus et Opida perconsequensque ad
 Idem Castrnm Wylagoswar predictum pertinencium aliarum
 eciam cunctarum villarum prediorum vtilitatnm et pertinencia-
 rum einsdem Castri ac predictorum Opidorum et Possessionum
 quoquomodo vocitarum in predictis Comitatibus de Zarand et
 Orodiensi existencium et habitorum Item tributorum prouentum
 obnencionum Jurisdictionum (igy!) Jurium patronatnm ecclesi-
 arum parochialium in Syry Galsa Mezth Keresbanya et Kysba-
 nya ac aliarum cunctarum ecclesiarum et Capellarum quam Chri-
 stianorum quam wolochorum vbiuis in pertinencijs dicti Castri
 Wylagoswar habitarum generaliterque quarumlibet vtilitatum et
 pertinenciarum eiusdem Castri vicinis et conmetaneis eorundem
 ac earundem vniuersis videlicet Johanne Petro Cosma Bartho-
 lomeo et Thoma de Bernolth Mathia Aczel dicto de Kereky Petro
 et Ladislao Maysay de Haraklyan Ladislao Kolbaz dicto de Eg-
 regh , Gregorio de Selend , Ladislao et Petro dictis Buda de Ze-

lend , Stephano Powsa de Zewdy , Matheo de Kasa , Johanne et
 Alberto de Losoncz , Johanne filio Dyonisij de Ilye , Ladislao de
 Branchika , Nicolao de Arany Mathia de Rapolth Item Johanne
 literato et Francisco paruo de Martom Michaele de predicta Ke-
 reky Nicolao filio Laurencij et Johanne de Zylas , Stephano et
 Valentino filijs Abrahe de Gerla et Johanne Orzag de Gwth , et
 alijs quampluribus Nobilibus inibi legittime conuocatis et pre-
 sentibus attendendo , Introduxissent prefatos Johannem Wayo-
 dam de Hwnyad necnon Ladislaum et Mathiam filios eiusdem
 in dominium iam dictorum Castri et Districtuum Opidorum Pos-
 sessionum Villarum prediorum Tributorum Vrburarum Jurium-
 patronatum ecclesiarum necnon Nundinarum fororum ebdoma-
 dialium ac cunctarum vtilitatum et pertinenciarum eorundem et
 earundem Statuissentque Idem et eadem ac easdem cnm cunc-
 tis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet videlicet terris arabi-
 libus cultis et incultis Campis pascuis Siluis Nemoribus rubetis
 pratis fenetis aquis aquarumque decursibus piscinis piscaturis
 promontorijs vineis vinetis rippis Montibus Alpibus Molendinis
 ac locis Molendinorum et generaliter quibusuis vtilitatum inte-
 gritatibus quois vocabulo vocitatis ipsis Johanni de Hwnyad
 Wayode ac Ladislao et Mathie filijs eiusdem eorumque here-
 dibus et posteritatibus vniuersis Jure ipsis incumbenti perpetuo
 et irreuocabiliter possidendas tenendas et habendas nemine pe-
 nitus contradictore apparente legittimis diebus in faciebus dic-
 torum Castri Districtuum Opidorum Possessionum villarum pre-
 diorum Tributorum urburarum Juriumpatronatum cunctarumque
 pertinenciarum et vtilitatum eorundem et earundem iuxta Regni
 consuetudinem permanendo . In cuius rei memoriam firmita-
 temque perpetuam , presentes literas nostras priuilegiales pen-
 dentis et autentici Sigilli nostri maioris munimine roboratas
 eisdem duximus concedendas , Datum per manus honorabilis
 viri magistri Benedicti de Boroh lectoris ecclesie nostre pre-
 tacte ac socij et concanonici nostri vigesimaquarta die Statu-
 cionis et Introduccionis predictarum , Anno domini supradicto
 Honorabilibus viris et dominis Nicolao Bodo electo Emerico de
 Sirimio Cantore Nicolao Barius Custode Stephano de Nezmel

et Georgio de Zador Decanis ecclesie nostre prefate existentibus.

A müncheni kir. levéltárból.

LXXIV.

Rozgonyi György országbíró és Pelsőczi Bebek Imre, a felső magyarországi részek kapitányai, valamint Dobrai Barczal Miklós, Giskra Jánosnak csakugyan a mondott részek kapitányának meghatalmazottja, az említett részek nemességevel és városai küldöttjeivel közgyűlést tartván, a pesti utolsó országgyűlés végzéménye sikeresítésére némelly pontokat alapítanak meg, és azoknak megtartását fogadják. Kelt Szinán julius 15-dikén 1445.

Nos Comes Georgius de Rozgon Judex Curie Regie etc. Emericus Bebek filius Waywode de Pelsewcz Nicolaus Barczal de Dobra, Capitaneus Kesmarcensis Loco et in persona Magnifici Domini Joannis Gyskra Capitanei etc. ad infrascripta Deputati, necnon Judex et Consules Ciuitatis Cassouiensis, unacum ceteris Ciuitatibus Superioribus nobis adjunctis et adherentibus nouissime in congregacione generali Pesthiensi pro execucione Decreti ibidem editi per Vniuersitatem Regnicolarum a fluvio Danubij usque ad Ticiam generaliter electi et constituti. Memorie commendamus significantes vniuersis quibus expedit per presentes. Quod cum nos alias pro communi bono et utilitate Regni et Regnicolarum predictarum partium necnon sedacione discordie et guerarum, que huc usque in eisdem non cessarunt, per alia nostra Scripta nuperrime Dominis Baronibus Comitatibus Proceribus et Nobilibus superinde transmissa generalem dietam et Congregacionem ad hunc locum per eosdem obseruandam instituerimus et indiximus In cuius quidem termino videlicet Dominica proxima post festum visitacionis

Gloriosissime Virginis Marie Nos vnacum Magnificis Dominis
 infrascriptis Egregijs videlicet Nobilibus et Proceribus tam de
 Baronibus , quam de Communitatibus ad hec transmissis pro
 unionis et concordie amicabilisque et fraternalis dilectionis a
 longevis temporibus per predecessores , et progenitores nostros
 obtente et obseruate reductione et roboracione , necnon super
 iniuriarum et actorum potentiariorum illatorum et perpetrato-
 rium iuris et Justicie administracione dictique Decreti execu-
 cione insimul fuimus constituti et congregati. Ideo matura de-
 liberacione vnanimi consensu et parili consilio et voluntate pre-
 habitis , infrascriptos articulos decreuimus , acceptauimus et
 concorditer ratificauimus , harumque vigore decernimus , rati-
 ficamus , et acceptamus sub penis infrascriptis per nos et unum-
 quemque nobiscum in hac parte permanere volentem firmiter
 et inviolabiliter obseruandos , in hunc , qui sequitur modum.
 Primo Super ruptura fortaliorum et Castrorum in hijs disturb-
 biorum temporibus erectorum conclusum est et ordinatum , quod
 ex quo Nicolaus Barczal vice Capitaneus sine scitu predicti Ma-
 gniſici Domini Johannis Gyskra etc Domini sui dicit se execuci-
 onem facere non posse ideo hoc negocium prorogatum est , et
 quoque illud cum Domino suo disponetur et interim pax et
 treuge hincinde ex omnibus Fortalicijs debetur omnibus regni-
 colis obseruari , et omnia malorum genera cessare. Quod si ex
 quocunque Castro seu Fortalicio horum in contrarium aliquod
 malum fuerit perpatratum , extunc ipse Barczal teneatur ex
 parte omnium Domino Gyskra adherencium , et vnuſquisque
 alter Capitaneus aut Castellanus pro parte Familiariorum Do-
 mini sui omnimodam impendere satisfaccionem , iuxta queru-
 lancium probacionem et Dominorun Generalium Capitaneorum
 expressionem , et Decretum. Et talismodi malefactores iuxta
 eorundem merita emendare , et si sibi aliqui vellent esse in-
 obedientes tunc ipse Barczal et vnuſquisque alter Capitaneus et
 Castellanus apud quem talia committerentur , cuin omni poten-
 cia et apparatu Domini sui vnacum Generalibus Dominis Capi-
 taneis Ciuitatensibus et alijs Regnicolis et Castellanis contra ta-
 les inobedientes insurgere et in demolicionem ac destructionem
 talium malefactorum , et Fortaliorum ex quibus ista perpatrata

fuerint omnibus viribus ex toto posse laborare, colore seu excusacione cessantibus et procul motis. Eciā teneatur ipse Barczal super istis sine dilacione Dominum suum auisare, et ab ipso informacionem recipere ut possit exequi et ad effectum perducere disposicionem Regni in hac parte dispositam et ordinatam. Item quod de Ciuitatibus et Castris ab antiquo edificatis et constructis similiter pax integra et treuge pacis super eisdem punctis et articulis ut supra tangitur debetur obseruari. Item. Quod nullus Dominorum Ciuitatensium Capitaneorum et Castellanorum debet tenere seu souere quoscunque homines vagos sine seruicio stantes, neque ipsis hospitalitatem prebere nisi sine dampno et quorumcunque lesione. Et si huiusmodi vagi contra quemcunque hospitati aliqua spolia furticinia vel alia qualiacunque malorum genera commiserint extunc hospes eorundem teneatur ipsos detinere, et ad manus Dominorum Generalium Capitaneorum presentare. Quod si facere non possit, extunc tenetur damnificatis restitucionem etolucionem omnium dampnorum per tales malefactores impensorum. Et si tales hospites in hac parte esse vellent inobedientes extunc Domini Capitanei insurgant in eum ut supra. Item si quis contra formam Decreti nouam obsidionem et specialiter in bonis alterius facere vellet, aut fortalicium siue Castrum alterius furtim vel potencialiter inuadere attemparet, quod absit, tunc teneantur Capitanei Deputati cum omnibus Regnicolis istarum partium contra tales malefactores insurgere, et ipsos destruere et emendare modo prenotato. Item quicunque ab aliquo cuiuscunque huiusvagi existeret, qualemcunque iniuriam pateretur, idem per se non debet potencialiter se solum vindicare sed procedat in hijs secundum antiquam Regni consuetudinem, aut perquirat Dominos Capitaneos, qui sibi iusticiam superinde impendant secundum Regni Decretum. Item si que nouitates damnorum videlicet illaciones post disposicionem Regni in Pesth factam contra quemcunque, aut quoscunque forent commisso, super talibus fiat Legis expressio secundum formam Decreti ibidem ordinati. Item. Quod nullus Capitaneorum Castellanorum, seu quorumcunque Officiorum, Rectorum et Dispositorum se de bonis Ecclesiarum decimis videlicet et prouentibus ad Ecclesias et Ecclesiasticas personas pertinentibus in-

tromittat quo quis modo. Sed ipse Ecclesie vtantur et fruantur iuxta consuetudinem antiquitus obseruatam et Decretum Regni Ecclesiastica libertate. Item quod nullus hominum presumat emere pecora seu alias quascunque res spoliata et per rapinam receptas , et vbi cunque talia pecora seu res fuerint , auferantur ab eisdem sine omni solucione , et restituantur hijs quorum fuerunt , Si uero quipiam in hac parte inobediens fuerit, puniatur modo quo supra. Item articulos super restitucione bonorum tempore istarum guerarum occupatorum inter Regnicolas fieri debenda , remaneat stat dispositum in Decreto saluo Jure Ciuitatensium , quorum factum remaneat iuxta eorum antiquam consuetudinem et libertatem. Item Tricesime et Tributa sive Theolonia nullibi alias quam in locis consuetis et sub debita solucione hactenus obseruata exigantur prout in Decreto exprimitur. Et si qui contra huiusmodi disposicionem fecerint, hij per Dominos Capitaneos emendantur vt supra. Similiter disposiciones rerum mercimonalium locis debitIs et consuetis , et non aliunde fiant , et admittantur. Item Decime prouentus et Redditus Ecclesiastici a die Decreti in Pesth editi incipiendo a modo ut in antea hijs quibus debetur , et ad quos pertinent suis Dominis persoluantur. De perpessis autem et neglectis ac dampnis perpatratis quibuscunque omnia sint complanata. Item quod Sedes Judicaria in Comitatibus sub predicto Capitaneatu existentibus in suis locis et diebus consuetis celebretur , et obseruetur. Item quicunque Dominorum nobilium et aliorum cuiuscunque Status hominum infra hinc et festum Sancti Laurencij Martiris proxime venturum ad Ciuitatem Cassouensem vel ad Dominos Capitaneos venerint , aut ipsos per Literas suas superinde certificauerint, quod in presenti dispositione vnanimes nobiscum manere voluerint , et premissa omnia obseruare , extunc tenebimus eisdem similiter amiciciam et fraternitatem obseruare, prouti hic est conclusum, et ordinatum. Item quicunque ex nobis aut nobiscum permanere volentes hanc nostram disposicionem ordinacionem et acceptacionem infringere presumserit , extunc mox Nos Comes Georgius de Rozgon Judex Curie Regie etc. Emericus Waijwoda de Pelsewcz ac Johannes Gyskra de Brandijs seu nostri loco antefatus Barczal Capitanei generales una cum cer-

tis nostris fratribus ac cunctis Ciuitatensibus Concapitaneis nostris et alijs Regnicolis contra talem insurgere et eidem obuiando inxta formam prenotati Decreti vt predictinr nuperrime in Ciuitate Pesthiensi editi resistere teneantur et resistent, harum quibus Sigilla nostra penes Sigilla Dominorum infrascriptorum presentibus sunt impressa Litterarum vigore et Testimonio mediante. Datum in Sijna Feria quinta proxima ante festum beate Margarethe Virginis et Martiris Anno a nativitate Domini Millesimo quadragesimo quadringentesimo quinto.

Et nos Johannes de Peren Thawarnicorum, Ladislaus de Pálócz Janitorum Regalium Magistri, Stephanus de Homonna, Simon Czudar de Olnod, Johannes de Peren junior, Stephanus Poharnok de Brezawitz Ladislaus de Doba, Syluester de Torna, Ladislaus filius condam Petri Palatini de Pelsewcz, Sebastianus de Rozgon, Ladislaus de NagMihal, Johannes Niger de Brezawicz, Bartholomeus de Homonna, Martinus de Czekij, Elias de Bel, Benedictus de Czijplak abbates, Philipus Agriensis, et Stanislaus de Leles Ecclesiarum Prepositi, Georgius Archidiaconus de Wijwar, ex parte vero Capituli Ecclesie Prepositure Scepusiensis Magistri Petrus Plebanus, et Nicolaus Canonicus, ac Ladislaus de Lomnicz Officialis eiusdem Domini Prepositi, Demetrius de Pan, Simon de Seecz, Paulus de Peren, vterque Nicolaus de Soos, Franciscus et Ladislaus de Sempsj, vterque Ladislaus de Seebes. Item de Comitatu Wijwar, Ladislaus de Sarwar, et Johannes Cornys, de Zempliniensi, Sandrinus et Andreas de Braka de Scepusiensi, Frater Petrus Cadiolcz, — Stephanus de Lomnicz et Ladislaus de Konij de Beregiensi Simon de Darocz, de Sabolcz, Ladislaus de Baba, Georgius Daczho et Jacobus de Tegnie de Wng. Johannes Gombos et Andreas de Thamasfalwa de Saros Comitatibus in premissis presencia-liter constituti omnia et singula supradicta et quodlibet premissorum vnacum supradictis Dominis Capitaneis promittimus et pollicemur honore et fide nostra Cristiana mediante pro nobis et omnibus nostris et nobis adherentibus firmiter obseruare te iuxta nostrum posse debitum deducere ad effectum, et facere obseruari. Datum vt supra (huszonkét zöld pecséthely, a pecsétek alatt következendő nevek: Rozgon, — Barczal, — Cas-

scha, — Peren, — Palotcz, — Homonna, — Czudor, — Nag-Mijhal, — Czeke, — Lapijspatak, — Sebes, — Pan, — Pauli Lipto —, Semsij et Czeech, — Sebartz Hanus, — Tewke-Peter, — N. Tarkan, — Petrus Tarkan, — Ladislaus de Agard, — Upor, — Upor, — Ziczer).

Kassa városa levéltárából.

LXXVI.

A krakkói föld egyházi és világi nagyai Visliczen tartott gyűlésökből Rozgonyi György országbirót, Pelsőczi Imrét, Dobrai Barcsai Miklóst, Kassa városát stb. tudósítják, hogy azon károk, melyeket nemmely lengyel kapitányok nem régiben Magyarországon csináltak, tudtokon és akaratjokon kívül okoztattak; de azoknak orvoslása, valamint az iránt, miszerént a lengyel kereskedők áráikat a szokott helyeken rakják ki, és a harmadikat Lublónál rendesen fizessék, a szükséges rendeléseket megtették. Kelt Visliczen, július 20-dikán 1445.

Magnifici Nobiles et Prudentes Domini Amici Nostri carissimi Agentibus nobis generalem Conuencionem certarum Terrarum Regni Polonie in hoc loco Nuncius vester Spectabilis vir Georgius in nostri medium aduenit et literas caritatum vestrarum nobis exhibuit et presentauit, in quibus caritates vestre querulantur et exponunt qualiter Officiales familiares et subditi Serenissime Principis Domine Zophie Domine nostre Polonie hominibus et subditis Regni Hungarie notabilia et grauia inferunt dampna Treuga inter nos firmata non attenta. Rogantque nos caritates vestre quatenus cum predicta Domina nostra Regina disponamus et procuremus vt omnia dampna per amplius cessent et conquiescant. Scire itaque placeat quod nos ab eo tempore quo pacem cum Regno Vngarie reformatimus ad obseruacio-

nem eius semper eramus diligentes et intenti, et temeritatem maliciamque hominum qui dictam pacem varys ingenij rumpere nitebantur pluribus supplicijs compescimus Non possumus tamen ita diligentes existere, quin astucia et peruersitas hominum nouas uias exquirat quibus auariciam suam et maliciam saciet. Et propterea si quando aliisque iniurie aut dampna subditis Regni Vngarie inferuntur certi sitis illas preter scienciam ymo contra prohibicionem nostram fieri, et nos quantum in nobis est non cessamus illas et corrigere et cohobere. Vnde habitis literis vestris statim et in continentu nuncium nostrum speciale ad Serenissimam principem Dominam nostram Reginam polonie Zophiam transmisimus rogantes suam Serenitatem ut suos Capitaneos et subditos cohibeat et compescat ne Regno Hungarie aliqua dampna amplius et decetere inferant vel irrogent. Et speramus quod Sua Serenitas precibus et consilijs nostris mouebitur et votis nostris in hoc annuet et concurret. Precipimus insuper omnibus mercatoribus Regni huius ut merces suas in locis et depositorijs antiquis deponant et debitam Tricesimam in Lublio iuxta antiquam obseruanciam et cui Serenissimus princeps Dominus Wladislaus Deigracia Vngarie et Polonia Rex eam exigendam commisit, reddant. Datum Vislicie feria tercia proxima ante festum Sancte Marie Magdalene Anno etc. XLV-to

Prelati et Barones Terrarum Cracouiensium in Conuencione generali Visliensi pro die Sancti Alexij habita constituti.

Kivülről. Magnificis Nobilibus et Prudentibus Viris Domino Georgio de Rozgon Judici Curie Regie Maiestatis Emerico Wayuode de Pelsewcz, Nicolao Barczal de Dobra Judici Consulibusque Ciuitatis Caschouiensis Ceterisque Capitaneis et Ciuitatensisbus et proceribus Regni Hungarie amicis nostris dilectis.

Kassa városa levéltárából.

LXXVI.

Albert osztrák herczeg a kis-martoni várat és urodalmat Eicsinger Konrádnak elszálogostta 4,500 magyar forint adós-sága fejében. Kelt Bécsben, oct. 10-dikén 1445.

ICH Conrat Eiczsinger von Eiczing. Bekenn für mich Vnd all mein erben, Vnd tue kund offennlich mit dem brief. Daz uns der durchleuchtig Hochgeborene fürst, Herczog Albrecht Herczog zu Österreich ze Steir etc. vnser genedigerherr vnd sein erben, schuldig worden sein vnd gelten sullen. fünftthaltausend guuter vngrischer guldein, all gerecht in gold vnd wag, die wir seinen fürstlichen gnaden zu notdurften bereit gelihen haben, Dafür vns sein gnad, das Geslos vnd Herschafft zu der Eys-neinstat, in phandesweis versaczt vnd jngeben hat, mein Leb-teg mit allen rechten nützen Zinsen vnd gülten, die dann dar-tzu gehörnt, wie die genant, oder wo die gelegen sind, mit aller gewaltsam, nichtz ausgenomen, die sol Ich vnd mein Erben jnnhaben nützen vnd niessen, an abschleg der nütz, alslang vncz daz der obgenant mein genediger herr. Herczog Albrecht oder sein erben, nach meinem tod, von meinen erben oder wer den geltbrief, vns vmb die egenant Summ guldein, von dem benanten vnserm genedigen Herren gegeben, mit vnserm guetem willen jnnhat, daz benant Geslos ablossen, vmb die vorgemelten fünftthaltausent guldein. Vnd derselben Lo-sung Sy demselben vnserm genedigen Herren, oder seinen Erben, nach meim tod allczeit stattun sullen, an alle widerred, vnd an alles verziehen vnd vnguerlich. Sij habend vns auch vergünnet, auf das vorgenant Geslos zu notdurft vnd sichtklichen, fünfhundert guldein zuverpawen. Vnd was Ich also ver-paw, das sullent Sij meinen Erben, mitsamt der andern Summ, in obverschribner maynung ausrichten vnd beczahn, wenn Sij von meinen Erben, darumb ermont werden. Auch wenn der

vorgenant vnser genediger herr oder sein Erben , solh losung als vorgemelt ist, tun wellent , daz sullen Sy zway gancze Moneid vorhin , meinen Erben , mit jrm brief zewissentun , daz Sy sich darnach richten mügen. Ich vnd mein Erben sullen auch die benanten Geslos , Stat vnd Lewt trewlichen beschirmen vnd bewarn nach vnserm vermügen vngeuerlich , vnd Sy vnpillich nicht beschwern auch angeuerde. Wer aber daz das obgenant Geslos zu der Eisneinstat , mir oder meinn Erben von den veinten gewaltiklichen abgedrungen vnd angewunnen wurde , wie sich dann daz in solcher mass begeb , so sol dennoch der vorgenant mein genediger herr , vnd sein Erben , mir vnd meinn Erben, die obgemelten funfthaltausent gulden mitsambt dem , so ich da verpawt hab , als vorgemelt ist, ausrichten vnd beczaln , an alles vercziehen , wann Sy von vns ermont werden , darnach in den nagsten zwain Moneiden vngeuerlichen. Auch sullen Ich vnd mein Erben , dem obgenanten vnserm genedigen herrn vnd seinn erben , daz benant Geslos zu der Eisneinstat offenn halten zu jrn notdurften, vnd sew vnd die jrn aus vnd jn lassen , alsoft in des not geschiecht , Doch auf jr kosst vnd zerung, mir vnd meinn erben an vnsern merklichen schaden vngeuerlich , als auch daz der brief, So wir von dem egenanten vnserm genedigen herren , darumb haben aigentlich begreiffet , Daz alles gelob ich obgenanter Conrat der Eiclinger für mich vnd all mein Erben , dem benanten meim genedigen herren vnd seinn Erben genczlich stetczuhalten vnd zeuolführn getrewlich vnd an alles geuerde. Mit vrkund des briefs Besiglt mit meim Aigen Anhangundem Insigl. Der sach ist gezeug , Der Edl kaspar Schifer , mit seinem Anhangundem Insigl. durch meiner vleissigen pet willen. Im vnd seinn Erben an schaden. Geben zu Wienn , Nach cristi geburd , Virczehenhundert vnd darnach in dem fünfvnd virczigisten Jare , an Suntag vor sand Colmanstag.

A csász. kir. titkos levéláról.

L XXVII.

Fridrik német király első felelete a magyarországi követekekhez, oct. 13. 1445.

Responsio prima Serenissimi Domini Romanorum Regis data Oratoribus Incliti Regni Hungarie Wienn Anno MCCCCXLV-to in die Sancti Colomanni.

Quemadmodum nomine Incliti Regni Hungarie Serenissimo principi, Domino nostro Romanorum Regi etc. proposuistis etc. Qualiter Serenissimum Dominum Regem Ladislauum patruelem suum in Regem vestrum elegeritis, et super eo desiderastis vos erga eum tamquam ad dominum vestrum exhibere, ita quod vicereciproca idem ipse erga vos et Regnicolas iuxta obseruanciam antiquam eciam faciet.

Sic Maiestas dicti Domini Romanorum Regis multa cum Dominis qui aduentum magnifici Nicolai Wayuode precesserunt habuit dicere et tractare, occasionibus omnium rerum, et in vltimis post aduentum eiusdem Nicolai Wayuode innouabantur tractatus huiusmodi super infrascriptis quinque articulis ad tractatus eosdem necessarijs, quos eadem Regia maiestas in scriptis vobis assignari fecit. Primo quod tractetur de loco in Regno Hungarie in quo Dominus Rex Ladislaus cum corona sua vsque ad annos legittime etatis sue teneatur. Item, quod prouideatur pro decenti statu suo. Item de Castris Ciuitatibus Officijs et alijs Juribus Regalibus Regi spectantibus prouisio debita fiat. Item quod eciam fiat opportuna disposicio Vicariorum Consiliariorum Officialium, et Capitanorum intra et in metis Regni pro eius bono Regimine. Item quod inimicicie guerre odia etc. sopiantur et ad concordiam reducantur, ita quod dominus Rex Romanorum et Dominus Rex Ladislaus de Regno et Baronibus ac

Regnicolis plene confidere possit et vicereciproca Regnum de ipsorum Serenitatibus.

Ex quibus per nos et Consiliarios sue Maiestatis multa dicta ponderata sunt, et singulariter vos ad intelligentendum dedistis, quomodo in ipso Regno Hungarie nulla vniuersitate nec pax fieri possent nisi per medium Coronacionis etc. Ad quod eadem Maiestas Regia respondendo vobis dici fecerat, Quod quamquam Coronacionis huiusmodi nulla sit necessitas pro eo, quia sue Maiestatis patruelis Rex Ladislaus prefatus, per dominum Archiepiscopum Strigoniensem in loco vero cum sacra corona ordinate et iuste secundum obseruanciam antiquam Coronatus est, Et maiestas domini Romanorum Regis, ac alij katholici Reges et principes, ipsum Regem Ladislaum pro coronato Rege hucusque semper habuerunt et tenuerunt, et hodie tenent. Nicholominus (igy!) tamen ad conplacendum vobis et toti Regno et propter bonum vniunionis et pacis respondit vobis prius sua Regia maiestas gracie in ipsam Coronacionem consciendo Ita quod illa fieri debeat vniacione omissa cuius reiteracio iuxta ritum Sancte matris ecclesie necessaria non existit, quodque vos suam Maiestatem Regiam literatorie asseculareris (igy!), cum Sigillo Vniuersitatis Regni predicti quod reiteracio coronacionis huiusmodi proxime celebrate coronacioni minime prejudicet, ac quod bene prouideatur caucionibus et securitatibus oportunis, pro accedendo ad coronacionem ipsam et ibi stando atque abinde recedendo, Ita ut celebrata Coronacione huiusmodi, eidem Regie Maiestati prefatus patruelis suus Rex Ladislaus vnam coronam predictam representetur ad manus suas et in potestatem eius, omni impedimento dilacione ac reclamacione et contradicione semotis. Quenquidem Regem Ladislaum iam dicta sua Regia Maiestas in Posonio tenere vellet vobis et Regno Hungarie ad honorem usque ad annos etatis sue legitimate ut prefertur hoc addito, quod Castrum Posoniense pro mansione dicti patruelis assignetur prefato domino nostro Romanorum Regi quamuis eadem sua Maiestas alijs ipsius Regis Ladislai subditis similia potentibus id facere recusauerit, prout hec alias vobis laciens fuerant declarata, Sperabatque sua Maiestas vos et totum Regnum merito in hoc fuisse contentos

Quoniam eadem Maiestas confidit vobis et Regno cum Responso satisfecisse , attento quod ipsum dominum Regem Ladislaum coronare et in ipso Regno ut supra tactum est wlt tenere

Verum pridem Maiestati sue quandam viam proponi fecistis sic videlicet quod eadem Maiestas Regem Ladislaum post Coronacionem cum statu suo in Jaurino tenere deberet , ipsumque munire , et quod Sex vicarij deputati cum certo numero personarum se Maiestati sue deberent inscribere et prouidere se Regem Ladislaum et suam Coronam a Jaurino nullibi deducuros absque Serenitatis sue consilio , scitu et voluntate . Et quod eciam sua eadem Serenitas ad honorem Regni se vicereciproca eisdem vicarys obligaret , sine ipsorum Consilio scitu et voluntate Regem Ladislaum suamque coronam ad nullum alium locum ducere etc. quemadmodum illa omnia amplioribus verbis produxistis.

Et quia via illa aliquantulum noua est , et per Regiam Maiestatem prius non intellecta Ipsa Maiestas in eadem materia deliberata vobis dici fecit , exquo sue Maiestati prefatus patruelis suus ab Illustrissima matre sua et a principibus et subditis suis commissus est sub magna confidencia tamquam proximo consangwineo , Tunc non conuenit eidem Maiestati quod ex parte persone prefati patruelis sui sueque corone quoquomodo erga aliquem se obliget aut inscribat . Sed Maiestas sua wlt tamquam proximus consanguineus personam et Coronam predictas tenere et conseruare libertatemque habere usque ad annos etatis legittime ut predictum est patruelis sui prefati . Et preterea quod locus Jaurini non est accommodus ceteris Regnis et principatibus dicti patruelis.

De Regimine vero Regni quanto melius Illi prouidebitur , illud quidem ordinabitur pro bono et utilitate prefati patruelis et Regni sui tantomagis eadem Maiestas de illo oontentabitur dispositaque est ad talia libenti animo consulere et iuuare . Et protanto est maiestatis sue conclusua desideracio , quod sue Serenitati Castrum Posoniense ad manus suas nomine dicti patruelis sui , cuius de Jure est assignetur , vbi ad honorem et complacenciam vestram atque Regni eundem patruelem cum corona sua locare intendit tamquam ad locum ceteris dominiis

suis eciam accomodum , ibique statum suum disponere , Hungarosque et aliorum suorum dominiorum subditos secum habere usque ad annos maturitatis sue , vt premittitur. Quodque vos velitis disponere , quod Prelati Barones et Nobiles viri ex omnibus Comitatibus et sedibus Regni , Illuc ad Posonium conueniant , ibique tractari et conueniri debeat qualiter prefata Coronacio cum pace et vnitate Regni perfici possit et prefatus Rex Ladislaus cum corona sua post Coronacionem ad manus Serenitatis sue deueniat omni impedimento et dilacione semotis ibi eciam tractari poterit de varijs de Regimine et alijs necessarijs rebus , adquas bene gerendas iterum fideliter Serenitas Regia consilio et auxilio assistere wult.

Ista videtur Regie Serenitati legalis via per quam patruelis sui Regnum suum assequi ipsumque Regnum pacem et concordiam adipisci , Et exinde ipsa Serenitas Regia apud consanguineos patruelis sui qui sunt potentes Reges et principes ceterosque dominorum suorum magnates , ad quos Maiestas sua eciam mittere intendit Decencius poterit excusari , Et si potestatem haberetis talia acceptandi Maiestas sua plurimum staret contenta.

Si vero mandatum non habetis tunc Serenitas sua vos hortatur et petit , quatenus talia ad Regnum velitis deferre , sibi que rcspositionem istam oblacionem et bonam dispositionem ac voluntatem sue Serenitatis exponere , diligenciamque facere , vt ille bonum assequatur effectum Sueque Serenitati super illis ivotum reddatur responsum , vt per hoc prefatum Inclitum Regnum ad pacem et quietem perueniat. Habetis enim iam portam pacis apertam , si eam introire volueritis in Serenitate autem Regia circa hec nil debetis desicere.

In casu vero quo aliquis vobis aliud niteretur consulere vel persuadere , ad faciendam aliquam nouitatem aduersus patruelem suum in Regno illi nequaquam consentire velitis , quoniam vobis optime constat , quod ipse patruelis secundum deum et iusticiam , vester , et Regni illius verus heres , coronatus Rex et dominus existit , Ex parte aui patris atque matris , Et per ipsum patruelem suum Regno pax dari poterit , et difficillime alio modo quemadmodum ipsamet (igy!) intelligere potestis. Et is-

tud velitis menti sumere , si enim per alias vias aliquid attemp-taveritis ex quo iterum dispendia in Regno suscitarentur, quod dens auertat , de illo Maiestas sua summe doleret , Sperat tamen Maiestas Regia quod Res iste per vestrum Consilium et auxi-lum adhuc ad bonum finem conducentur et quicquid Maiestas sua ad hoc poterit cooperari eadem se prius obtulit , ita in fu-turum facere parata est.

Quantum autem ad factum Castri Posoniensis , vt Regnum et vos aperte intelligatis , quod Serenitas sua nullum suum priua-tum comodum in hoc querit , ipsa Serenitas offert se facere litteratoriam caucionem , in casu videlicet quo Rex Ladislau de-cederet antequam annos maturitatis et sue proprie gubernaci-onis attingeret , quod den (igy) auertat , quod tunc sua Maiestas coronam et castrum Posoniense a Regno alienare non wult nec intendit.

A müncheni kir. levéláról egy egykordú más után.

LXXVIII.

Fridrik német király második felelete a magyar követsége-sz. Kelet napja nélkül.

Responsio Secunda Serenissimi Domini Romanorum
Regis ad articulos per Barones et Ambasiatores
incliti Regni Hungarie sue Maiestati assignatos.

Ad primum articulum petitionis prelatorum et Baronum Regni Hungarie ex parte Coronacionis Respondit Maiestas Serenissimi Domini Romanorum Regis quemadmodum eciam prius eis re-sponsum est in scriptis. Quod Serenitas Regia ad complacen-ciam eorum et propter vnonem et pacem inter eos faciendam ad tales Coronacionem Illustrissimi principis domini Ladislai

BUNYADIAK KÖRA. X. KÖY.

12

Regis Hungarie patuelis sui consentit quod illa fiat dempta vncione, que secundum ritum ecclesie non censetur necessaria, et quod eciam litteratorie prouideatur cum Sigillo vniuersitatis Regni Hungarie quod iteracio huiusmodi Coronacionis priori Coronacioni non preiudicet quemadmodum responsio illa in scriptis data clare demonstrat.

Ad secundum articulum in quo dominus Archiepiscopus Strigoniensis, Dominus Vesprimiensis, Comes Cilie, Nicolaus Wayuoda, Ladislaus Banus, Emericus de Marsali (igy) Rupertus de Thar, Ladislaus Cheh de Lewa, Emericus de Canisa et Paulus de Dombo nominati sunt pro assecuracione nomine tocius Regni facienda, intelligunt ipsimet domini Ambasiatores, quod illi qui non sunt cum mandato ex Regno ad hoc deputati illa potestate uti non possunt, cum talis potestas eis a toto Regno tradita non sit.

Ad tertium articulum ex parte assecuracionis Corone Dicte Regia Serenitas se prius ex parte Corone ipsius et Castrorum Posoniensis, erga dominos ambasiatores obtulit et respondit, vt ipsi aperte intelligent quod Serenitas sua nullum suum priuatum comodum, erga Regnum hoc querit, quod velit sua Serenitas litterotoriam super hoc caucionem facere in casu videlicet quo Ladislaus Rex decederet antequam annos maturitatis et sue proprie gubernacionis attingeret, quod deus auertat, quod tunc sua Maiestas Coronam et Castrum Posoniense a Regno alienare non velit, Et Maiestas sua adhuc est voluntaria ad eandem caucionem faciendam.

Ad quartum articulum assecuracionis, videlicet de non petendo Regem Ladislauum et suam Coronam a domino Romanorum Rege usque ad annos maturitatis supradicte etc. Videtur sue Serenitati esse dignum, quod fiat caucio oportuna.

Ad quintum articulum ex parte Ladislai Bani et Castrorum in metis Regni situatorum etc. Prefata Serenitas prius bina vice eis super hoc intencionem suam exposuit et signanter ex parte Castrorum sic respondit, videlicet Quod sue Serenitati terris et subditis suis grauissima dampna ex illis Castris illata sunt per predas, rapinas, Incendia, Homicidia furtiuas ablaciones Ciuitatum et contra inscriptam et statutam treugam inter prefatam

Serenitatem et sua dominia et Regnum Hungarie , et contra varias querelas factas Regi Polonie , Palatino et alijs , quod minime profuit , sed Maiestas sua fuit inuitata per tales enormitates et inuocaciones suorum subditorum manum apponere , quemadmodum factum est , cum maximis tamen impensis et laboribus quamvis eadem Maiestas Regia vigore treugarum merito facere potuit non ad displicenciam Regni , sed propter necessitates supportatas , sed cum de alijs rebus tractatum fuit Maiestas sua eciam de isto articulo libenter tractari faciet .

Item ad Sextum et septimum articulos in casu videlicet quo aliqui huiusmodi conclusionibus cum Maiestas (igy) Regia faciendis , vel eciam ordinacionibus per Regnum factis quoad restitucionem bonorum se vellent opponere , quod tunc Regia Maiestas eis assistat auxilijs (igy) et fauoribus etc. Sed quia Barones et Ambasiatores in articulo quarto superius expresso tetigerint et petiverint , quod Serenitas sua de Regimine factis et dispositionibus Regni se non intromittat cum Regnum Hungarie nunquam subsuit Imperio etc. Intendit Maiestas sua quod sacrum Imperium et Regnum Hungarie quot (igy) eorum in suis dignitatibus permaneat . Sed de auxilijs — — — videt — — — M — est — — — sue quando res iste secundum sue Maiestatis priorem oblationem et responsionem suam vobis inscriptis datam concludentur , tunc poterit eciam tractari quomodo et qualiter vna parcium ad aliam se in talibus tenere debeat et habere .

Et sicut ipsi domini Ambasiatores in fine primi articuli pertinet coronacionem in breuissimis diebus fieri etc. Videtur Maiestati sue postquam articuli necessarii de quibus prius sermo habitus est , secundum Tenorem Responsionis inscripte eis date concludentur , extunc poterit commodosius (igy) de die huiusmodi Coronacionis tractari et concordari .

Per dominum Leonhardum de Velsegk Militem.

A müncheni kir. levéltárból egy egykorú más után.

LXXIX.

Dénes esztergomfi érsek és bíbornok, Hedervári Lőrincz nádor és több egyházi s vildgi nagyok az 1445. évi december 8-dikára kihirdetett székes-fejérvári országgyűlést 1446. évi február 9-dikére elhalasztván, erre Kőrmöcz városát meghívják, nyilván kijelentvén, hogy itt a tanácskozások csak nyolcs napig fognak tartatni. Kelt Sámbokon dec. 19. 1445.

Circumspecti Viri Amici nostri solemini Ambasiata quam Generalis Regnicolarum Pestini congregatorum — — — in arduis negocijs ex nostris ad Romanorum Regem submiserat, ex pleto huiusmodi Legacionis Officio dudum reuertente postquam, que et qualia cum dicto Romanorum Rege tractata sunt. quidque Legacionis ab Eodem, ipsa Ambasiata reportauerit — — — licet pro edicendis, et exaudiendis eisdem pridem singulis maioribus personis Regni, ut eedem ad Festum Concepcionis Marie Virginis proxime preteritum ad Albam Regalem conuenissent, literalis promulgacio facta fuisset, Tamen quia nonnullis fratribus et Amicis nostris in extremis partibus Regni distantibus constitutis, pro talismodi celebracione diete preattactum Festum Concepcionis Marie breuis termini assignacio visa exstitit, potentibus ipsis terminum in eo prefigi longiorem. Nos igitur ob id ad bunc communem congregati Locum, dictorum Fratrum et Amicorum nostrorum desiderijs satisfacere volentes, una cum Nuncijs certorum aliorum fratrum nostrorum previa ratione ad nos destinatis, nobiscumque de presenti constitutis, pro talismodi — — — diete in dicta Alba regali qualiter celebranda Octauum Diem Festi Purificacionis Marie proxime venturum Terminum satis prolixum, satis competentem et sufficientem de — — — , prouidencia prefigendi duximus indicendum, prefigimusque, disponimus, et ordinamus taliter obseruari, vt omnes et singuli Proceres Regni,

Loco et Termino in preacta Congregacione interesse studeant, nullaque occasione posita negligant comparere, edicentes per expressum, quod non obstante absencia quorumcunque mox ipso Termino adueniente hi qui presentes fuerint de quorum numero Amicicias vestras fieri petimus ex affectu, in omnem Statum Regni et Patrie Solidacionem plenissimam habeant potestatem tractandi, disponendi, et concludendi prout ipsis melius videbitur expediri, probibentes nihilominus, ut tempore medio nulluspiam nocere presumat alteri, hostiliter quoquis modo, presentibus eciam nuncijs Vestris ad Id, de medio vestro eligendis plenum nostrum Saluum Conductum pro aduentu, mora et iterato recessu eorundem, damus et concedimus sub fide nostra Christiana, et honore temporali certificamus vos, quod firmi nostri propositi existat moram solummodo octo dierum facere ibidem. Venient igitur Nuncij vestri tempestive, ne eisdem valeat negligencia imputari, quibus octo diebus Tractatibus et concludendis negocijs finem Deo dante imponemus. Datum in Villa Sumbok prope Budam, habita feria sexta proxima ante Festum beati Thome Apostoli Anno Domini Millesimoquadrigenesimo quadragesimo quinto. — Dionisius Cardinalis Archi Episcopus Strigoniensis Petrus Vacziensis et Ladislaus Nitriensis Episcopi. Laurencius de Hederwara Palatinus, Nicolaus de Vylak Wayuoda, Georgius de Rozgon Judex Curie, Ladislaus de Gara Banus Machouiensis, Emericus et Stephanus de Pelsewh, Simon Czudar de Olnod, Rupertus de Thar et Georgius Lorandij de Serke.

*Kicéülről. Circumspectis et prouidis Viris Judici et Juratis
Ciubus Ciuitatis Cremnicensis Amicis nostris dilectis.*

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P.H.) (P. H.)

Körmöcz városa levéltárából Czech János szivességeből.

LXXX.

Fridrik római király Péter váczi püspök, Palóczi László, továbbá Bodó Gergely és Loránd alvajdák, Kassa és Pozsony város bírái s más egyházi és világi személyeknek, mint a magyarországi rendek által hozzá kis László király ügyében tanácskozás és egyezkedés végett küldött követeknek, 200 lovag kísérettel 50 napra terjedő bátorság levelet ad. Kelt Bécsben, martius 28. 1446.

Fridericus dei gracia etc. Notumfacimus tenore presencium, vniuersis, Quia prelati Barones et Proceres jncliti Regni Hungarie pro iniendis nobiscum certis tractatibus bonum et vtilitatem prefati Regni, necnon honorem et comodum Serenissimi principis ladislai Hungarie etc. Regis patruelis nostri carissimi suorumque ac nostrorum principatum statum concernentibus Venerabilem petrum Episcopum Vaciensem Magnificum ladislauum de palouicz necnon Egregios, et honorabiles Gregorium Bodo, lorandum Vicewaiuodas cassouiensem et possoniensem . Judices nonnullosque alias prelatos, Nobiles, Ceterasque personas usque ad numerum ducentorum equorum. Notabiles Ambasiatores suos ad nos et nostram Curiam missuri sunt. Ideo ut eisdem Ambasiatoribus et nuncijs securius omni parte pauore secluso pateat accessus. Eosdem cuiuscumque status condicionis uel preeminencie fuerint cum omnibus subditis familiariibus , necnon in eorum Comitiva vssque ad numerum ducentorum equitum uel infra prout voluerint procedendi presentibus affidamus assecurainus certosque et securos , omni ex parte facimus presentemque nostrum Saluumconductum in verbo nostro Regio et sub fide christiana inuiolabiliter obseruandum eis damus vt ipsi adata presencium usque ad quinquaginta dies immediate sequentes inclusiue cuni dictis ducentis equitibus uel citra sicut voluerint ad nos et Curiam nostram vbi cumque fue-

rimus constituti venire nobiscum stare morari et tractare ac tandem conclusis uel non conclusis tractatibus ad propria uel ad alia que maluerint loca. Saluis personis et rebus eorum vniuersis pacifice quiete et sine vlo impedimento redire valeant atque possint. Promittentes in verbo nostro Regio prefato ac fide nostra predicta, prefatum nostrum Saluumconductum sine omni dolo et fraude excogitata uel excogitanda firmiter obseruare, ac per omnes nostros et dicti Regis ladislai subditos cuiuscumque gradus status et condicionis sint presencium noticiam habituros firmiter precipiendo mandamus quatinus pretactos Ambasiatores seu nuncios dictorum prelatorum Baronum et procerum Regni Vngarie cuiuscumque condicionis dignitatis uel status extiterint sub presencium confidencia ad nos venturos tam in eundo quam redeundo pacifice quiete et sine omni impedimento permittatis et permitti faciatis et aliud fecere non presumatis. Presentes autem post earum lecturam reddite presentanti. Presentium etc. Datum wienne die 22*vij* marcij sub pendenti, Anno etc. 14*vij* Regni nostri anno sexto.

(Reichsregistratursbuch O. fol. 218)

A csász. kir. titkos levéltárból.

LXXXI.

Renes István és Gmaiil István Pozsony városának követei, az országgyűlés meneteléről, az ott előlegesen megállapított pontokról, melyekre az országgyűlés minden tagjainak esküt kellett letenni, mit azonban ők megtagadtak, és Hunyadi Jánosnak kormányzóvá lett választásáról küldőkhez részletes tudósítást tesznek. Kelt junius 6-dikán 1446.

Vnser Willichait in dinsten zeuor sunder herren vnd surdrer. An heutigen tag sein auf dem Rakus bey einander ge-

LXXX.

Fridrik római király Péter váczi püspök, Palóczi László, továbbá Bodó Gergely és Loránd alvajdák, Kassa és Pozsony város bírái s más egyházi és világi személyeknek, mint a magyarországi rendek által hozzá kis László király ügyében tanácskozás és egyezkedés végett küldött követeknek, 200 lovag kiserettel 50 napra terjedő bátorságlevélet ad. Kelt Bécsben, martius 28. 1446.

Fridericus dei gracia etc. Notumfacimus tenore presencium, vniuersis, Quia prelati Barones et Proceres jncliti Regni Hungarie pro iniendis nobiscum certis tractatibus bonum et vtilitatem prefati Regni, necnon honorem et comodum Serenissimi principis ladislai Hungarie etc. Regis patruelis nostri carissimi suorumque ac nostrorum principatum statum concernentibus Venerabilem petrum Episcopum Vaciensem Magnificum ladislauum de palouicz necnon Egregios, et honorabiles Gregorium Bodo, lorandum Vicewaiuodas cassouiensem et possoniensem Judices nonnullosque alias prelatos, Nobiles, Ceterasque personas usque ad numerum ducentorum equorum. Notabiles Ambasiatores suos ad nos et nostram Curiam missuri sunt. Ideo ut eisdem Ambasiatoribus et nuncijs securius omni parte pauore secluso pateat accessus. Eosdem cuiuscumque status conditionis uel preeminencie fuerint cum omnibus subditis familiariibus, necnon in eorum Comitiva vssque ad numerum ducentorum equitum uel infra prout voluerint procedendi presentibus assidamus assecuramus certosque et securos, omni ex parte facimus presentemque nostrum Saluumconductum in verbo nostro Regio et sub fide christiana inuiolabiliter obseruandum eis damus vt ipsi adata presencium usque ad quinquaginta dies immediate sequentes inclusiue cum dictis ducentis equitibus uel citra sicut voluerint ad nos et Curiam nostram vbi cumque fue-

rimus constituti venire nobiscum stare morari et tractare ac tandem conclusis uei non conclusis tractatibus ad propria uel ad alia que maluerint loca. Saluis personis et rebus eorum vniuersis pacifice quiete et sine vlo impedimento redire valeant atque possint. Promittentes in verbo nostro Regio prefato ac fide nostra predicta, prefatum nostrum Saluumconductum sine omni dolo et fraude excogitata uel excogitanda firmiter obseruare, ac per omnes nostros et dicti Regis ladislai subditos cuiuscumque gradus status et condicionis sint presencium noticiam habituros firmiter precipiendo mandamus quatinus pretactos Ambasiatores seu nuncios dictorum prelatorum Baronum et procerum Regni Vngarie cuiuscumque condicionis dignitatis uel status extiterint sub presencium confidencia ad nos venturos tam in eundo quam redeundo pacifice quiete et sine omni impedimento permittatis et permitti faciatis et aliud fecere non presumatis. Presentes autem post earum lecturam reddite presentanti. Presentium etc. Datum wienne die 22^{ij} marci sub pendentri, Anno etc. glv Regni nostri anno sexto.

(Reichsregisterbuch O. fol. 218)

A csász. kir. titkos levéltáról.

LXXXI.

Renes István és Gmaitl István Pozsony városának követei, az országgyűlés meneteléről, az ott előlegesen megállapított pontokról, melyekre az országgyűlés minden tagjainak esküt kellett letenni, mit azonban ők megtagadtak, és Hunyadi Jánosnak kormányzóvá lett választásáról küldőikhez részletes tudósítást tesznek. Kelt junius 6-dikán 1446.

Vnser Willicbait in dinsten zeuor sunder berren vnd furdrer. An heutigen tag sein auf dem Rakus bey einander ge-

wesen der meist tail der lanntherren im Rat, als der Ertzbischof Her Mathias Bischof der von Woczen Wesprin, dartzu der Gross Graff Lassla Ban vnd ander herren zemal vil Geistlich vnd weltlich. Darczu der Orsag zemal vil also erputen wir uns zu angesicht der herren. Da cham her Thoman von Zeecz vnd ert vns mit furbringen fur dy herren In Rat dy vns erlich gnug enphingen vnd aufnomen vnd geuallen beten an vnser beywesung. Den wir fuerhielten euer vnd vnser gehorsam des Sy vns dannkten treulich. Vber das Schueffen Sy vns zegen zu sambung ander Stet in ain Zelt, vnd mit vns ging der bedacht Her Thoman in das Zelt vnd vnderredt sich ein guettail in vertrawn mit vns. Darnach chomen dy von Casschaw vnd dij von Newn Ofen, auch dy von Weissenburg vnd warn In dem Zelt lange Zeit mit vil vnderredung. Darnach chomen her Jorg von Rozgon vnd her Lasla von Poloucz vnd hielten vns fuer vnder vil worten was wer die betrachtn vnd erzalten vns etwas Artikel Als is hie Innen vernemen werd vnd besehen, vnd begerten an dy Stet darauf zeswern, das von den Steten ward abgeslagen binen bisher. Darnach kurczlich ward ain geschray vnder der Orsag zu erweln ainen verweser vnd Regirer daz Reich vnd dan riten dy herrn all von danen In dy Stat Pest. vber kurtz darnach rueft man den Huniad Janusch zu ainen Verweser vnd Regirer des Lanndts wie es aber darnach werd ergen vnd besten des sein wir wartund vnd euch daz hinfur verchunden. Item wir vernemen das procuratores des Reichs sollen werden der Erczpischof vnd der pischoff von Woczen vnder den Geistlichen, Darnach der Lassla Ban vnd der Gross Graff aber wie es sich sol noch geben des hab wir nit gancz wissen Datum an Montag in den pfingstfeyertagn Anno etc. xlvi-to.

Articuli super quibus fieri debet Juramentum

Primo quod eligent vnum Gubernatorem.

secundo quod universi Domini Prelati Barones et quiuis alij Castra Castella fortalicia Ciuitates Oppida possessiones et queque Jura possessionaria necnon Episkopatus Abbacias preposituras Decumasque et queuis beneficia et Jura Ecclesiastica per ipsos hijs guerrarum temporibus occupatas et usurpatas remittent et resignabunt. Ciuitates eciam quas hactenus Capita-

nei tenuissent pristino eorum statui disposicioni custodieque et conseruacioni proprie remittent Ipsique Capitanei manus gentes et familiares eorum excipient de eisdem, quique ex huiusmodi occupatoribus in hac conuencione presentes forent Interim non recedent de eadem donec huiusmodi remissionem et resignacionem efficient suo modo. Quotque Castra Castella et Fortalicia his disturbiorum temporibus erecta durante presenti congregacione diruantur et deleantur, demptis hys que in confinibus sunt erecta pro defensione Regni queque fortalicia vniuersitas Comitatuum in quo eadem sunt erecta pro sui defensione stare censuerit et voluerit remanere, nec interim by scilicet inter presentes qui huiusmodi fortalicia erexerunt inde recedent donec eadem deponent ac deponi faciant et delere.

Quod omnes Domini Barones honores et officiolata eorum quos et que habent et tenent in presenti Conuencione deponent manibusque ac disposicioni necnon distribucioni aliorum Dominorum Prelatorum Baronum et Regnicolarum libere et sine contradictione remittent et resignabunt.

Quod alia vniuersa que in Conuentione pro pace vtilitate et comodo Regni statuerentur concludentur et disponentur firmiter obseruabunt in eisdemque persistent ac eis obedient.

Quod omnes tractatus confederaciones et vincula inter quos-cumque facta et ordinata, que scilicet Regni et Reipublice vtilitatem impidirent casse annulate et inanes habeantur, atque ipsi Domini prelati et Barones in omnibus pro vtilitate Regni Regnicolis assistent ac contra statuta et ordinaciones Regni insurgentibus et contraeuntibus insurgent toto posse etc.

Der Ander ist vngrisch den chan Ich euer weishait nit zu-schreiben. Stephan Renes. Stephan Gmaitl.

Kicül. Den Ersamen Weysen herren dem Burgermeister Richter vnd Rate der Stat zu Prespurg vnsern gunstigen herren vnd pruedern.

A Pozsony városi levéltárból Czech János szivessége által.

LXXXIL

Hunyadi János Magyarország kormányzója a hét szász szék birtói és tanácsosai panaszára meghagyja Vizaknai Miklós erdélyi alvajdának, hogy azon rablókat, kik a hét szász szék lakosait kereskedelmi utaik közben fosztogatják és gyilkolják, bárhol találtassanak, a hét szász szék birtóival egyetértőleg tartóztassa le, s a hét szék kebelében érdemök szerént ítéltesse el, sőt halállal is büntettesse. Kelt Apoldon, julius 31. 1446.

Johannes de Hwnyad, nomine et in persona Inclitj domini Ladislai Electi Nati quondam domini Alberti Regis Hungarie eiusdem Regni Gubernator, Vobis Egregio Nicolao de Wyzakna, vice Wayuode Transsiluano, Salutem cum fauore, Exponitur nobis nomine et in personis Judicum et Juratorum Seniorum Septemsedium Saxonicalium partium Transsiluanarum predictarum multum querulose, qualiter nonnulli salutis proprie immeiores, plurimos ex Inhabitatoribus predictarum Sedium ipsorum rebus et bonis, dum eosdem has partes pro acquisitione vite necessariorum perlustrare hinc inde contingeret, spoliarent furtimque multa dainpna, ac offensas et homicidia inferrent incessanter, in eorundem exponencium aggrauamen satis magnum, Ideo vestre dilectioni presentibus, auctoritate premissae nostre Gubernacionis precipimus firmiter et mandamus aliud vtique habere nolentes, quatenus, a modo deinceps, vbi cunque huiusmodi notorios malefactores fures et spoliatores, tam in medio predictarum Septem sedium quam eciam alibi in ipsis partibus Transsiluanis repertos, vna cum Judicibus et Senioribus dictarum Septem sedium Saxonicalium detineri facere, eosdemque iuxta eorundem demerita in medio ipsarum Septemsedium prescriptarum Judicari facere, mortique deputari modis omnibus debeat, Secus in premissis facere non ausuri.

Datum in Apold in profesto Advincula beati Petri Apostoli, Anno Domini MCCCCXL-mo sexto.

Commissio propria domini Gubernatoris.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

LXXXIII.

Hunyadi János Magyarország kormányzója Offenbánya, Zalatna és más erdélyi bányavárosok arany- és ezüstbányákat mivelő, vagy aranyat mosó lakosainak meghagyja, hogy ezen-től aranyjokat és ezüstjöket egyedül Kristóf és Antal firenzei olaszoknak, mint a kolosvári pénzverő-ház előjárónak, vagy ezek embereinek adják el; szabadságot tulajdonítván ezeknek, miként, ha mást arany és ezüst bevéltásán kapnának, azt letartóztathassák és ragyonát elkobozhassák. Kelt Szegeden, august. 23. 1446.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator vobis vniuersis Ciibus hospitibus et Incolis in Ophenbanya Zlatina vocata ac alijs Montanys in partibus Transsiluanis vbi-libet constitutis mineras auri Auri (igy!) et Argenti lauatoribus et exercentibus harum serie firmiter committimus Aliud habere nolentes, quatenus a modo in posterum vos aut alter vestrum Aurum et Argentum nemini alteri nisi circumspectis Christophoro et Anthonio Italicis de Florentia Camararijs Cusionis Monetariorum et Cimentariorum nostrorum de Cluswar aut hominibus suis presencium scilicet ostensoribus Campire et mutare debeatis, ymo volumus vt nullus omnino hominum huiusmodi Aurum et Argentum a vobis Cambire et mutare presumat, quos namque ipsi nostri Camararij repererint, tales in perso-

nis captiuare resque et bona eorumdem auferre possint et valeant Anctoritate nostra mediante. Secns ergo non facturi, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Zegedini in vigilia festi beati Bartholomei Apostoli Anno domini Millesimo Quadragesimo sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

LXXXIV.

Hunyadi János Magyarorsság kormányzója, Palóczi László országbíró, mint földesér, kérelméré Sajó-Szent-Péter városnak Borsod megyében országos vásári szabadalmat ad. Kelt Budán, sept. 14. 1446.

Nos Johannes de Hwni... nomine et in persona Serenissimi principis Domini Ladislai Electi nati condam Alberti Regni Hungarie, eiusdem Regni Gubernator. Momorie commendamus, per presentes, Quod nos tum ad requisicionis instanciam Magnifici Comitis ladislai de Palocz Judiciscurie Regie, per eum propterea nobis porrecte, Tum eciam pro comodo et vtilitate Regni et Regnicolarum ad possessionem seu Opidum suum Sayo Zenth-peter vocatum in Comitatu Borsodiensi existens, Nundinas liberas, seu fora annualia libera, singulis festiuitatibus beati Nicolai confessoris, Et similiter in festiuitatibus beati Gregorij pape alijsque diebus ipsa festa procedentibus et subsequentibus, ad id scilicet necessario aptis et sufficientibus annis singulis, sub hjsdem libertatum prerogatiuis quibus Nundine libere, seu fora annualia liberarum Ciuitatum ac opidorum seu villarum celebrantur, perpetuo celebranda annuentes, duximus concedenda, ymmo annuimus et concedimus presencium per vigorem absque tamen preiudicio Nundinarum aliorum ac fororum annualium liberorum, Quocirca vos vniuersos et singulos Merca-

tores Institores , aliosque homines forenses atque viatores presentibus affidamus , certificamus et assecnramus , quatenus ad predictas Nundinas seu fora annualia , per nos in dicto Opido Sayo Zenthpeter vt premittitur perpetuo celebrari commissas et concessas cum omnibus mercimonij rebusque et bonis vestris venalibus et forensibus secure libere et sine omni pauore seu formidine rerum et personarum vestrarum veniatis properetis et accedatis peractisque inibi vestris negotiacacionibus Nundinis et foris annualibus in predictis, redeatis ad propria vel alia que malueritis loca Saluis vestris rebus et personis sub nostra protectione et tutela speciali. Et hoc volumus per fora et alia loca publica vbique palam facere proclamari. Datum Bude In festo Sanctecrucis, Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quodragesimo Sexto.

Commissio propria domini Gubernatoris.

Az eredetiből.

LXXXV.

Hunyadi János Magyarország kormányzója, Pozsony város tanácsának kérelmére, mind azon birtágokból, melyekben a pozsonyi polgárok, összesen vagy egyenként, bárki ellenében, az ország bármelly birtósága előtt és bármelly törvényszakon elmarasztaltattak, a birtóságot illető részi nekik elengedi. Kelt Budán, oct. 3. 1446.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. memorie commendamus per presentes. Quod nos ad supplicationis instanciam Circumspectorum et prouidorum virorum Judicis et Juratorum Ciuium Ciuitatis Posoniensis nobis propterea porrecte, vniuersa Birsagia et queuis Judiciorum onera in qui-

bus ipsi Ciues aut eorum alter, aduersus quoscunque, in presencia quorumcunque Judicum et Justiciariorum Regni bucusque in quibuslibet octauis et terminis Ordine Judiciario conuicti fuissent et agrauati, eisdem Ciuibus porcionem duntaxat Judiciariam duximus remittendam et relaxandam, imo auctoritate Gubernacionis nostre remittimus et relaxamus presencium per vigorem. Quocirca vobis Magnificis Palatino et JudiciCurie, vestras in iudicatu vices gerentibus, cunctis eciam alijs Regni Judicibus et Justiciarijs Item Comiti vel vicecomiti, et Judicibus Nobilium quorumcunque Comitatuum, necnon dicatoribus et exactoribus Birsagiorum in quibuscunque Comitatibus constitutis, presentibus et futuris, firmissime committimus, quatenus a modo in posterum prefatos Ciues occasione et pretextu huiusmodi Judiciorum et Birsagiorum porcionem duntaxat ut preferatur Judiciariam concernentium, in personis eorum rebusque et bonis quibusuis, ad quorumvis instanciam, intra et extra Judicium, impedire, molestare, Judicare et quoismodo damnificare nusquam et nequaquam presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, et neque huiusmodi Judicia seu Birsagia ab eisdem petere et exigere, petique et exigifacere dabeatis. Aliud non facturi in premissis, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Michaelis Archangeli. Anno Domini 1446-o (m-o nn-o xl-o vij-to)

Commissio propria Domini Gubernatoris.

Pozsony városa I. végltárásból.

LXXXVI.

Fridrik római király Stájerhon egyházi s világi nagyainak, nemeseinek, lovagjainak, városainak meghagyja, hogy a magyarok ellen, kik tartományainak ütni készülnek, személyesen s minden akár gyalog akár lovag népökkel tüstént meginduljanak Grécz felé Stubenberg János stájerhoni főkapitány és Neitperg János tanácsnokához, mint személye helyetteseihez. Kelt oct. 30-dikán 1446.

Wir fridreich von gots gnaden Romischer König zu allen zeiten Merer des Reichs Herzog zu Osterrich zu Steir zu Kernen vnd zu Kraijn, Graf zu Tirol etc. Embieten den Ersamen vnsern andechtigen und allen vnd ijegleichen Prelaten vnd den Edeln. vnsern liben getrewn und Allen Grauen Herren Rittern vnd Knechten, vnd den vonn Steten vnsers fürstentums Steir, vnser gnad'nd alles gut. Als wir ew am nagsten geschriben, begert vnd gebeten haben, vns gen den Hungern vnd solichem irem mutwillen, so sij wider vns vnd vnser lannd vnd lewt mit schwerem angriffen vnd beschedigungen fürnemen vnd betrachten., Hilf vnd beistand ze tun etc. nach Innhalt vnsers schreiben, so wir ew darumb getan haben, Also lassen wir ew wissen, daz die Hungern solich vorberürt Zug ijr auf vns vnd die vnseren ze tun majnen, vnd gar kurczleich in vnsern lannden sein werden, Vnd begeren darauf aber. vnd bitten ew all vnd ewer ijden mit ganczem vnd sunderlichem vleizs vnd ernste. vnd ermonen ew, alles des, so Ir vns ewselbs, lannd vnd lewten in solichen notdurfftien schuldig vnd pflichtig seit, daz Ir, die obberürten prelaten, vnd die vom Adel, ew noch an alles vercziehen vnd zu angesicht dicz brifs mit ewer selbs Person, mitsambt den ewrrn ze Rossen vnd ze fueysen auf das maist vnd sterkist, so Ir die nach allein vermugen aufbringen mugt zu vnsern liben getrewn Hannsen von Stubenberg vnserm

Hauptman in Steir vnd Hannsen von Neitperg vnsern Röten gen Gretz füget vnd Ir die von Steten des gleichen , auch volkch ze Rossen vnd ze fueysen , zusamt dem Anschlag, so wir ew zum nagsten getan vnd darumb geschriben haben , auf das maist so Ir ijmmert künnet vnd mügt, bestellet vnd ordnet vnd das bey tag vnd nacht, gen Gretz zu denselben vnsern Röten sennet , dem wir dann empholhen haben , die sachen von vnsern wegen vnd an vnserer stat in solichen lewffen , nach rath Hillff vnd beistannt , ewer vnd der ganczen Lanntschaft ze hanndeln vnd ze ordnen nach gelegenheit vnd nach notdurfft, damit den veindten widerstannd getan , lannd vnd lewt , gerett vnd kunftiger vnd mererer scheden vertragen werden , als ir vns ewwselbs , lannd vnd lewwten schuldig seit vnd lasset des nicht vnd tut auch darlnn nicht lenger verczihen , wan des nach schickchung der veindt, ain grosse merkliche notdurft ist , vnd die sachen , als Ir selbs wol versteen mugt ijr der eijl bedorf, als wir dann des zu ew als zu vnserer getrewn lanntschaft, sunder gut vertrawn haben , So wirdet man eww kost vnd futer geben, vnd wir wellen ew in dem schaden halten , als wir eww das vormals zugeschriben haben Wir wellen das auch gen ew allen vnd ewer ijedem mit sundern gnaden erkennen vnd zu gut nicht vergessen Geben an Suntag vor aller heiligen tag.
Anno domini etc. glvj-to vnsers Reichs. in dem Sibenden Jare.

Commissio domini Regis
per consilium

A csász. királyi titkos levéltáról.

LXXXVII.

Jenő pápa azon egyességet, mellyet Fridrik római király-lyal az ő nevében követei, Tamás bolognai püspök és Carvajal János az apostoli kamara hallgatója, most mindenketten bíbor-nokok, egykor kötöltek, megerősít. Kelt Rómában, jan. 12-dí-kén 1447.

Eugenius episcopus seruus seruorum dei. Carissimo in Christo filio nostro Friderico Romanorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem. Ut Serenitati tue que nostrum et apostolice sedis honorem et comodum totis uiribus satagit promouere. benigne complaceamus, omnia et singula capitula siue appuntuamenta inter te, et venerabilem fratrem nostrum Thomam Episcopum Bononiensem, ac Johannem de Caruaial apostolice Camere Auditorem Oratores nostros apud te tunc constitutos, nunc uero sancte Romane ecclesie Cardinales uice et nomine nostris tam coniunctim quam diuisim concordata et conclusa prout in quibusdam cedulis papireis, que ipsorum Thome et Johannis uel alterius ipsorum signetis secretis inunite sunt. continetur, ratificamus, approbamus, et confirmamus, eaque cum effectu suis temporibus ut promissa sunt per nos et successores nostros intendimus obseruari. et ad executionem omnimodaui demandari, non obstante quod declaratio per te facta non fuerit iuxta tempus in dictis cedulis designatum, dummodo adhuc per te, uel per Oratores tuos hic Rome infra Mensem a die dato presentium computandum, declaracio fiat. Mandantes dilecto filio — — Priori ordinis Carmelitarum Conuentus Viennensis Patauiensis diocesis, quatinus litteras siue bullas apostolicas super hijs capitulis expeditas, et in quadam capsula per Thomam et Johannem prefatos sibi consignata contentas, ad manus tuas uisis presentibus assignet. Quod si littere siue bulle huiusmodi non uiderentur tue deuotioni suf-

ficientes, quotiens per te, uel tuo nomine fuerimus requisiti, bullas siue litteras apostolicas in optima forma, ita quod earum uigore quecunque in dictis Capitulis siue appuntuamentis continentur, adimpleri et ad executionem totalem poni debeant, confici mandabimus, et tue Serenitati uel tuis nuncijs absque ulla pecuniarum solutione tradi et assignari faciemus. Idemque noster successor faciet. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragesimoquadragesimosexto. Pridie Idus Januarij Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

B. Rouerella.—
de Curia
A. de Strata.

A csász. kir. titkos levéltárbból.

LXXXVIII.

Gara László macsói bán bizonyságot tesz arról, hogy Korogyi János, kiskorú fia Gáspár sérelmét is elvállalva, Bács megyei Veresegyház nevű faluját, iránta tanúsított kegyeiért Hunyadi János magyarországi kormányzónak, általa pedig László és Mátyás fiainak, adományozta. Kelt Budán, mart. 31-dikén 1447.

Nos Ladislaus de Gara Banus Machoviensis, Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod Magnificus Dominus Johannes de Korogh, Comes perpetuus de Castellis nostram personaliter veniens in presenciam, Omne onus Gaspar filij sui propter defectum etatis de possessionibus nondum disponere valentis in subscriptis in se assumpmendo, oraculo viuo vocis, sponte et libere maturaque

deliberacione exinde prehabita est confessus in hunc modum,
 Quod Ipse pro gratissimis , laudedignis et fauorosis complacen-
 cijs , Magnifici Domini Johannis de Hwnyad Regni Hungarie
 Gubernatoris per ipsum , locis diebus et temporibus opportunis
 sibi , scilicet domino Johanni de Korogh exhibitis et impensis ,
 ac in futurum exhibendis , Signanter vero vt fraternalis amor
 et caritas eo feruencius inter ipsos amplecti debeat atque pos-
 sit , quandam possessionem suam Weresseghaz vocatam , in Co-
 mitatu Bachiensi habitam , Simulcum vniuersis et singulis vti-
 litatibus , terris scilicet arabilibus cultis et incultis , agris pratis
 siluis fenetis Nemoribus et generaliter quarumlibet vtilitatum
 integratibus , quouis nominis vocabulo vocitatis , ad ipsam pos-
 sessionem Weresseghaz vocatam de Jure spectantibus et per-
 tinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus , ei-
 dem Domino Johanni Gubernatori , et per ipsum Ladislao et Ma-
 thie filijs eiusdem , ipsorumque heredibus donasset et contulis-
 set , ymo dedit donauit ascripsit et contulit ac perpetuauit co-
 ram nobis , Nullum Jus , nullamue Juris et dominij proprietatem
 sibi ipsi in eadem possessione Weresseghaz et suis pertinencijs
 reseruando , sed totum et omne Jus suum et prefati Gaspar fi-
 lij sui omnemque Juris proprietatem , in ipsum Dominum Jo-
 hannem Gubernatorem et filios eiusdem predictos , transferendo ,
 In cuius rei memoriam firmatatemque perpetuam presentes ei-
 dem Domino Johanni Gubernatori concessimus literas nostras
 priuilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboratas . Da-
 tum Bude feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum
 Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quatradesimo Sep-
 timo.

A bajor kir. levéltárból Münchenben.

LXXXIX.

Hunyadi János Magyarország kormányzója, Felső-Nádasdi Ungornak, előbb a magyar koronának, később neki magának többször tett érdemeiért és szolgálataiért, Hunyad vármegyében Felső-Nádasdon lévő birtokrészére névre új adomány levelet ad. Kelt Temesvárt, május 18-dikán 1447.

Nos Joannes de Hwnyad nomine et in Persona Incliti Domini Ladislai electi nati condam Domini Alberti Regis Hungarie etc. eiusdem Regni Gubernator Memorie commendamus per presentes quod nos consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium seruitiorum meritis Nobilis Ungwr de Felsew Nadasd, quibus imprimis Sacre Regni Hungarie Corone et exposit nobis in plerisque locis et temporibus opportunis studuit complacere, Intuitu quorum volentes sibi nostram exhibere benevolentiam fauorosam, portionem ipsius possessionarium in Possessione Felsew Nadasd vocata in Comitatu de Hwnyad existente habitam, in cuius pacifico Dominio presatus Ungwr hucusque se pacifice persitisse asserit persistaretque eciam de presenti, Simulcum vniuersis eiusdem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis pratis, siluis. Nemoribus et Montibus vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, Molendinis atque molendinorum locis generaliterque quibus libet vtilitatum integratibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem de Jure spectantibus et pertinere debentibus sub ipsius veris metris et antiquis limitibus Eadem Ungwr suisque heredibus et posteritatibus vniuersis Noue nostre Donationis titulo deditus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus Juro perpetuo et irreuocabiliter possidendam et tenendam pariter et habendam saluo Jure alieno, harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum, quo vii Gubernator Regni fungimur, est appensum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Temes-

war in festo ascensionis Domini Anno Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Commissio propria Domini Gubernatoris.

Az eredetiből.

XC.

Az erdélyi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Magyarország főpapjai, zászlósai, nemesei és előkelőinek mindenjük Budán 1447. virág-vásárnapján (apríl. 2-dikán) kelt ígtató-paranessa szerént Hunyadi János Magyarország koronázóját a nekie még Ulászló király által adományozott Déva várának és tartozandóságainak birtokába minden ellenmondas nélkül báezette. Kelt május 20-dikán 1447.

Capitulum Ecclesie Transsiluane Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium saluatorem Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras Prelatorum Baronum Nobilium et Procerum Regni Hungarie vniuersorum Recepimus in hec verba. Prelati Barones Nobiles et Proceres Regni Hungarie vniuersi, honorabili Capitulo Ecclesie Albensis Transsiluane Salutem cum honoris augmento, Cum nos donacioni Castri Dewa vocati ossuarum pertinenciarum, in Comitatu de Hwnyad parcium Transsiluanarum existentis per condam Serenissimum dominum Vladislaum Regem Hungarie, Polonie etc. Magnifico domino Joannis de Hwnyad dicti Regni Hungarie Gubernatori etcet. ipsiusque heredibus et pesteritatibus vniuersis perpetuo facte, vigore litterarum nostrarum exinde confectarum nostrum consensum prebuerimus et assensum, velimusque ipsum dominum Johannem Gubernatorem in dominium dicti Castri et ossuariorum

pertinenciarum per nostrum et vestrum homines , legittime facere Introduci , Igitur Honorabilitatem vestram presentibus requirimus , Nichilominusque committimus eidem seriose , quatenus , vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum , quo presente Benedictus de Boythor , vel Mathyas de Rapoltu aut Petrus de Pesthes , sin alter Petrus de eadem , seu Ladislaus similiter de eadem , siue Johannes neue Thomas de Bartha , an Blasius Bodor dictus de Alpesthes vel Laurencius de Hosdad , alijs absentibus homo noster , ad facies predicti Castri Dewa et suarum pertinenciarum , vicinis et conmetaneis eiusdem , et earundem vniuersis , inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo , Introducat prefatum dominum Johannem Gubernatorem In dominium eiusdem et earundem , Statuatque Idem et easdem eidem , premisso Jure sibi incumbente possidendas , Si non fuerit contradictum , Contradictores vero , si qui fuerint euocet eosdem contra annotatum dominum Johannem Gubernatorem in presenciam Wayuodarum Transsiluanensium , ad terminum competentem , rationem contradiccionis eorum reddituros , Et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum Contradictorum et Euocatorum , si qui fuerint vicinorumque et conmetaneorum qui premissae Statucioni intererunt Nominibus , terminoque assignato eisdem Wayuodis Transsiluanensibus more solito rescribat . Datum Bude In dominica Ramispalmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo . Nos itaque mandatis ipsorum Prelatorum Baronum Nobilium et Procerum Regni Hungarie obedire cupientes ut tenemur , vnam cum prefato Blasio Bodor dicto de Alpestes homine ipsorum , nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Symonem Rectorem altaris minoris beati Michaelis Archangeli in dicta Ecclesia nostra fundati ad premissa peragenda nostro protestimonio transmisimus fidedignum , qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt , quod ipsi feria sexta proxima post festum Inuencionis sancte Crucis proxime preteritum ad facies predicti Castri et suarum pertinenciarum , vicinis et conmetaneis eiusdem et earundem vniuersis , Et presertim Michaele Gabrielis Gregorio Petro Chwka et altero Petro de Haro , Johanne filio Dyonisij de llye , Martino Balogh , Bar-

t holomeo Chanad de Alpesthes , et alijs quampluribus Nobilibus
 inibi legittime conuocatis , et presentibus accedendo , Introdu-
 xissent prefatum Magnificum Johannem de Hwnyad Gubernato-
 rem Regni Hungarie in Dominium eiusdem et earundem , Sta-
 tuissentque Idem et easdem eidem , premisso Jure sibi incum-
 bente perpetuo possidendas nullo penitus contradictore appa-
 rente , tribus continua diebus in faciebus eiusdem et earundem
 Juxta Regni consuetudinem moram facientes , In cuius rei te-
 stimonium presentes litteras nostras priuilegiales Sigillo nostro
 munimine roboras eidem duximus concedendas , Datum sede-
 cimo die Introduccionis et Statucionis prenotate , Anno Domini
 supradicto , Honorabilibus et discretis viris Dominis Andrea
 preposito Georgio Cantore Michaele Custode Emerico Decano,
 ceterisque Canonicis dicte Ecclesie nostre salubriter existenti-
 bus et deuote.

A bajor kir. levéltárból Münchenben.

XCI.

*Miklós pápa Dénes esztergomi érseknek és bibornoknak a
 Fridrik római király és Magyarország közti békét szívére költ-
 vén, inti őt: ügyekeznék a háború elmaradását s addig, míg kö-
 vete oda érhet, olly fegyverszünet kölését eszközölni, millyent
 ő Magyarország nagyáshoz intézett, és másolatban tele is kö-
 lött levelében óhajt. Kelt Rómában, május 20. 1447.*

Dilecto filio Dionisio tituli sancti Ciriaci
 presbitero Cardinali Strigoniensi

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei , Dilecto filio Dyo-
 nisio tituli sancti Ciriaci presbitero Cardinali Strigoniensi , Sa-
 ltem et apostolicam benedictionem. Cupientes ab intimis fieri

pacem inter Carissimum in Christo filium nostrum Fridericnum Romanorum Regem Illustrum et Hungarie Regnum scribimus Prelatis et Baronibus Regni prout uidere poteris per copiam nostrarum litterarum presentibus inclusam *). Scientes autem pacem tibi cordi esse ac plurimum in hac re posse tuam auctoritatem dignitatem et consilium exhortamur in domino tuam circumspectionem ut interponas curam et diligenciam tuam ubi opus esse uideris ut abstineatur a bello et treuge huiusmodi fiant quoad Legatus ad illas partes accedat, in hoc et deo placebis, et nobis facies rem ualde gratam. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo Tertiodecimo Kal. Juny Pontificatus nostri Anno Primo

P. Sucius

A csász. kir. titkos levéltárból.

*) Ezt nem bírjuk.

XCII.

Miklós pápa János vajdát, Magyarország kormányzóját, felszólítja: ügyekeznék eszközölni, hogy addig, mig a béke megkísérítése végelt a szent-szék követe megérkezhetik, fegyveressénet kötessék, a szerént, mint azt a magyar országos karokhoz és rendekhez intézett és másolatban vele is között levélben ki-jelentette. Kelt Rómában május 20-dikán 1447.

Dilecto filio Nobili Viro Johanni Wayuode
Regni Hungarie Gubernatori.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei, Dilecto filio Nobili Viro Johanni Wayuode Regni Hungarie Gubernatori, Salutem et apostolicam benedictionem. Scribimus venerabilibus fratribus

Prelatis et dilectis filijs Nobilibus viris Baronibus Regni Hungarie prout uidere poteris per copiam nostrarum litterarum presentibus introclusam. Exhortamur igitur tuam magnificenciam ut putas illa quoque ad te esse a nobis scripta ac uelis quantum in te est efficere ut cesseretur ab armis et treuge fiant quoad pro pace componenda legatus accedat. Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadrincentesimoquadragesimoseptimo Terciodecimo Kal. Junij Pontificatus nostri Anno Primo

P. Sucius

A cs. k. titkos levéltárkból.

XCIII.

Mihlós pápa előbbi levele folytán, — melyben Fridrik római királyt felszólítá, hogy addig, míg követe János bibornok közte s Magyarország közt békét eszközölni hosszá érkeznék, készsítsen ideiglenes fegyverszünetet, — minthogy ezen levelére még választ nem nyert, újlag inti őt ezen fegyverszünet megkötésére; miután követe, ki a vele s a választó-féjedelmekkel elintézendő ügyek fölötti tanácskozások által hátráltatott, már utnak készül. Kelt Rómában, május 21-dikén 1447.

Carissimo in Christo filio Friderico
Romanorum Regi Illustri.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Friderico Romanorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem Significauimus dudum tue Serenitate nos missuros dilectum filium nostrum Johannem tituli sancti Angeli Diaconum Cardinalem Legatum nostrum ad partes Germanie ad trac-

tandum et agendum ea que honorem dei et animarum salutem concernerent et maxime ad ponendam pacem inter tuam Serenitatem et Barones Regni Vngarie , exhortati quoque sumus ut donec Legatus accederet ueiles cessare ab armis , ac treugas ad aliquod tempus facere quoad legatus ueniret , Verum quoniam nullum responsum ab eadem Serenitate super hoc habuimus , Nos cupidi huiusmodi componende pacis , et ut mala bellorum cessent , quoniam ex corde diligimus tuam personam tamquam precipui filij nostri , denuo exhortamur tuam Serenitatem , ut cesses ab omni bello , et arma deponas faciens treugam cum Hungaris quousque ueniat Legatus qui se ad iter parat , et ueniet quamprimum , ut ipsam pacem faciat , et alia exequatur , que restant agenda , Retardauit autem paulum aduentum suum propter deliberationes fiendas super hijs que tractare et concludere habet tecum et cum Electoribus ad uotium effectum eorum que iam fuerunt cum nostro predecessore tractata . Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragesimoquadragesimoseptimo Duodecimo Kal. Junij Pontificatus nostri Anno Primo

B. de Calho.

A csász. kir. titkos levéltárból.

XCIV.

Blatnicza várdban Turócz megyében székelő Neczpáli László, leányainak, Zsófiának Gergely Corbovai gróf, és Ceciliának Szent-Miklósi István nejének, továbbá testvérének Istánnak és unokatestvérének Balázznak sérelmét is elvállalva, Mochila pataka Haraszt nevezetű cserjéjét a szebeszlaceczi határban Turócz megyében, azon hű szolgálatok tekintetéből, melyeket neki, midőn még Zsigmond és Albert királyok idejében az országot szolgálta, Folkusfalvi Imre tett, a turóci sz. Mária monostorának convenije előtt nevezett Folkusfalvi Imrének és általa Tamás és Jakab testvéreinek adományozza. Kelt május 22-dikén 1447.

Nos Andreas Prepositus et Conuentus Monasterij beate Marie Virginis de Thurocz, memorie commendantes tenore presencium significamus, tam presentibus quam futuris, quibus expedit vniuersis, Quod Egregius vir Dominus Ladislaus filius Egregij viri Domini Georgij de Neczpall in Comitatu de Thurocz sita, residens in Castro Blatnicze in eodem Comitatu existente, coram nobis personaliter constitutus, onera tamen et queuis grauamina Nobilium Dominarum filiarum suarum, vide-licet Sophie Consortis Magnifici Viri Domini Gregorij Corbauie Comitis, et alterius Domine Cecilie Consortis Generosi viri Domini Stephani de Sancto Nicolao, ac Egregiorum virorum Stephani carinalis, necnon Blasij patruelis, fratrum et sororum videlicet suorum, super se assumendo, si quo modo in infra-scriptis nollent perseuerare, in hunc modum est confessus, Quod ipse vt dicebat, memorando fidelissima seruicia Emerici filij condam Antonij de Folkusfalwa, sibi per ipsum sepissime temporibus retroactis, et precipue dum ipse Ladislaus in vita bone memorie serenissimorum Principum Dominorum Sigismundi Imperatoris et Alberti Regum, Sancte Corone Regni Hun-

garie seruire studuisset , locis opportunis indefesse facta , et exhibita usque modo , pro talibus eiusdem suis fidelissimis seruicijs , quoddam Rubetum Mochila Pataca haraszt nuncupatum in transitu vallis Lachnijck volde vocate , et inter metas sue possessionis Szebeslowcz adjacens , eidein Emerico , et per ipsum Thome , ac Jakussoni fratribus eiusdem carnalibus , eorumque posteris duxisset donandum , ymo et coram nobis dedit donauit et contulit perpetuo per ipsos habendum , tenendum et possidendum , in quantitate unius aratri Regalis mensure se extendens , sub metis infra declarandis , Nam prima meta incipit in quodam uado , ubi fluuius Dolina Pathaka cedit in fluuium Mochila Pataka vocatum , in eodemque fluuio descendit usque ad vallem Doman volde , de qua exeundo vadit et ascendit versus Septemtrionalem ad inferiorem Beercz , qui est intra terras arables Selichze coniunctus , ipsum Bercz directo in eadem plaga ascendendo transit super eiusdem cacumen , deinde recte eundo intrat viam , que est in monte Neczpal , in ipsa via vertit se ad Orientem , et in eadem via transit , et peruenit usque ad metas , que separant a dicta Neczpal et Folkussfalwa , et intrat unum Mezgje , quod est pro meta ipsius Folkusfalwa relicum , in ipso reuertitur ad meridiem , et tendit usque ad primum locum vadi , ubi inceperat veniens , ibi terminatur fluuorum predictorum , Nihilominus prefatus Dominus Ladislaus promisit eosdem Emericum , Thomam et Jakussonem , ipsorumque posteros , pacifice conseruare in prefato Rubeto contra omnes impeditores , In cuius rei eidens testimonium , presentes nostras literas , authentici Sigilli nostri cum appressione roboratas sepe supranominatis Emerico , Thome et Jakussoni , ipsorumque posteritati duximus concedendas ad cautelam perennalem , Datum feria secunda , die festi beate Elene Christianissime Regine , Anno domini 1447.

Székely Sámuel gyűjteményéből.

XCV.

Agoston győri püspök kötelezi magát, hogy, ha Fridrik római király jövő szent János napján Győr várát és városát neki kezeibe szolgáltatja, azon adós-levelet, melyet bizonyos öszvegről az emlitett király, Nagyssombathi Lászlónak, Koler Péternek és Kassai Józsefnek akkor adott, midőn Győr várát és városát hatalmokból átvette, magához váltja s Fridriknek visszasszolgáltatja; miként ez a római király és Magyarország közt kötött egyességen is meg van alapítva. Kelt Rakercburgban, junius 1-sőjén 1447.

Wir Augustin Erwelter vnd bestetter des Bistums zu Raab. Bekennen für vns, vnd vnser nachkömen, Bischoue daselbs. vnd tun kund offenleich mit dem brief. Als der Allerdurchleuchtigist furst vnd herr, Her Fridreich Römischer kunig zu allenzeiten merer des Reichs Herczog ze Österreich vnd zu Steir etc. vnser genediger herr, vns die Stat vnd Geslos Raab auf Sand Johannis tag zu Sunnewenden schiristkunstigen zü vnsern hannden inantwurten würdet. Also geloben vnd verhaisen wir bey vnsern trewn eern vnd werden wissentleich mit dem brief. daz wir den geltbrief, so die erbern Lassla von Tirna, peter Kolir vnd Jost von Kassaw, von dem obgenanten vnserm genedigen herren vnd dem kunig vmb ain Summ guldein haben, darumb sich sein gnad gen In, von derselben Stat vnd Geslos vorgenant als der die aus jrer gewalt hat pracht verschriben hat ledigen, vnd den, dem bemelten, vnserm genedigen herren vnd dem kunig seinen erben, oder den die vns die vorgemelten Stat vnd Geslos inantwurten werden gegen derselben abtretung ledicleich widergeben sullen vnd wellen als das zwischen seinn genaden vnd dem kunigreich vngern beredt vnd betaidingt ist, vnd ist auch sein gnad, vns solcher abtretung, der egenanten Stat vnd Geslos nicht phlichtig zetün nür allain es werd

dann seinen gnaden, oder seim Anwalt, derselb geltbrief lediclich vnd an allen jrn schaden daentgegen vbergeben vnd geantwurt zu seiner genaden hannden getrewlich vnd vngewuerlich Mit vrkund des briefs. Geben zu Rakersburg an phincztag nach dem heiligen phingstag. Nach Christi geburd im virczehenhundert vnd darnach in dem Sibenvndvirczigisten Jare

Ego Augustinus Electus suprascriptus
mânu propria me subscrispi.

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CXVI.

Agoston gyôri püspök és a gyôri káptalan kötelezik magokat és utódaikat, hogy Gyôr várát és városát Fridrik római királytól, ki azokat nagy költséggel szerezte meg magának és László királynak, visszanyervén, Fridrik s László királyok és örököseik iránt hûségesek lesznek, tartományaiat s népeiket meg nem támadják, nem károsítják, ezt másoknak Gyôrból tenni meg nem engedik, illy nyugtalan embereket Gyôrben nem szennednek meg. Kelt Rakersburgban, junius 1-sôjén 1447.

Wir Augustin Erweiter vnd bestetter des Bistums zu Raab vnd n der Probst, n der Techant, vnd das Capitel daselbs. Bekennen fur vns vnd all vnser nachkömen zu Raab, ved tün kund öffentlich mit dem brief. Als der Allerdurchleuchtigist furst vnd herr, her fridreich Römischer kunig zu allenczeiten merer des Reich, Herzog ze Österreich, vnd ze Steir etc. vnser gnediger herr, die Stat vnd Geslos Raab, aws ettlicher gewalt, zu seinen, vnd des durchleuchtigen fursten, kunig Lasslaws vnser Erbherrn Hannden, mit grosserr vnd merklicher kostung zerung vnd darlegen bracht, vnd vns egenanten Augustinen

die , nachmalen gnedicleich in geantwurtt hat. Also globen vnd verhaisten wir , bey vnsern treun eren vnd wirden. fur vns vnd vnser natkömen zu Raab wissentlich mit dem brief daz wir den obgenanten vnsern gnädigen herren, dem Römischen kunig vnd kunig Lasslawen , vnd jren erben , vnd allen jren lannden vnd leutten , dhainerlay angriff , beschedigung noch widersteend danon tün , noch yemand darin oder daraus ze tün gestatten, noch sich darinn wider Sy enthalten lassen , wellen noch sul- len , in dhain weg , alles treulich vnd vngewerlich , Mit vrkund des briefs versigelt mit vnsers vorgenanten Augustinen , Er- welten zu Raab , vnd daczu vnsers obgenanten Capitels anhan- gunden Insigel. Der geben ist zu Rakerspurg an phincztag nach dem heiligen phingstag Anno domini etc. glvij-o.

A csász. kir. titkos levéltárból.

XCVII.

Ágoston győri püspök és a győri káptalan az előbbi szám alatt említett levelöket egy párral különbséggel hiteles alakban adják ki. Kelt Győrben, junius 24-dikén 1447.

Wir augustin Erbelter vnd bestetter des pistumbs zu Rab vnd Symon der probst Lasla der Techant Vnd das Capitel das selbs Bekennen fvr vns vnd all vnser nach chomen zu Rab stb. (*némelly leirási eltéréseken kívül szóról szóra úgy mint az előbbi szám alatt*). der geben ist zu Rab an sand Johannes tag zu Sonibenden Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo septimo.

Nos Augustinus Electus premissa
ita ratificamus , vigore huius
nostri manuscripti. Datum ut supra

A csász. kir. titkos levéltárból.

XCVIII.

Bécs város birdja és tanácsa N.-Szeben városa birdját és tanácsát bardátságosan tudósítja, hogy polgárai régi jogaiik és szabadságaik szerént nálok szabadon kereskedhetnek, biztosítván őket, miszerént egyikök a másiknak adósságaért letartóztatni és háborítatni nem fog, miként ezt viszonosan Szeben városától magok polgárai irányában is elvárják. Kelt Bécsben, julius 14-dikén 1447.

Nach vnserm willigen dinst lassen wir ewr erberchait wissen Als Ir vns geschrieben habt au ewrm briff das wir daswal vernommen haben, wie Ir von dem König erworben habt das Ir frey seyt zu vns nach ewrn alten Rechten vud freytumen zu kaufflagen vnd zu arbayten, vnd das Ir gesichert wert, das ayn man durch des andern schuld nich wert verpoten, aufgehalden nach gehindert. Sult Ir wissen das Ir freileichen vnd an hindernizz mit ewrer Kaufmanschaft zu vns gehandeln vnd gearbayten mügt, das ayn man für den anderen oder des andern schuld nicht aufgehalden werden sol, Also das der vnser ainer für den andern bey ew auch nicht aufgehalden nach gehindert werd. Wann wir zu allen zeiten gern tün was ew vnd den ewrn lieb vnd dinst ist Geben ze Wienn am freitag nach Petronella Anno domini etc. Quadragesimo Septimo.

Purgermeister Richter vnd
der Rat der Stat Ze Wienn

Kivülről: Den erbarn weisen dem Richter vnd dem Rat zu der Hermanstat vnsern guten frewnd.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CXIX.

A zágrábi káptalan Magyarország főpapjait, zászlósait, nemeseit és előkelőit minden nydjokat tudósítja, hogy junius 22-dikén Pestről kelt levelök következetében Komori Henriket és Györgyöt Komor, Pochornich, Brobolch, Beleich, Zlathar, Stенно és Mrathetheuch Varasd vármegyei helyiségekbe be akarta vezetni: de a helyszinén Benedithaszai Péter, Fridrik és Ulrik Cillei grófok és tótországi bánok jobbágya és háziemberé, urai névben az igatásnak ellent mondott; mire nézve az említett Cillei Fridrik és Ulrik grófokat és bánokat ellentmondásuk okadására a jövő Jakab apostól-napi törvényszékre a mondott karok és rendek elébe idézte. Kelt julius 21-dikén 1447.

Reuerendis ac magnificis necnon Nobilibus viris Prelatis, Baronibus Nobilibus et proceribus Regni Hungarie vniuersis Dominis ipsorum honorandis Capitulum Ecclesie Zagrabiensis amicitiam paratam cum honore Vestre nouerint Dominaciones litteras vestras Statutorias et euocatorias nobis directas obedientia qua decuit recepisse in hec verba, Prelati Barones Nobiles et Proceres Regni Hungarie vniuersi Honorabili Capitulo Ecclesie Zagrabiensis Salutem cum honore, Dicitur nobis in personis Henrici et Georgij filiorum Benedicti filij Paulek de Komor quomodo ipsi in Dominium quarumdam possessionum Komor, Pochornich, Brobolch Beleich Zlathar Stенно et Mratheteuch vocatarum, in Comitatu de Varasd existencium habitarum ipsos omni iuris titulo concernencium legittime vellent introire, Super quo vestram potentibus requirendam honorabilitatem quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Georgius — thychich vei Nicolaus de Bathalvoz aut Georgius Brandisich de Dreno seu Michael Marogch sive Petrus Nagyy aut Joannes Mirkowech neue Benche Broysich de eadem aut Petrus de Wray de Drastolch alijs absentibus, homo noster,

ad faciem dictarum possessionum Komor Pochornich Brobolch Beleich Zlathar Steno et Mratheteucz vocatarum , vicinis et commentaneis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo , introducat prefatos Henricum et Georgium filios Benedicti in dominium earundem statuatque easdem eisdem iure ipsis incumbente possidendas , si non fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint , euocet eosdem contra annotatos Henricum et Georgium nostram in presenciam ad terminum competentem , rationem contradiccionis eorum reddituros , Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et conmetaneorum qui premissae Statucioni intererunt nominibus terminoquo assignato nobis suo modo referat . Datum in Pest feria quinta proxima ante festum nativitatis beati Joannis Baptiste anno Domini 1447. Unde nos peticionibus vestris satisfacere cupientes , vt tenemur , vna cum prefato Joanne Mirko-vecz homine vestro nostrum hominem videlicet discretum virum Dominum Thomam de Polositza chori ecclesie nostre Prebendarium ad premissa fideliter peragenda , nostro pro testimonio transmisimus fidedignum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis uniformiter retulerunt quod prefatus homo vester cum dicto nostro testimonio feria quarta ante festum beate marie magdalene proxime venturum ad facies prefatarum possessionum Komor Pochornich Brobolch Beleich Zlathar Steno et Mratheteucz vocatarum vicinis et commentaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo Dominos prefatos Henricum et Georgium in Dominium earundem introducere ac easdem eisdem iure ipsis incumbente perpetuo possidendas statuere voluissent , tunc Petrus de Benedithazela Jobagio et familiaris Illustrium principum Dominorum Friderici et Vlrici Cilie Orlenburge et Zagorie Comitum necnon Regni Sclauonie Banorum Dominorum suorum in persona eorundem dominorum suorum eisdem Introduccioni et Statucioni contradiccionis ve- lamine obuiasset , Ideo ibidem et eodem die eosdem Fridericum et Vlricum eiusdem natum , Comites et Banos contra annotatos Henricum et Georgium exponentes ad Octauas Festi beati Jacobi apostoli nunc venturi Vestrarum Dominacionum euocassent

in presenciam raciouem contradiccionis sue reddituros. Datum
tercio die diei statucionis et euocacionis predictarum anno Do-
mini snpradicte.

Kiválról: Prelatis Baronibus nobilibus et proceribus Regni
Hungarie vniuersis.

Pro Henrico et Georgio filijs Benedicti filij Paulek de Komor
contra Illustres principes Fridericum et Vlricum eius natum,
Cilie Ortenburge et Zagorie Comites necnon Regni Sclauonie
Banos ad Octauas Festi beati Jacobi Apostoli nunc venturi Sta-
tucionis et euocacionis

Citacio.

Az eredetiből.

C.

*A turóczai sz. Mária monostorának conventje bizonyás-
got tesz arról, hogy a magyarországi főpapoknak, zászlósoknak,
nemeseknek és előkelőknek mindenjájoknak pesti közgyűlésékből
junius 20-dikán kelt paranca következtében Folkusfalvi Imrét,
Tamást és Jakabot bizonyos Mohila pataka haraszt nevezetű,
Turócz vármegyében a szebeszlaveci határban eső, cserjének
birtokába (mellyet neki a XCIV. szám szerént Neczpáli László
adományozott) beigatta s annak határait kijelítette. Kelt julius
23-dikán 1447.*

Vniuersis Christifidelibus tam presentibus quam futuris, teno-
rem presencium inspecturis. Andreas diuina prouidencia Pre-
positus Monasterij Beate Marie Virginis de Thurocz, locique
einsdem Conuentus Salutem in salntis largitore, Ne gestarum re-
rum memoriam humane imperfectionis tollat obliuio, solertia

adinuenit peritorum , vt ea que sui geruntur tempore , patrocinio perennent literali . Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire , Quod nos litteras Reuerendissimorum et Magnificorum simul Nobilium et Procerum Regni Hungarie vniuersorum , Dominorum nostrorum videlicet metuendorum , Introductorias et Statutorias , ac ex nouo pro metis erigendis Sequestracione , pro parte Emerici , Thome et Jakussonis , Antonij de Folkusfalua , nobis presentatas , supremo cum honore accepimus , hunc tenorem continentes , Prelati , Barones , Nobiles et Proceres Regni Hungarie vniuersi , Conuentui Ecclesie beate Marie Virginis de Thurocz Salutem cum fauore . Dicitur nobis in personis Emerici Thome et Jakussonis , filiorum quondam Antonij de Folkussfalwa , quomodo ipsi in dominium cuiusdam Rubeti , Mochila Pataka harasst nuncupati in transitu vallis Lachnik folde vocitate , intra metas ville Sebesslauez dicte , in Comitatu de Thurocz existentis adiacentis , ipsos omni iuris titulo concernentis , legitime vellent introire , ac pro eodem , ex nouo metarum ereccione indigerent , ab alijs sequestrando , Super quo deuocionem vestram presentibus requirimus , nihilominusque committimus , quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum , quo presente Georgius de Chepchin , vel alter Georgius de Kerekfalwa , sin Michael Chorba Danis , siue alter Michael literatus de Giulafalwa , alijs absentibus , homo noster , ad faciem dicti rubeti Mochila Patak Harasst appellati , vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo , introducat antelatos Emericum , Thomam , et Jakussonem , in dominium eiusdem , metasque eiusdem erigat ex nouo , mediantibus quibus , ab alijs adiacentibus faciat sequestratum , statuatque eundem , eisdem , premisso titulo iuris ipsis incumbente perpetuo possidendum , si non fuerit contradictum , contradictores vero si qui fuerint , euocet ipsos contra antelatos Emericum , Thomam et Jakussonem nostram in presenciam , ad terminum competentem , ratione contradictionis eorum reddituros , Et posthec ipsarum Introduccionis et Statucionis seriem , metarumque erectarum , cum contradictrorum et euocatorum , si qui fuerint , viciorumque et commetaeorum , qui premissae statucioni intererunt , nominibus , termi-

noque assignato , nobis suo modo reseribatis. Datum in gene-
 rali Congregacione nostra Pestensi , Sabbato proximo ante
 festum Barnabe Apostoli , Anno Domini Millesimo Quadringen-
 tesimo Quadragesimo septimo. Nos itaque mandatis premisso-
 rum Dominorum ad plenum cupientes obedire , vt tenemur , vna
 cum prefato Michaele literato de Giulafalwa , homine ipsorum,
 nostrum hominem , videlicet Religiosum virum fratrem Vrbanum
 sacerdotem nostri ordinis , vnum ex nobis , ad premissa man-
 data dictorum Dominorum exequenda , nostro pro testimonio
 transmisimus fide dignum. Qui tandem ipsorum Dominorum , et
 noster homines , domum exinde ad nos reuersi , nobis parili
 voce retulerunt , quod ipsi die dominica , in Octaua festi Visita-
 cionis Marie beate virginis proxime preteriti , ad faciem pre-
 dicti Rubeti Mochila Pataka Harasst accedendo , vicinorumque
 et commetaneorum eiusdem vniuersorum legitimis conuocacio-
 nibus factis , videlicet Egregio Domino Ladislao de Neczpal , Ni-
 colao de Nagi Rakow , Valentino Lachnik de Folkussfalwa , Ni-
 colao de eadem , et ipsis hospitibus de dicta Sebesslawecz , et
 eisdem presentibus introduxissent prefatos Emericum , Thomam
 et Jacussonem , in dominium eiusdem , statuissentque Idem eis-
 dem , premisso iure ipsis incumbente perpetuo possidendum , te-
 nendum et habendum , nemine ipsis contradicente in premissis
 tribus diebus , ut regni exigit consuetudo , in facie eiusdem
 commorantibus , metasque ex nouo , tali ordine erexissent , me-
 diantibus quibus , antescriptum rubetum ab alijs fecissent seque-
 stratum. Nam primam metam ab oriente incipiendo , ad plagam
 meridionalem tendendo , erexissent terream in ripa contra va-
 dum fluuiorum Dolina Potoka et Mochila Potoka , in loco simul
 confluencium , deinde penes ipsum Mochila Pataka declinando ,
 directe ad plagam occidentalem venissent , per bonum spacium
 infra , contra vallem Domaj Völde vocatam , vbi secundam me-
 tam , in ripa eiusdem fluuij Mochila Pataka similiter terream or-
 dinassent , abhinc processerunt ad plagam septemtrionalem , as-
 cendendo quandam Beercz , qui adiacet in fine terrarum arabi-
 lium Seliscze vocatarum , directe in eiusdem mediij ascensu
 eciam terream metam constituissent , ab illinc directe ascen-
 dissent verticem eiusdem Bercz , et venissent ad quandam viam ,

que est in monte Neczpal vocitato , ibidemque iuxta eandem metam fecissent terream , in quam quidem viam intrantes, in eadem reuertentes ad orientem venissent supra ad locum angularem , vbi mete separantur a Neczpal Sebesslawecz et Folkuss-falwa , et iuxta quoddam Medze , eciam terream metam suble-uassent , in quod quidem Medze intrantes , dehinc in eodem transeundo , ad partem meridionalem deuenissent usque contra predictum vadum, vbi predicti fluuij Dolina pataka et Mochila Pataka insimul confluunt , vel vbi fluuius dictus Dolina Pataka cadit in ipsum fluuum iam dictum Mochila Pathaka, vbi prima inceperat meta , et ibidem terminatur. In cuius rei testimonium presentes nostras literas priuilegiales authentici et pendentis Sigilli nostri munimine roboratas , prefatis Emerico, Thome et Jakussoni, eo-rundemque posteris duximus conferendas , ad cautelam peren-nalem. Datum quindecimo die diei Introduccionis et Statucionis, ac metarum erectionis predictarum, Anno domini supradicto.

Székely Sámuel gyűjteményéből.

Cl.

A nagy-váradi káptalan bizonyságot tesz arról , hogy az ország főpapjainak , zászlósainak , nemesinek és előkelőinek mindenjájoknak Pestről junius 9-dikén kelt visszaoglaló és határelkülönítő paranca nyomán Keszi Mihály és Pelei Csontó Pál leánya Ilona, továbbá Paczali Ferencz és Szónai János résszére Kis-Szarvadon Közép-Szolnok megyében fekvő birtokukban a visszaoglalást és határ-elkülönzést julius 16-dikán kezdve, minden ellentmondás nélkül végre hajtotta. Kelt julius 30-dikán 1447.

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptura inspecturis Salutem

in omnium saluatore , Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos literas dominorum prelatorum , Baronum Nobilium et procerum Regni Hungarie Recaptiuatorias nobis directas bonore quo decuit recepimus in hec verba, Prelati Barones nobiles et proceres Regni Hungarie vniuersi honorabili Capitulo Ecclesie Varadiensis salutem cum honore , dicitur nobis in personis Michaelis de Kezy ac nobilis Domine Elene filie condam Pauli Chonto de Peley necnon Francisci de Patzal ac Joannis filij Nicolai de Zwna , quomodo quedam porcio possessionaria ipsorum in possessione Kis-Zarwad vocata in Comitatu de Zolnok mediocri existens habita legitima Recaptiuatione et sibi ipsis statuifaccione plurimum indigeret , si contradiccionem cuiuspiam eis non obuiaret in hac parte, super quo honorabilitatem vestram presentibus requirimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael vel Georgius seu alter Georgius Kozma dictus de Balashaza seu Tomas siue Ladislaus neue Andreas de Patzal aut Ladislaus de Kewres ceu Georgius Jonas dictus de dicta Zwna alijs absentibus homo noster , ad facies dicte porcionis possessionarie in dicta possessione Kis-Zarwad vocata habite vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo recaptiuet eandem nomine Juris dictorum Michaelis ac Elene Francisci et Johannis , recaptiuatamque et ab aliorum possessionarijs Juribus metaliter distinctam et separatam statuat eandem eidem , iure ipsis incumbente perpetuo possidendam , si non fuerit contradictum , contradictores vero si qui fuerint , euocet eosdem contra annotatos exponentes nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros , et posthec ipsarum recaptiuacionis et statucionis seriem , cum contradictorum et euocatorum si qui fuenterint vicinorumque et commetaneorum qui premissae Statucionis intererunt nominibus terminoque assignato nobis suomodo re-scribatis. Datum in Pesth feria sexta proxima post festum corporis Christi anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Nos igitur requisicionibus dictorum dominorum prelatorum Baronum nobilium et procerum Regni gratum prebentes consensum , vñacum prefato Andrea de Patzal

homine eorundem , nostrum hominem videlicet virum discretum Thomam Presbyterum Rectorem altaris beati Nicolai confessoris in dicta ecclesia nostra fundati ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis vni formiter retulerunt , quomodo ipsi die Dominico proximo post festum diuisionis apostolorum proxime preteritum ad facies dicte porcionis possessionarie in dicta possessione Kis Zarwad vocata habite , vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis , puta Egidio et Georgio de Zarwad alijsque quam pluribus inibi legitime conuocatis et presentibus accedentes , eandem nomine supradictorum Michaelis ac Elene, Francisci et Joannis recaptiuassent , recaptiuatamque ab aliorum possessionarijs Juribus modo infrascripto metaliter distinxissent et separassent , atque primo incepissent a quodam fonte seu puto in medio ipsius possessionis existente , de quo exit siue fluit quidam Riuulus et descendit ad partem septemtrionalem , qui cadit seu coniungitur in alium riuulum in parte orientali , quem fontem pro meta reliquissent , dein transeundo per paruum spacium ad quendam truncum seu stipitem siccum cuiusdam pomi , quem similiter pro meta dehinc per dictum riuulum transeundo venissent ad quasdam Salices penes quamdam arborem piri existentes , quam arborem pro meta , Inde ascendendo ad partem meridionalem peruenissent ad quasdam rosas sylvestres vulgo Chipke bokor vocatas , quas similiter pro meta , abhinc tendentes ad orientem venissent ad quandam viam , que vadit ad Pele , et per ipsam viam sursum ascendentes venissent ad quasdam duas metas veteres et antiquas quas similiter pro meta reliquissent , inde directe ascendendo ad partem meridionalem ad montem vinearum , abinde directe descendendo venissent ad quandam viam latam et magnam que vulgo vasarus ut dicitur , et intrat ad corpus ipsius possessionis Zarwad, que diuidit et separat plateam in eadem possessione et per eandem viam venissent ad priorem locum , videlicet ad fontem et ibi terminassent , Quibus sic habitis eandem porcionem possessionariam recaptiuatam et ab aliorum Juribus modo quo supra metaliter distinctam et separatam prefatis Michaeli ac Elene, Francisco et Joanni iure ipsis ineumbente perpetuo possidente sta-

tuisserent, terras autem arables prata et fenilia ac sylvas communi usui deputassent, nullo penitus contradictore apparente diebus legitimis et sufficientibus in facie eiusdem permanendo, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales Sigilli nostri authentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum 15. die diei execucionis prenotate anno Domini 1447. supradicto, Honorabilibus viris Dominis Joanne preposito Decretorum Doctore Petro lectore Nicolao Cantore et Andrea Custode alijsque Canonicis ecclesie nostre predicte salubriter existentibus et deuote.

Az eredetiből.

CII.

Miklós pápa előde Jenő pápa szóról szóra átirt levelét, melyben Fridrik római királyt a szentegyház egységének fentartása, az apostoli szék iránti engedelmességek Németország-bani helyre állítása körül szerzett érdemei tekintetéből Rómában császárrá koronázni igérkezett, s neki e tekintetből nem csak 100,000 rajnai ft. fizetésére hanem e felett a német egyházi jövedelmek tized részének átengedésére is kötelezte magát, különösen az említett fejedelemnek az eretnekek kiirtása körül szerzett érdemei tekintetéből, megerősíti s mind ezekre magát hasonlóan kötelezi. Kelt Rómában julius 31-dikén 1447.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum Regi Illustri. Salutem et apostolicam benedictionem. Dudum siquidem, felicis recordacionis Eugenius papa IIIj predecessor noster, litteras concessit, tenoris subsequentis. Eugenius episcopus seruus seruorum dei, Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem. Sicut Christianorum princi-

pum debitum est , iura sancte apostolice sedis omnium fidelium matris , a deo , sibi collata , seruare , vnitatem et pacem in dei ecclesia custodire , sic , equa ratione conuenit , ipsi sancte sedi principes huiusmodi in sancto proposito , confouere , eisque paternae caritatis affectum , singularumque gratitudinem ostendere . Cum itaque tu , more predecessorum tuorum indefesse laboraueris , ut sedi apostolice , et nobis obediencia in Alamanie partibus , non turbaretur , et laborare non cessas , quominus sine fraude , et dolo , nobis , et sedi apostolice obediatur , tuearisque ipsius sedis iura predicta , tuerique , et defendere intendas , dignum duximus Serenitatem tuam specialibus , prosequi fauoribus . Considerantes igitur , imperiale coronam , apud ipsam sanctam sedem assumptam plurimum gratie , decoris et auctoritatis afferre , ad laudem et gloriam omnipotentis dei , ac fidei christiane profectum te ad Italiam , pro corona uenire disponentem grate suscipiemus , et a subditis nostris , suscipi faciemus et mandabimus et inde , te , in Romanorum Imperatorem assumemus et coronabimus , iuxta morem antiquitus obseruatum , etiam si in hoc exequendo , aliquo occurrente impedimento , quominus , ad urbem uenire ualeas , Bononiam uel Paduam , aut Teruisum , quam ex hijs nominaueris Ciuitatem , ubi , te in Romanorum coronabimus Imperatorem , transferre nostris sumptibus nos oporteat , quamuis speremus in domino , quod quando ob hanc causam uenire dispones , omnes Italie partes , ita tranquillas , et tibi propicias inuenies , quod tibi ad aliam vrbem , pro corona in Basilica apostolorum principis , beati petri , sicut dignum est , suscipienda , liber etiam cum paucis , accessus patebit . Insuper tibi pro apparatu et disponendis rebus , ad susceptionem imperialis corone , necnon sumptibus et expensis in illis negotijs faciendis , Centummilia florenorum Renensium , Vienne in Austria in Frankfordia uel Nuremberga , uel Brugie soluendorum , infra Biennium a die tue declarationis et restitutionis obedientie sine dolo et fraude , computandum . quodque , si ante Biennium huiusmodi post declaracionem , pro corona recipienda , uenire liberaueris , singulis Mensibus postquam Italiam intraueris , Sexmilia ducatorum , de dictis Centummilibus florensis Renensibus et in solutione eorum deducenda et computanda promittimus , et

m meliori forma Cameram apostolicam obligamus , et obligatam esse uolumus. Et nichilominus curabimus Biennium predictum quantum poterimus in solutione predicta preuenire. Addimus etiam et concedimus , ut postquam coronam imperialem, a nobis susceperis , vnam Decimam omnium beneficiorum ecclesiarum Metropolitanarum Cathedralium , Monasteriorum , ac omnium dignitatum Alamanie exemptorum et non exemptorum , tuo nomine leuare possis , et ualeas , quam etiam extunc concessam fore declaramus. Concedimus etiam tibi post Coronam ut premittitur imperiale suscepiam , preces primarias , quas duxeris porrigendas , cum clausulis oportunis , et ita pie et sincere promittimus per presentes. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadrungentesimoquadragesimoquinto Pridie Kal. Februarii Pontificatus nostri Anno Quintodecimo. Nos uero qui tue Serenitatis laboribus multa grana, in oreo ecclesie recondita conspicimus , teque fideliter pro extirpacione scismaticorum , et sancte sedis apostolice , tuendis priuilegijs , ut uerum Christi Atheletam , et aduocatum ecclesie, ac filium etiam cum in minoribus essemus , cognouimus indefesse procurare , omnia et singula per prefatum predecessorem concessa, et in preinsertis litteris contenta , ratificamus , obseruareque promittimus , ac nostra et apostolice sedis auctoritate comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat banc paginam nostre ratificationis , promissionis , et comunicationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit , indignationem omnipotentis dei , et beatorum Petri et Pauli , apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadrungentesimoquadragesimo septimo , Pridie kal. Augusti, Pontificatus nostri Anno Primo

de Curia.
Pe. de Noxeto.

A csász. királyi titkos levéltáróból.

CIII.

Hunyadi János Magyarország kormányzója Pozsony városát megkéri, hogy azon aranyozott kocsit, mellyet Rozgonyi Sebestyén pozsonyi főispán saját embere által neki igért, és mellyre bizonyos ünnepélyeknél mindenkor szüksége leend, egy könnyű hajón, háziemberre, ezen levele előmutatója, kíséretében szállíttassa le Budára. Kelt Balk helységében august. 5-dikén 1447.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator. Circumspecti tamquam amici dilecti. Ecce per hominem suum commisit Egregius Sebastianus de Rozgon Comes Posoniensis de Castro ipso posoniensi, vnum currum deauratum nobis dare, quem nullius quam vestre amicitie transmissioni duximus confidendum. Igitur rogamus eandem vestram amicitiam multum diligenter, quatenus prescriptum currum ad vnam leuem nauem disponentes, nobis cum hoc homine nostro, presentium scilicet latore, ad Budam transmittere uelitis. Et hoc, in quantum erga vos in hijs et alijs confidimus, cupimus adimpletum fore, quoniam pronon paruis nostris solempnitatibus ipso curru ad statim indigemus, nobis gratam complacentiam ostendentes. Datum in villa Balk in vigilia beate Mariæ virginis de nive Anno domini etc. XLvjj-o.

Kivülről: Circumspectis Judici, Juratisque Ciuibus Ciuitatis posoniensis tamquam amicis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CIV.

Hunyadi János Magyarország kormányzója, Pozsony városá panasza következtében, meghagyja a nádornak és ország- bírónak s törvénykezési helyetteseiknek, hogy a pozsonyi polgárokat, kik a magyar királyuktól nyert kiváltságaik szerént minden perekben egyedül a tárnochmester ítélező-széke elé tartoznak, bárki folyamodására bíróságuk elejébe idézni ne merjék, és minden ítélezethozástól ügyeikben óvakodjanak. Kelt Budán, sept. 21-dikén 1447.

Nos Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos ex querulosa significatione Judicis et Juratorum Ciuium Ciuitatis Regalis possonensis intelleximus admodum displicenter, Quod licet ipsi libertatibus ipsorum requirentibus per Dominos Reges Hungarie eis gratosse concessis, in quibusuis causis et causarum ipsorum articulis, nullus alter Judex Ordinarius Regni nisi Magister Thauarnicorum pro tempore constitutus, consequenterque Regia Maiestas ipsos iudicare potuerit. Tamen non abstantibus huiusmodi libertatibus ipsorum plerique forent regnicole huius Regni Hungarie, qui ipsos, seu eorum alterum, in litigionijs processibus, in presentiam palatinalem seu Judici Curie Regie in causam attrahere consueuissent, in eorum exponentium preiudicium et derogamen libertatis satis magnum. Et quia nos ipsos exponentes in prescriptis libertatibus souere et conseruare volumus, Quocirca vobis Magnificis Dominis Latino et Judici Curie, vestrisque in Judicatu viçes gerentibus firmiter committimus, quatenus a modo in posterum prefatos exponentes in nullis causis ipsorum, ad quorumuis instanciam intra et extra Judicium iudicare, vel vestro astare Judicatui compellere presumatis nec sitis ausi, modo aliquali. Si qui enim quascunque accusations vel questiones contra prefatos expo-

nentes rationibus quibuscunque habent , vel habere sperant, hij idem in presentia Magistri Thauarnicorum consequenterque coram nobis iuridice prosequantur , ex parte quorum nos unicuique contra eos querulanti Judicium faciemus et exhibebimus prout dictabit Ordo Juris. Aliud non facturi. Datum Bude in festo beati Mathei Apostoli et euangeliste , Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Pozsony városa levéltárából.

CV.

A prémontréi szerzet apátja s káptalanja Zsigmond osztrák herceget a szerzet iránt tanúsított jóléteiért annak minden lelkijavaiban részesíti, és halála után mindenkoron egyházi tiszteletet, melyl illy esetben apátjait illeti, megadatni, sőt e fellett érettel a szerzet minden felszentelt tagjai attal három misét, a többiek által pedig némelly imákat mondatni ajánlkozik. Kelt oet. 10-dikén 1447.

Illustrissimo ac potentissimo principi et domino domino Sigismundo , Austrie , Stirie et Carniolie duci Comilique Tirolis Jo-hannes permissione diuina premonstrattensis Abbas Et abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale sui hunfles Cappellani et oratores deuoti , humilimam Recommendationem paratumque seruitum et orationes vtinam in Christo salutares Et si desiderium deuotionis intense quo Christi fideles ad supernam jherusalem aspirare videmus merito nos jnuitet , vt eorum deuocationem quantum cum deo possumus deuotis et assiduis precibus adiuuemus potissime tamen deuotionis illius nos ad hoc inuitare debet affectus per quos loca et persone nostri ordinis ampliari atque prosperum statum etiam tutelam consequi possunt opportunam, Diuinum seruicium adaugendo Eapropter Illustrissime ac

potentissime princeps plenam participationem omnium bonorum
 spiritualium que fuerint et de cetero fient in vniuerso ordine
 nostro tam in vita quam in morte Illustrissime princeps domi-
 nationi vestre supplici concedimus in domino caritate, addici-
 entes de gracia speciali vt cum obitus vestri dies aduenerit no-
 stroque innotuerit Capitulo generali sub presentium testimonio
 literarum, tantum fiet pro vobis in vniuersis ecclesijs ordinis
 nostri in missis vigilijs comendacionibus oracionibus atque psal-
 mis quantum pro vno de confratribus nostris Abbatibus consue-
 uit fieri cum decedit Recolligentes jnsuper vestram illustrissi-
 mam ac potentissimam dominationem in tribus missis, vna vi-
 delicet de spiritu sancto vna de beata virgine dei genitrice ma-
 ria et altera pro peccatis a quolibet dicti ordinis sacerdote hoc
 anno celebrandis et vno psalterio dicendo ab hijs qui non fu-
 erint sacerdotes Et totidem a quolibet nostri ordinis moniali
 Datum apud Sanctum Quintinum in Viromandia Sub sigillo
 nostri generalis Capituli presentibus appenso, Anno domini Mil-
 lesimo quadringentesimo quadragesimo sexto mensis octobris
 die decima Sedente nostro generali Capitulo

D. pratis.

A csász. kir. titkos levéltárba!

CVI.

Hunyadi János Magyarország kormányzója, az erdélyi vajdáknak, főispánok-, várnagyok-, szolgabiráknak, nemeseknek és minden más bármi állású birtokos lakosoknak meghagyja, hogy azon jobbágyokat, kik bárkinek birtokából a szász székeken telepedtek meg, mivel a szász székek, kerületek és városok kiváltságaik szerént az illy jobbágyokat a király, vajda vagy bárki más parancsára sem tartoznak kiadni, még akkor se merjék visszakövetelni, ha ő maga, vagy bárki más ellenkező rendeletet adott volna, vagy ezután adna; sőt azokat is, kiket már erővel visszavettek, azonnal bocsássák el; mind azokra nézve, kik ezen parancia ellen mernének tenni, a szászokat felhatalmasván jogaiak bármi módoni védelmére. Kelt Medgyesen, nov. 4-dikén 1447.

Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator, Magnificis Wayuodis ac eorum Vice Wayuodis necnon Comitibus, Kastellaniis, Nobilibus et Judicibus Nobilium, alteriusque cuiusuis status et conditionis hominibus possessionatis, presentium notitiam babituris, Salutem cum fauore, Noueritis quod iuxta antiquas libertates, Jura, priuilegia et consuetudines, Septem Sedium, et duarum Sedium, necnon Districtuum et Ciuitatum Saxonicalium harum partium Transsyluanarum quilibet bominum cuiuscunque status et condicionis existat, libere pacifice et absque impedimento, morandi causa, ad quecunque loca maluerit, libere se valeat transferre, Et quicunque Jobagionum, de quibuscunque possessionibus Nobilium et possessionatorum hominum, ad Ciuitates, opida et villas Saxonum Sedium premissarum se morandi causa transtulerint, ipsi Saxones huiusmodi Jobagiones, ad quascumque literas Regales, Waijuodales, aut aliorum quorumcumque, prout ex ipsorum Saxonum priuilegijs certitudinaliter sumus informati, ad ipsorum pristina habitacula

remittere et remitti minime dinoscantur fore asstricti seu obligati, quosquidem Saxones, in omnibus eorum Juribus consuetudinibus antiquis et libertatibus volumus semper conseruare, vestras propterea Amicicias attente requirimus, eisdem auctoritate gubernationis nostre seriose committendo mandamus, quatenus, a modo deinceps, nostris aut aliorum quorumcumque literis harum in contrarium datis vel dandis non obstantibus quibuscumque, prefatos Saxones, ad id ut ipsi quoscunque Jobagiones, qui de quibuscunque possessionibus in ipsorum medium se morandi causa transtulerint seu transtulissent, aut in futurum transferrent, viceuersa eorum e medio, extradare et ad pristina eorum habitacula remittere debeant, nullo modo compellere et astringere presumatis. Quin imo Jobagiones, quos aliqui vestrum vi et potencialiter e medio ipsorum abstulerunt, eisdem Saxonibus absque contradictione reddere et restituere debeatis, Si quis autem harum in contrarium facere attemptauerit, extunc presentium vigore predictis Saxonibus plenam et omnimodam prebemus facultatem et potestatis nostre auctoritatem, ut ipsi cum tota ipsorum potentia, ipsis harum in contrarium facientibus, potentialiter resistere, et se in eorum Juribus conseruare, Juraque et libertates suas defensare, manuque tenere debeant et valeant, omnibus modis, Aliud in premissis facere minime ausuri, presentes denique perlectas redi iubemus presentanti. Datum in Meggyis quarta die festi omnium sanctorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CVII.

A pozsonyi káptalan bizonyoságot tesz arról, hogy előtte Teufenpacher Rudolf és Fronalwer Gellért, Albert osztrák herczeget háziemberéi, annak írásbeli meghatalmazásával megjelenvén, elő szóval nyilvánították, miszerént az említett herczeget Pál fraknói gróf hajadon leányainak, Margitnak és Waldburgának, kiktől Fraknó, Lanzsér és Kobold várait Sopron vármegyében minden tartozandóságaikkal a bizonyoságtétől pozsonyi káptalan előtt előbb tett bevalások szerént örökösen meg szerzette volt, jószivűségből férjhez-menetelők esetére összesketésök után két hónap alatt külön külön 2,000 arany forintot fizetend, vagy pedig, ha ezt nem tenné, a mondott jószágokból egy-egy részre annyinak kihasítására kötelezi magát, melynek évi jövedelme 200 arany forintot tesz. Kelt november 7-dikén 1447.

Omnibus Cristifidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam babitur Capitulum ecclesie Posoniensis, Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nobiles viri videlicet Rudolfus tewfenpacer, et Gerhardus fronalwer, familiares Illustris principis et domini, domini Alberti dei gratia Austrie Stirie Carniole (igy!) et Carinole ducis necnon Comitis Tijrulis, cum eiusdem domini ducis, domini scilicet ipsorum literis patentibus, in pergameno conscriptis, et confectis maioriique suo pendenti Sigillo roboratis, nobisque in specie ostensis et per nos euidenti studio perfectis plenariam eiusdem domini ducis potestatem ac facultatem de i[n]frascriptis benignis, pijs et voluntarijs promissionibus, dictis suis familiaribus datas et concessas, in se complectentes continentes et gestantes, vigore quarum ijdem coram nobis personaliter constituti uiue vocis organo sponte et libere confessi sunt per huncmodum,

Quod quamquam prelibatus dominus Albertus dux, vigore aliarum literarum nostrarum fassionalium et priuilegionalium, Castra forthenstaijn alias frathno. et lennsee alias lenser, necnon Kwbelsdorff alias Kabold vocata, omnino intra ambitum limitesque et metas regni hungarie in Comitatu scilicet Soproniensi habita. situata. et existencia, simulcum cunctis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, opidis videlicet et villis predijs ac tenutis possessionibusque, et possessionum portionibus Item vadis, tributis, taxis, Censibus redditibus, solucionibusque et exactionibus quibusuis, et generaliter quarumlibet vtilitatum integratibus, quibuscumque nominibus vocitatis, ad dicta Castra, consequenterque opida villas predia et possessiones, necnon possessionum portiones, de jure vndique pertinentibus et spectantibus, pertinereque et spectare debentibus, Ab Egregijs, et nobilibus puellis, Margaretha videlicet et Walpurga filiabus quondam Magnifici pauli olim Comitis de dicta forthenstaijn alias de frathno, felicis recordij, omni cum eo jure, quo eedem puelle ipsarumque predecessores heredes, tenuissent possedissent et habuissent, ex pura et simplici ac benigna et voluntaria, necnon plenaria ad earundem nutum et beneplacitum ab ipso domino duce satisfactione prehabita, cessione et resignacione donationeque et collacione jure perpetuo et irreuocabilj, in filios filiorum heredumque per heredes, sibi et suis heredibus ac posteritatibus, data donata collata, et concessa habuerint tenuerint et possederint, tamen idem dominus dux ex innata sibi benignitate, pretitulatas puellas Egregias scilicet virgines, racione, intuituque et pretextu earundem, huiusmodi cessionis resignationis, donationis dacionis et concessionis per easdem, eidem domino duci factarum, volentes generoso prosequi fauore, eisdem videlicet nobilibus puellis, ex sua speciali gracia et clemencia, ut eedem earundemque posteritates perhenni subleuaminis gracia suffulte, felici tribudio queant congaudere, ijdem dominus dux promisisset, et in verbo veritatis literis suis mediantibus spopondisset pollicitusque fuisset et esset, Quomodo post earundem scilicet nobilium puellarum prenominatarum matrimonialem copulationem ante duos menses aut ambabus insimul quatuor milia florenorum auri puri aut vnicuique earundem

15*

singillatum , duo milia florenorum auri , dare et assignare , da-
 rique et cum effectu assignari facere dignaretur et vellet , Si
 autem jd facere et adimplere dedignaretur , nolle contempne-
 ret , recusaret aut quoismodo non curaret . extunc elapsis dictis
 duobus mensibus a tempore scilicet copulacionis earum sin-
 gillatum , vnicuique earundem de pretactis Castrorum et perti-
 nenciarum bonis , uel alijs possessionum vtilitatibns redditibus
 uel prouentibus in tantum tribuere et donare dignaretur et de-
 beret , quod quilibet earundem singulis Annis singillatum du-
 centos florenos auri , pro earum sustentacionibus habere et per-
 cipere possit et valeret , Que omnia et singula dicti nobiles Ru-
 dolfus et Gerhardus , nomine et in persona prelibati domini du-
 cis potestate et auctoritate quibus supra , Rata grata et firma
 habere spondentes , eundem dominum ducem , iuxta vigorem
 literarum suarum promissionalium super premissis emanatarum .
 effectualiter adimplere velle promiserunt , et ipsum dominum
 ducem per omnia sic et taliter locutum et spondendum fuisse et
 esse astrinxerunt . De quibus omnibus et singulis dicte nobiles
 puelle per omnia bene contente , sese ad beneplacitum dicti do-
 mini ducis cum graciarum actione contentas et satisfactas fuisse
 et esse affirmantes confessse sunt coram nobis , harum nostrarum
 vigore et testimonio literarum mediante . In cuius rei memori-
 am firmitatemque perpetuam , presentes nostras literas pri-
 uilegiales , pendentis autentici Sigilli nostri munimine robora-
 tas duximus concedendas , Datum feria tercia inter Octauas fe-
 stiuitatis Omnis sanctorum Anno domini Millesimo Quadrin-
 gentesimo Quadragesimo Septimo .

A csász. kir. titkos levéltárból.

CVIII.

Hunyadi János kormányzó Karácsonfalvai Pánk Pál magtalan halálával a koronára szállott Karácsonfalva, Bocskó és Lonka helységeket Mármaros vármegyében, több táborkázásokban, valamint a török elleni harczokban kitüntetett hűségörökért és vitézségről Ilholtzi Mihálynak és Bogdánnak adományozza, minden azokhoz tartozó haszonvételekkel és a netalán azokban lappangó minden királyi joggal együtt. Kelt Budán, iunius 3-dikán 1448.

Nos Johannes de Hunijad, Regni Hungarie Gubernator Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus incumbit vniuersis Quod nos consideratis et in memoriam nostri reuocatis multimodis fidelitatibus et fidelium seruitiorum gratitatis meritis atque sinceris complacentijs Egregij Michaelis filij condam Thathwl de Ilholtz et Bogdan de eadem, quibus ipsi Sacre Regni Hungarie Corone, et expost nobis in plerisque locis, et temporibus opportunis Signanter vero diuersorum exercituum, tam Regalium quam nostrorum sicuti contra seuos Turcos nominis buius Regni Hungarie emulos motorum expedicionibus supremacum fidelitate, non sine sui sanguinis effusione ac rerum familiarium suorum amissione studuerint complacere Intuitu quorum volentes ipsis nostram exhibere beniuolentiam fauorosam Quasdam possessiones Karasbonfalwa Bothko et Lompka vocatas in Comitatu Maromorosiensi habitas, que condam Stephani Pank dicti de eadem Karashonfalwa presuissent, sed per defectum seminis eiusdem, ad Sacram Coronam deuolute fore peribentur, Item totum et omne Jus Regium si quod in eisdem Regia haberet Serenitatis aut ipsius quibusunque modis et rationibus concerneret maiestatem Simulcum cunctis earundem et ipsius vtilitatibus et pertinentijs Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis, pratis Siluis et signanter Silua Fe-

kethewerdeg vocata Item Alpibus , Nemoribus , Montibus , Vallibus , Vineis , Vinarumque promontorijs , Aquis fluuijs Molen-dinis , atque molendinorum locis , generaliterque quarumlibet vtilitatum integratibus quo quis nominis vocabulo vocitatis , ad easdem de Jure spectantibus et pertinere debentibus sub ipsarum et eiusdem veris metis et antiquis , sub quibus hactenus tente sunt et possesse Auctoritate nostre Gubernationis necnon consensu et voluntate vniuersorum — — — — — ut prefertur stantibus et se habentibus dedimus donauimus et contulimus ymo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendum tenendum pariter et habendum Saluo Jure alieno , harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante . Datum Bude feria secunda proxima post festum beate petronelle virginis , et martiris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo .

Mátyás királynak egy 1458-ban kelt megerősítő eredeti leveléből.

CIX.

Miklós pápa a római pápák által minden éven valamelly kitünt erényü és érdemü fejedelemnek ajándékoztatni szokott arany rózsával ezen évre, az apostoli szék és a római szentegyház irányában szerzett kitünt érdemei tekintetéből, Fridrik római királyt tiszteli meg, s ez ajándékot követe az ipponai püspök által készbesítetti. Kelt Rómában, június 10-kén 1448.

Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum Regi Illustri Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Frederico Regi Romanorum Illustri Salutem et apostolicam benedictionem. Consueuerunt Romani Pontifices singulis annis rosam auream aut alicui ex astantibus si forte digni adsint, aut absenti Principi dare cuius uirtutes precipue elucerent et me-

rita erga Romanam ecclesiam , et ipsos Pontifices extarent. Itaque cum animo quereremus dignum precipue hoc munere, Principem , occurrit nobis tua Serenitas , que et est in precelsa omnium dignitate constituta , et cuius deuotionem singularem erga nos , et merita erga sedem apostolicam , ac Romanam ecclesiam insignia iudicamus , Decreueramus autem iam dudum hanc rosam auream tibi tamquam vni electo ex multis destinare , Sed cum non occurrerit nuntius qui nobis ydoneus uideretur , nunc per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Ypponensem oratorem ad nos tuum , quem ad hoc reputamus aptissimum destinamus tibi eam rosam in signum , ac testimonium nostre erga te affectionis et caritatis , ac , ut , uideas quamuis sis absens ab oculis, tamen amore presentem te esse in animo nostro, Speramus quidem in tua excellentia , quod sicut aurum est omnibus metallis perfectius , et rosa inter reliquos flores maxime redollet , ita hoc donum uirtutem tuam et fidem erga nos et prefatam sedem perfectiorem in diem reddet , et tua bona opera redolebunt coram deo et hominibus in odorem suavitatis , Accipe igitur grato animo hoc munus quod licet re paruum sit significatio tamen et existimatione Pontificum beniuolentie debet maximum iudicari. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragesimoquadragesimo-octauo Quarto Id. Junij Pontificatus nostri Anno Secundo

A. de Tuscanis.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CX.

Hunyadi János kormányzó, Pozsony városát s ürgelte kéri, hogy bizonyságuk lehozására, mellyeknek sietve leendő kiigazítása végett más levelében Rozgonyi Sebestyén pozsonyi főispánnak írt, és a mellyekért rövid időn emberét küldeni fogja, hat szekeret igazítasson meg. Kelt Budán, június 19-kén 1448.

Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Prudentes et circumspecti viri, Amici nobis plurimum honorandi. Rogamus vos instanter, quatenus illos sex currus ad deferendos pixides citissime reformari facere velitis, pro quibus et alijs vos rogamus. Scripsimus una mediantibus alijs literis nostris Egregio Sebastiano de Rozgony Comiti Posoniensi, ut et ipse cum reformatione pixidum plurimum festinet et eccc in breui hominem nostrum pro apportatione eorundem curruum et pixidum illuc transmittimus. Scientes quod nos propterea in similibus aut maioribus rebus amicitiam et benevolentiam ostendemus. Secus non facturi nostri intuitu. Datum Bude feria quarta proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martirum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo.

Kiválról: Prudentibus et circumspectis viris Judici Juratisque Ciuibus Ciuitatis Posoniensis Amicis plurimum nobis honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CXL.

János bibornok és a szent-széknek németországi követe előre bocsátván, miszerént neki Hunyadi János Magyarország kormányzója s az ország rendei részéről bizonyos kérelem nyújtatott át, mellyben panaszoknak, hogy a sz. Ferencz rendű minoriták Esztergomban, Debreczenben és Szatmár-Németiben lévő házaikban feslett életet folytatnak, az isteni tiszteletet sem rágzik rendesen el, és ezen gazdagán megadományozott egyházakban már a szent edényeket is elvesztegették. — Dénes esztergomi érseknek meghagyja, hogy, ezen ügyben vizsgálatot ténvén, ha a panaszt igaznak találja, az emlitett szerzet minden házaiból, hol azt célszerűnek találja, a fegyelemre visszatérni nem akaró szerzeteseket verje ki, és helyükbe szigorú rendtartású ferenczeseket helyezzen. Kelt Budán, június 25-dikén 1448.

Joannes Miseratione Diuina S. Angeli S. S. Romane Ecclesie Diaconus Cardinalis, Apostolice Sedis in Germania et nonnullis alijs partibus de Latere Legatus, specialiter deputatus, Reuerendissimo in Christo patri, et domino Dionysio eadem Miseratione titulo Sancti Cijriaci in Thermis, Sacre Romane Ecclesie Presbijtero Cardinali Strigoniensi, vulgariter nuncupato Salutem in Domino. Romanus Pontifex, qui vniuersi gregis dominici Regimen a Christo suscepit, Legatos suos de latere Sacre Apostolice Sedis Ecclesie Dei Cardinales, ad diuersas mundi partes transmittit, ut mediante eorum prouidencia circumspecta, clericorum tam secularium quam Regularium, principaliter, qui allijs Christicolis vite, et sanctimonie norma, et speculum morum, et honestatis esse debent, errata corrigant, et emendent in melius, et deformata reformat. Exhibita siccquidem nobis, nuper pro parte dilectorum nobis in Christo Joannis de Hunyad Incliti Regni Hungarie Gubernatoris, ac Prelatorum, Baronum,

ceterorumque Procerum et Regnicolarum dicti Regni, petitio continebat, Quod licet beate Marie Virginis in Ciuitate Strigoniensi, Sancte Elizabeth uidue, in Debreczen ac Zatmarnemjti Jaurinensis, et Varadiensis Diecesum ordinis Minorum sancti Francisci site domus et Conuentus, pro Conuentibus et Conuentualibus habitationibus Fratrum dicti ordinis, adhibitis omnibus opportunis Officinis, ac multis varijsque et pretiosis ornamentiis et paramentis ecclesiasticis, ac sacris vasis aureis, e argenteis, lapidibus, et alijs gemmis pretiosis, copiose decoratis, pro diuinis inibi celebrandis officijs sufficienter, et copiose per diuos dicti Regni Reges fundati, et dotati fuerint. Tamen, propter dissolutam et inordinatam vitam fratrum dicti ordinis, in ipsis domibus, et conuentibus, pro tempore sine obseruancia et Regulari vite disciplina degentium, cultus diuinns in eis imminutus extitit, ipseque domus, et Conuentus, in suis structuris, et edificijs ruinam minantur, ac omnia, res, et bona hujusmodi, ad cultum diuinum ut premittitur deputata, fere distracta, alienata, et per ipsos fratres vendita, et ad alienas manus deducta reperiuntur, in maximum ipsarum domorum ac Conuentuum preiudicium, damnum, atque grauamen, pernicio sumque exemplum plurimorum, quodque propterea Christi fidelium Eleemosynarum largitio, erga fratres ipsos in dies tepescit, et se ab ipsis retrahentes, modicam, aut nullam ad eos habent deuocationem. Quare pro parte Joannis Gubernatoris, Prelatorum, Baronum, Procerum et Regnicolarum predictarum asserentium, nisi ipsis domibus et Conuentibus, de celeri succurratur remedio, domos et Conuentus prefatos, in eorum bonis, et pretiosis Clenodijs, omnino annihilari, ac anime Regum Magnatum, et huiusmodi Regni Baronum, quorum sepulture in eorum ecclesijs habentur, diuinis frustrari orationum suffragijs, ac cupientium domos, et Conuentus predictos, in eorum structuris, et edificijs restaurari, et reparari, et in feroore charitatis augeri, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his opportune prouidere dignaremur, Nos igitur, qui Religionem, et cultum diuinum, vbique locorum, nostris potissime temporibus, vigere et adaugeri, intensis desideramus affectibus, prefatorumque Joannis Gubernatoris, Prelatorum, Baronum, Proce-

rum et Regnicolarum propositum , condignis in domino laudibus commendantes , et ut illud optatum sortiatur effectum, quantum cum deo possumus , prouidere volentes de expositis prefatis , certam noticiam non habentes , huiusmodi quoque supplicationibus inclinati, circumspectioni vestre autoritatem apostolicam, nobis specialiter in hac parte commissam adiungentes, eadem autoritate vos exhortando , cum huiusmodi domus et Conuentus , pluribus alijs arduis , ad presens predicti Regni negotijs impediti , personaliter visitare , et de premissis informari non valemus , quatenus de premissis , et eorum circumstantijs vniuersis , auctoritate vos diligenter informetis , et si per informationem huiusmodi , ea fore vera inueneritis , super quo vestram conscientiam oneramus , huiusmodi , necnon quascumque dicti ordinis domos alias , et Conuentus in toto Regno Hungarie consistentes, de quibus vobis videtur reformando , ac errata corrigendo , et in melius emendando , fratribus actu in eisdem habitantibus , si ad Regulam iuxta ipsius ordinis , et Instituti obseruantiam reduci , et ab huiusmodi erroribus resipiscere noluerint , a domibus , et Conuentibus predictis , penitus expulsis , et exclusis , similes , vel eiusdem ordinis fratres , de Obseruancia communiter nuncupatos , in huiusmodi domibus , et conuentibus , quasi nouellas oliuas , que fructus charitatis et honestatis populo dei afferant , et eos regant , et gubernent , instituere , et deputare , Authoritate predicta curetis , inducentes eos , per vos , vel alium seu alias , in corporalem possessionem domorum , et conuentuum predictorum , Juriumque et pertinenciarum omnium eorundem , et defendantes inductos , districte precipiendo mandantes eis , ut inibi deo sub regula Sancti Francisci , et regulari obseruantia perpetuum exhibeant famulatum , facientes alias in premissis , prout secundum deum , et domorum , ac Conuentuum predictorum reformacione vobis visum fuerit expedire , et nihilominus , si expulsionem , Institutionem et deputationem predictas per vos vigore presentium contigerit fieri , ut fratres in domibus predictis , et Conuentibus per vos instituti , et deputati , eo quietius altissimo deseruire , ac Horis vacare diuinis possint , et valeant , omnibus et singulis expulsis predictis necnon quibuscumque alijs dicti ordinis fratribus ,

cuiuscunque gradus , Status , Ordinis vel conditionis fuerint, in virtute sancte obedientie, districte precipiendo, et inhibendo mandetis, ne ipsi per se, vel alium, siue alias directe, vel indirecte, quoquis quesito colore, fratres per vos institutos predictos, qui nunc sunt, vel pro tempore erunt, quamdiu laudabiliter sub dicta obseruantia viuent, vexare, molestare, perturbare, seu vexari, molestari, perturbari facere, quominus in domibus, Conuentibus predictis libere, et quiete stare, et illos regere, et gubernare possint, et valeant, ullo modo presummant, facientes rursus, que in premissis vobis necessaria videbantur, vel opportuna, non obstantibus felicis recordacionis Domini Bonifacij Pontificis VIII, ilia presertim que prohibentur ne Fratres cuiusuis ordinis mendicantium, in quavis Ciuitate, Terra, seu Willa, aut quocumque Castro, seu alio loco, domum de nouo construere, aut construi facere, ac construam recipere presummant, absque Apostolice sedis licencia speciali, faciente plenam et expressam, ct de verbo ad verbum, de prohibitione huiusmodi mentionem, et alijs Apostolicis constitutionibus, necnon prefati Ordinis Juramento, Confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis, et constitutionibus, ceterisque contrarijs quibuscunque, In quorum omnium, et singulorum fidem, et Testimonium premissorum, presentes literas, per Secretarium nostrum infrascriptum subscriptas exinde fieri, nostrique Sigilli pressimus et fecimus appensione communiri. Datum Bude Wesprimiensis Diecesis, sub Anno a Natiuitate Domini Millesimo Quadragesimo Quinto Mensis Junij Pontificatus SS. domini nostri Nicolai diuina pridentia Pape V-i Anno II-o.

Kosa Jenő irományáiból.

XCII.

Szent-Miklósi Pongrácz maga s Gúhi Ország Mihály és örökösei nevében kötelezi magát, hogy azon ítélet következtében, melyet közöttök és Fridrik római király között a pápai bíboronkkövet és Ulrik Cillei gróf Pozsonyban a minap hozott, és mellynél fogva ő minden, Fridrik királytól nyert régibb leveleit visszaadni tartozik, — azon két levelet is, mely épen most kezénél nincs, és a melyek közül az első Cillei Ulrik és Schaunberg János grófok régibb ítéletét tartalmazza, a másik pedig Fridrik királytól adva arról szól, hogy, ha ő Hunyadi Jánossal együtt a Fridrik birtokába utni kénytelenítették, ez az ő közte és Fridrik között kötött szerződésnek ne ártson, mihelyt kezéhez kerül, azonnal visszaadja; mit ha nem tehetne, azokat minden érvényességtől megfosztottaknak nyilvánítja. Kelt Köpcsenyben, august. 26-kán 1448.

ICH Pangrecz Von sannd Nicla Gesessen aufm Branntz, Bekenn fur mich vnd den Edeln Micheln Orzag von Guth vnd vnser erben Wissentleich mit dem brief Als zwischen dem Allerdurchleuchtigisten fursten vnd herren hern Fridreichen Romischen kunig zu allenczeiten merer des Reichs Herczogen zu Österreich etc. vnd vns bayden Durch den Hochwirdigen uater : — Den pebstleichen legaten Cardinal Sanctiangeli genant vnd den Hochgeboren Fursten vnd Herren Graf Vreichen von Cili ze Ortenburg vnd im Seger. Banen in windischenn Lannen zum nachsten zu prespurg ain ganncze gericht gemacht vnd darjnn begriffen ist Das Ich panngrecz egenanten, dem vorgenanten Allerdurchleuchtigisten fursten Dem Romischen Kunig all brief wiedergeben sol Die Ich von seinen kunigleichen genaden vormals hab nach lautt der tayding zedelln Darumb ausgangen, vnd aber, den Spruchbrief von dem benanten von Cili vnd dem wolgeporn herren Graf Johannsen von Schaunberg

vor zeiten ausgangen vnd ainen andern brief mir von dem ege-
 nanten Allerdurchleuchtigisten fursten Dem Romischen Kunig
 gegeben Der jnnhelt ob ich mit dem Hwnyad — — — ch
 in seiner genaden lanndt vnd wider sein genad ziehen wurd
 Das mir dann solichs an der aynung Soczu derselben zeit zwi-
 schen vnser gemacht ward nit schaden solt nicht bey hannden
 hab Also gelob ich dem obgenanten meinen Allerdurchleuchtigisten
 herren dem Romischen kunig bey meinen ern vnd treun
 wissentlich mit dem brief wenn mir die bemelten zwen brief
 vngeuerlich widerumb zehannden chommen , Das Ich die sei-
 nen kunigleichen genaden geben vnd anutburten wil anuer-
 cziehen vngeuerlich vnd ob die hinsur jnndert furbracht wur-
 den da sullen Sy dem vorgenanten Allerdurchleuchtigisten fur-
 sten Dem Romischen kunig kain schaden vnd mir noch nye-
 mand andern kainerley frummen bringen Sunder ganncz tod
 ab vnd kraftlos sein vngeuerlich Mit vrchund des briefs Besi-
 gelt mit meins obgenanten Pangreczen anhangunden Innsigel
 Das ich fur mich selbs vnd den egenanten hern Micheln Orzag
 an den brief gehanngen hab Alles das war vnd stet zu halten
 Das an dem brief geschriben stet Vnd des sind gezeugen durch
 meiner fleissigen gepet willen die Edeln mein diener Matheus
 Scola gesessen auf Scharfenstain vnd Michel hofer vom Neun-
 haus mit Irm anhanngunden Insigeln in vnd irn erben an scha-
 den. Geben zu Kotzsee an Montag nach sannd Bartolmes tag
 nach Cristi gepurd uierczehenhundert vnd darnach in dem acht
 nd virczigisten Jaren.

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CXIII.

A pannonhegyi sz. Márton monostorának conventje bizonyságot tesz arról, hogy az ország főpapjainak, zásslósainak, nemesinek és előkelőinek mindenjájoknak Szegedről december 15-dikén 1448. kelt, és a győri káptalan részére Barczar Kelemen ösvegye ellen, Győr megyében fekvő Sebes nevű falu bizonos része iránt szóló visszafoglaló paranca következtében a győri káptalant ezen részjösszág birtokába a mondott hónap 18-dikán vissza akarta igtatni: de Mérgezi Pethő és a mondott Barczar Kelemen ösvegye, és Cseh László a győri püspök háziembere nem csak ellentmondottak, hanem az országos rendek és a convent emberét, valamint a székes prépostot és István mosoni, és László komáromi főesperesteket, és győri kanonokokat, kik az említett káptalan nevében jelen voltak, illetlen és mocskos szavakkal illették; e felett Mérgezi Pethő a káptalannak eleséget hozó jobbágyait halállal, agyonveréssel és tagjaiak összetörésével fenyegette. Kelt december 23-dikán 1448.

Dominis Prelatis, Baronibus, Nobilibus et Proceribus Regni Hungarie vniuersis, Dominis et Amicis eorum vniuersis, Conuentus Monasterij Sancti Martini Sacri Montis Pannonie, orationes in domino debitas, ac deuotas. Litteras vestras Recapti-natorias pariter et Statutorias veneratione recepimus hunc te-norem continentes, Prelati Barones, Nobiles et Proceres Regni Hungarie vniuersi Conuentui Ecclesie Sancti Martini Sacri Montis Pannonie, Salutem cum fauore. Dicitur nobis in persona Honorabilis Capituli Ecclesie Jaurinensis, Quomodo quedam Portio ipsius possessionaria in possessione Sebes vocata in Comitatn Jaurinensi existens habita, que nunc iuxta manns Relictae Clementis Barczar dicti de eadem Sebes minus iuste, et indebithe haberetur, ipsum Capitulum omnis Juris titulo concer-nens legitima Recaptiuatione, et super ipsius Statui factione

plurimum indigeret. Super quo vobis serio presentium firmiter committimus , quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonia fidedignum , quo presente Gregorius . vel Stephanus , sin Georgius Koronczo seu Josa de Gal siue Lucas tum Benedictus de Madod , an Michael Litteratus de Sykaban alijs absentibus homo noster de Curia — — — per nos ad id deputatus ad facies dicte Portionis Possessionarie in dicta Possessione Sebes vocata habite , vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis , et presentibus accedendo recaptiuet eandem nomine Juris dicti Capituli Statuatque eandem eidem premisso Juris titulo perpetuo possidendam , si non fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint , euocet ipsos contra antefatum Capitulum nostram in presentiam ad Terminum competentem , rationem contradictionis eorum reddituros , Et post-hoc huiusmodi Recaptiuationis Statutionis et Euocationis Seriem , cum contradictorum si qui fuerint , ac vicinorum et commetaneorum qui premissse Statutioni et Recaptiuationi interverunt nominibus Terminoque assignato nobis suo modo rescribatis. Datum Sexardini (helyesben : Segedini) feria secunda proxima post festum Conceptionis beate Marie virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo. Unde Nos vestris commissionibus in omnibus obedire cupientes , ut tenemur una cum prefato Josa de Gal homine vestro per vos de Curia Regia ad id deputato , et transmisso nostrum hominem videlicet dominum Fratrem Valentinum Custodem dicti Monasterij nostri ad infrascriptas Recaptiuationes et Statutiones faciendas duximus transmittendos , Qui tandem ad nos inde reuersi nobis concorditer retulerunt , Quomodo prefatus homo vester presente dicto nostro Testimonio feria quinta proxima ante festum beati Thome Apostoli proxime preteritum ad faciem dicte Possessionis Portionis Possessionarie in dicta Possessione Sebes vocata habite vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis et signanter Johanne filio Georgij Petro et Gregorio de Karenth inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent , Et cnam prefatam Portionem Possessionariam nomine Juris dicti Capituli Recaptiuarare et eandem eidem premisso Juris dicto Titulo ipsi incumbenti perpetuo possidendam statuere voluissent ex-

tunc Pethew filius Petri filij Nicolai de Merges , et Domina Relicta prefati quondam Clementis Barczar necnon Ladislaus dictus Theh , familiaris Reuerendi Patris Domini Augustini Episcopi Jaurinensis nomine et in persona eiusdem huiusmodi Recaptiuationi et Statutioni contradixissent. Ideo idem homo vester — — — eadem die predictos Pethew filium Petri Dominam Relictam Clementis Barczar — — Augustinum Episcopum Jaurinensem ad dies festi Epiphaniarum domini proxime venturarum contra predictum Capitulum Ecclesie Jaurinensis vestram in presentiam euocasset. Retulerunt insuper predicti vester et noster homines , quod ipsa die Recaptiuationis et Statutionis ipsos scilicet vestrum et nostrum homines , Dominos quoque Prepositum Cathedralem Stephanum Mosoniensem et Ladislaum Comaromiensem — — Canonicos dicte Ecclesie Jaurinensis , qui premissae Statutioni et Recaptiuationi nomine eiusdem Capituli interfuerint , multis et inaudibilis verbis illicitis , et turpibus dehonestassent manu armata et compluribus circumuallati illuc aduenientes. Insuper idem Pethew filius Petri Jobagiones eiusdem Capituli , qui dictis dominis de Capitulo Jauriensi victualia ad ipsam possessionem Sebes apportassent , familiares quoque eorundem Dominorum cum ipsis ibidem existentes morte et interemptione ac membrorum mutilationibus minatus fuisset. Datum Sexto die diei Executionis premissae , Anno domini superdicto.

A szepesi káptalan levéltárából Czech János úr által.

CXIV.

Magyarország főpapjai, zászlósa, nemesei s előkelői mindenáján Kassa városát felhatalmazzák, hogy Semsei Frank Sacza nevű (Abaúj megyei) helységben fekvő kastélyát szétronthassa, nehogy az gonosz kezekbe jutva, mint erősség, azon vidéknek veszedelmére szolgálhasson. Kelt Budán, apíril 1-jén 1449.

Prelati Barones Nobiles necnon Proceres Regni Hungarie vniuersi Circumspectis viris Judici et Juratis Ciibus Ciuitatis Cassouiensis Salutem et honorem. Tam ex vestra intimatione quam etiam conprouincialium Nobilium relatione nobis factis perceperimus. Quomodo domus Egregij Frank de Zemcze prope vos in possessione Schatza habita timeretur ne in manus et potestatem nociorum hominum deueniret et exinde de facili fortalicio extructo in depopulationem et vastationem cedere possit partium sibi circumpositorum. Nos igitur buiusmodi nocio casui viam recludere cupientes prouidentiam vestram requirimus quantum si et in quantum de huiusmodi casu timor verisimiliter i[n]est aut prouenire potest extunc per certas fide dignas personas ex conciibus vestris presatum Frank de Zempcze super eo ut ipse eandem domum suam dirui et demoliri faciat vigore presencium ammoneri faciatis, quem et nos taliter presentibus ammonemus, qui si post huiusmodi ammonitionem infra octo dies ipsis monitionibus non paruerit, extunc liberam in eo presencium serie facultatem vobis damus ut prescriptam domum adeo demoliri faciatis, ut inimicis ibidem descensus et hospitium haberi nequeat quo uismodo, publice utilitate in eo consulendo. Datum Bude feria tertia proxima post Dominicam Judica Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Kassa városa levéltárából.

CXV.

György rác fejedelem bizonyáságot tesz arról, hogy δ a magyar országos rendek megbízásából Garai László nádorral és Ujlaki Miklós erdélyi vajdával egy, a törökkel kötendő, fegyverszünetre nézve nemelly pontokat megállapítván, annak ezek szerinti eszközölését a török szultánnál magára vállalta. Kelt Szendrön, május 21-kén 1449.

Nos Georgius dei gracia Regni Rascie despotus et Albanie dominus memorie commendamus per presentes, quod per Magnificos dominos Ladislaum de Gara Regni hungarie palatinum, et Nicolaum de Wylak Wayuodam Transsiluanum pro parte Treugarum cum domino siue Imperatore turcorum incundarum virtute literarum, dominorum Prelatorum Baronum et Regnicalarum vniuersorum, pleni mandati, nobis allatarum, multis tractatibus hincido inter nos et ipsos dominos ventilatis, vltimate (per presentes) taliter nobis est persuasum, vt treugas ipsas, sub articulis condicionibus et conclusionibus infrascriptis firmaremus, primo vt exquo partes Transalpine per turcos sunt desolate vt infra tempus Treugarum, ipse partes Transalpine, tantummodo medietatem census soliti Imperatori turcorum soluere teneantur, Item vt ex Regno Rascie similiter vsque tempus treugarum, eciam tantummodo medietas census soliti soluatur, ac medietas armigerorum solitorum, vsque tempus idem, ex eodem Regno, ipsi Imperatori pro subsidio dari teneatur, Item vt Regnum Bozne censum solitum, integre ipsi Imperatori turcorum soluere teneatur, Item vt Idem Imperator totale debitum, quo, sibi, Rex Bozne obligatur, ipsi Regi relaxet, et eum proinde quitum committat, Si autem ipse Imperator, dictum debitum relaxare noluerit, extunc disposicio vltior, in facto ipsius debiti, ad ipsum Regem Bozne relinquatur, Item vt partibus Transalpinis, Regno Rascie, et Regno Bozne, ac eo-

rum principibus et eorum Incolis omnimoda pax et tranquillitas, sine omni impedimento, per turcos dimittatur, Et ut eorundem Regnorum principes et Incole vniuersi, semper in Regnum hungarie venire valeant, causa Curialitatis, et aliorum negotiorum exequendorum, proindeque per turcos nequaquam impediuntur, Item vt mercatores turcorum cum eorum mercibus in Nandor-albam, in Kewij, in Haram, in Zewerinum, et in Karansebes tantummodo libere venire et in eisdem negociari valeant, contra autem nos Despotus, totidem loca, in tenutis turcorum eligere debeamus, In que et mercatores hungari cum mercibus eorum transire libere et negociari valeant, Item si contigerit vt aliqui predones aut Hwzarij hungari aliquam rapinam, aut aliquod nephias Turcis intulerint, aut e contra turci hungaris intulerint, vt pro tali excessu Treuge non infringantur, sed vt id, nos inter partes rectificare et reformare valeamus et teneamur, Nos enim in hac causa, Judicem deputauerunt, Item si fieri poterit, extunc et Imperator Grecorum sub ipsis treugis concludatur, Item si modo premisso ipse treuge firmari non poterunt, extunc modo eodem quo videlicet tempore Serenissimi domini Imperatoris Sigismundi treuge firmate fuerunt, firmentur, Ita videlicet vt partes Transalpine integrum censum solitum cum ouibus exoluant, Regnum autem Rascie similiter et censem et armigeros integre dare teneatur, Similiter et Bozna Censum integrum exoluere teneatur ipsi Imperatori turcorum prefato, Et alia omnia eodem modo concludantur, sicut tempore prefati domini Imperatoris Sigismundi conclusa fuerunt, dempto tantum modo isto, vt mercatores turcorum solummodo in loca superius specificata et non in alia venire valeant, Item vt ipse Treuge per septem annos integros tantummodo, et non per plures statuantur et firmentur, Datum in Zendrew feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Az anspachi levelek közöl a budai kincstári leváltárból.

CXVI.

Tamás István bosnyák király Korogyi János macsói bánnal Doborban országa nagyaival egyetértőleg tartott tanácskozása s egyetértése következetében kötelezi magát, hogy Magyarország s annak szent koronája, valamint kormányzója Hunyadi János ellen semmi hűtlenséget, vagy ellenségeskedést nem követ el, a törököket Magyarországba nem vezeti, semmi szín alatt nem segíti, a Drinától az Ukrina vizéig nekik hajókat nem szolgáltat; és ha netalán országát a török sereg megleppén, ellent nem állhatna, és a réveket megvédni nem bírná, arról a kormányzót, vagy Magyarország nagyait levele, vagy hírnöke által rögtön tudósítani fogja. Kelt Doborban, novemb. 11-kén 1449.

Nos Stephanus Thomas dei gracia Rex Bosne Notum facimus vniuersis presentes inspecturis quod cum nos hac die cum Magnifico domino Johanne de Korog Bano Machouiensi hic in Dobo pro certis tractatibus honorem profectum et commodum nostrum ac Regni nostri pretacti imo verius Regni Hungarie pacificum statum concernentibus et respicientibus insimul conuenissemus, tunc inter ceteras nostras dispositiones nos vnam prelibato domino Joanne Bano de consilio omnium nostrorum Nobilium et Baronum nobiscum existentium Id disposuimus, conclusimus et firmauimus ymo bona fide nostra Christianitate et humanitate mediante promittimus et assummius per presentes, ut ab hac die inantea dicto Regno Hungarie et sacre eiusdem Regni Hungarie Corone, necnon Magnifico Domino Joanni de Hunyad, ipsius regni Hungarie Gubernatori nullam faciemus infidelitatem neque eisdem inimicitias inferemus nec inferri faciemus et neque Turcos contra et adversus ipsum Regnum Hungarie introducemos nec ipsis in contrarium

eiusdem Regni Hungarie quocumque colore subsidium aliquod prebebimus , et neque eisdem Turcis in Tenutis nostris apud manus nostras existentibus a Drena usque fluum Ukrina nuncupatum vadum seu nauigium prestabimus , et neque dicto regno Hungarie quacunque re seu occasione excogitata inimicitias seu malum aliquod inferemus, nec inferri faciemus , et si tanta potentia Turconica in dictum nostrum regnum Bozne aduenierit , quod eis viribus nostris proprijs resistere et ab eis ipsa vada preseruare non possemus , extunc id statim et quam primum nobis innotescerit pretacto Domino Gubernatori aut Baronibus dicti regni Hungarie per nostras litteras aut nuncium nostrum reintimare teneamur , ad que omnia facienda ultronea nos obligamus voluntate. Datum in Dobor predicta in festo beati Martini Episcopi et Confessoris Anno domini 1449.

Az eredetiből Szalay Ágoston gyűjteményében.

CXVII.

Herpai Márk és Dormánházi Mihály erdélyi vajdák az erdélyi nemesekkel széket ülrén, Rajnáld szebeni bíró és Halász Mihály s Thesner Mihály boltácsai lakosok panasza következtében, — miszerént a boltácsi és zsitvai lakosokat, jóllehet ezek kiváltságaiak szerént a hét szász szék bírósága alá tartoznak, a Küküllő megyei alispánok és szolgabírák elé gyakorta idézik — megparancsolják, hogy mind azok, kiknek az említett lakosok ellen köreteléseiak vagynak, azokat az említett falvak bírósága előtt keressék, s ha ennek itéletével meg nem elégdnének, ügyöket a hét szász szék törvényszékhez fölebbezzék. Kelt Tordán, január 24-kén 1450.

Nos Marcus de Herpa et Michael de Dormanhaza Wayuode Transyluanenses, Memorie commendamus tenore presentium

significantes quibus expedit vniuersis, Quod nobis vnam partium Transyluanorum Nobilibus in Octauis festi Epiphaniarum domini nobiscum in Judicio existentibus Regnoldus Judex Cibiniensis necnon Michael Halhasz et alter Michael Thesner, Hospites de Bolkach in ipsorum ac omnium Hospitum, et Villanorum necnon et totius Communitatis in prenarrata possessione Bolkach et Situe vocatis commorantium nominibus et in personis, nostram et eorum Nobilium venientes in presentiam, nobis et eisdem Regni nobilibus significari curarunt graui cum querela, quod licet ipsi populi et Villani in prenarratis possessionibus Bolkach et Situe residentes, et speciali prerogatiua, gratia Diuorum Regum ab eo tempore cuius — — — et hominum memoria contrarium non comprehenderet ab alijs Jobbagionibus ceterorum Nobilium exempti in omnibus Jurisdictionibus ac legibus et Consuetudinibus Saxonum Regalium, Septem Sedium fuerint soluti et inclinati atque suppositi, tamen nunc multocies Comites et Vice Comites, et Judium Comitatus de Kwkwllew ad instar Jobbagionum ceterorum Nobilium, Judicio et Judicatu eorundem eos adstare compellerent, in contemptum prescripte eorum exemptionis, et Juris periclitacionem manifestam. Vnde idem Regnoldus et vterque Michael nobis, et eisdem regni Nobilibus supplicarunt ut ipsos populos et Villanos in eorum pristinis libertatibus et exemptionibus conservaremus, Nos itaque vnam prenarratis Transyluan. Nobilibus eorundem supplicationibus, vti Justis et Juri consonis inclinati eisdem Populis et Villanis in preallegatis eorum libertatibus et exemptionibus liberam permanendi duximus habere facultatem, Sic videlicet, Quod quispiam hominum quicquam Actionis, ac Acquisitionis contra ipsos populos et Villanos habuerint, hi huiusmodi eorum accusationem et acquisitionem in Sede Judiciaria ipsorum Villanorum ordine iuris obseruato prosequantur. Et si in ipsorum Judicio contentari noluerint extunc ad interrogationem Sedrie Septem Judicum causam eorum transferre debeant, super quibus a nobis litteras nostras petierunt. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras priuilegiales duximus concedendas. Datum Thorde quartodecimo die

Octauarum festi Epiphaniarum Domini. Anno eiusdem Millesimo
Quadringentesimo Quinquagesimo.

Gróf Bethleneknek Bolkács és Zsitve ellen folyó peréből.

CXVIII.

Magyarország főpapjai, zászlói és előkelői mindenjában előadják, hogy Zsigmond királynak Gábor deák, ismeretes és megégetéssel buntetett levélhamisító által készített megegyező levele köretekstében Palóczi László országbiró előtt egyfelül Hedervári Lőrincz nádor és fia Imre, hajdan macsói bún, más-felül Székcsői Herczeg Ráfael bosznia püspök és csakugyan Székcsői Herczeg Pál és Fülöp közt folyamalban volt per alatt a felek barátságosan megegyeztén, a mondott Herczegek Hód és Vásárhely helységek birtokára jutottak, és azokban annak rendjén be is iktattattak Hunyadi János kormányzó tudta nélkül; bár ezen barátságos egyezést Hunyadi János is mint kormányzó megerősítette, mirel azonban ezt ö mint a diákok nyelv ismertében járatlan tette, de különben is ez fiainak sérelmével érvényesen nem eshetett meg, a nevezett faluk pedig egyenesen a kormányzót és fiait illetik: azért ök a telök együttülv nemesekkel együtt a mondott irományokat megsemmisítén, Hód és Vásárhely helységeit Hunyadi Jánosnak és fiainak oda ítélték. Mire nézve meghagyják a csanádi káptalannak, hogy ezeket a többször említett helységek birtokába iktassa. Kelt Budán, mart. 3-kán 1450.

Az iromány hátára tan jegyezze, hogy az igtatás réghoz ment april 16-kán 1450.

Prelati Barones et Proceres Regni Hungarie vniuersi, Honorable Capitulo Ecclesie Chanadiensis, Salutem cum Honore. Noueritis quod Briccius de Pazon pro Magnifico Domino Jo-

hanne de Hunyad Dicti Regni Hungarie Gubernatore cum prosuratorijs literis eiusdem. Juxta continenciam literarum nocturnarum prorogatoriarum In octauis festi Epiphaniarum domini In figura nostri Judicij comparens. Contra Reuerendum in Christo patrem Dominum Raphaelem Herczegh Electum Ecclesie Bosnensis , ac Egregios Paulum et Filphes similiter Herczegh dictos de Zekchew , duas literas vnam nostram gracioum Euocatoriam pariter et Insinuatoriam Capitulo Ecclesie Colocensis directam , et aliam eiusdem Capituli Ecclesie Colocensis relationem , asserens accionem et propositionem ipsius domini Gubernatoris literis in eisdem contineri nobis presentauit declarando , Quod Idem dominus Johannes Gubernator In Vigilia Festi Visitacionis Marie Virginis gloriose proxime preteriti hic Bude , In nostri medio personaliter constitutus , exposuisset nobis multum querulose , Quod cum condam Magnifico Henrico filio Wayuode de Thamassy decedente , racione et pretextu Castrorum possessionumque , et Jurium eiusdem possessionarium inter condam Magnificum dominum Laurencium de Hrehwara , dicti Regni Hungarie Palatinum et Emericum filium eiusdem pridem Banum Machouiensem ab vna . necnon Reuerendum in Christo patrem , dominum Raphaelem Electum Ecclesie Boznensis , ac Egregios Paulum et Filphes filios Ladislai Herczegh de Zekchew , ex altera partibus litis et dissensionis materia mota , et in presencia Comitis Ladislai de Palocz Judiciscurie Regie ventilata exstitisset , partesque prediche contra sese earum literas et literalia Instrumenta exhibuissent , tunc inter alia , prefati domini Raphael Paulus et Filphes Herczegh quasdam literas Consensuales sub titulo et nomine condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis, In eo , vt vbi dictum Henricum et Ladislaum fratrem eiusdem , heredibus deficere contingeret , Extunc Jura eorundem possessionaria in ipsos filios Herczegh deuolui et condescendi deberent , loquentes exhibuissent , sicque prefati dominus Laurencius Palatinus et Emericus Banus filius eiusdem vigoribus earundem literarum Consensualium se in ipsa causa subcumbere pertimescentes causam eandem Judicio submittere non ausi exstitissent , sed causa in eadem cum dictis filijs Herczegh concordassent , per

quamquidem concordiam certa Castra et Jura possessionaria dicti condam Henrici , eisdem Laurencio Palatino et Emerico Bano , certeque possessiones et Jura possessionaria dictis filijs Herczegh deuenissent , Et inter alia ydem dominus Laurencius Palatinus et Emericus Banus possessiones ipsius scilicet domini Gubernatoris Hod et Wasarhel appellatas , cum earum pertinencijs , sub nomine huiusmodi , quod eciam eedem ipsius condam Henrici possessiones extitissent , per formam huiusmodi concordie ipsis filijs Herczegh annuisserent et concessissent , habitaque ipsa concordia eedem partes literas dicti Comitis Ladislai Adiudicatorias pro eorum parte extraxissent , Et quemadmodum ipse scilicet Gubernator tandem percepisset , prefati filij Herczegh easdem possessiones Hod et Wasarhel cum earum pertinencijs , ipso penitus inscio et ignorantie sibiipsis statui fecissent , Cum tamen eedem possessiones Hod et Wasarhel cum earum pertinencijs , prefatorum Henrici et Ladislai filiorum Wayude de Thamasy non fuissent , prescripta eciam litera sub nomine et titulo dicti condam Domini Sigismundi Regis loquens et emanata , per condam Gabrielem literatum emanatorem falsarum literarum , nuper pro huiusmodi falsarum literarum emanacione combustum et Incineratum , vt Idem Gabriel dum pro premissis excessibus suis captus fuisset , tam verbo , quam eciam scriptis superinde confectis , confessus extitisset false et sinistre emanata , et dictis filijs Herczegh data extitisset , Et quamvis ipse dominus Gubernator tempore reportationis seriei premissae Statucionis pro parte dictorum filiorum Herczegh vti percepisset facte hic in Curia Regia presens extiterit literasque Statutorias , sed et Adiudicatorias dicti Comitis Ladislai per ipsos filios Herczegh , exhibere postulauerit , ac in facto earundem possessioni Hod et Wasarhel obicem voluierit , tamen iijdem filij Herczegh , easdem literas tempore reportacionis premissae Statucionis nequaquam exhibere voluissent , sed se absentassent , In sui Juris priudicium et derogamen valde magnum , formidassetque ipse ne successu temporum huiusmodi concordia inter partes predictas , super factio dictarum possessionum ipsius scilicet Gubernatoris Hod et Wasarhel vocatarum inter partes predictas facta , Statucioque exinde secuta succes-

siue in sui Juris periculum vergeretur (igly!), requisiuisset Itaque nos ipse Dominus Gubernator debitacum Instancia vt sibi super premissis remedium adhiberemus opportunum. Nos vero sicuti neminem conregnolarum nostrorum sic nec ipsum Dominum Gubernatorem per concordiam aliorum quorumcunque et signanter per precessum superius enarratum falsarum literarum exhibicionem in se continentem ac Statutorias exinde secutas destitui volentes et priuari, eidem Domino Gubernatori Id vt ipse annotatos Dominum Raphaelem Paulum et Filpes (igly!) dictos Herczegh prescriptas literas Adiudicatorias ipsius Comitis Ladislai pretactam concordiam in se continentes , ac Statutorias exinde secutas, sed et dictas literas Consensuales sub nomine dicti condam Domini Sigismundi Regis loquentes in specie exhibituros In factoque dictarum possessionum Hod et Was-sarhel (igly !) ac pertinenciarum earundem Judicium recepturos, contra se nostram in presenciam euocari facere valeret et posset, annuissemus et concessissemus gracie. Quocirca dicti Capituli Ecclesie Colocensis honorabilitatem literatorie requisiuisset diligenter, quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fideignum , quo presente homo noster Infra declarandus de Curia Regia specialiter transmissus memoratos Dominum Raphaelem Paulum et Filphes dictos Herczegh prescriptas literas Adiudicatorias et Statutorias ac Consensuales in specie exhibituros. In factoque dictarum possessionum Hod et Was-sarhel , et pertinenciarum ipsarum Judicium recepturos , contra annotatum Dominum Gubernatorem ad octauas festi beati Jacobi apostoli tunc venturi , nostram euocaret in presenciam Insinuando ibidem eisdem , vt si venirent dictasque literas exhiberent et in premissis Judicium reciperent, benequidem , Alioquin non obstante ipsorum absencia absque vltiori dilacione Id faceremus in premissis quid Juri et consuetudini Regni videretur expedire , Et post hec ipsarum Euocacionis et Insinuationis series vt fieret expediens cum nominibus Euocatorum octauas ad easdem nobis suomodo rescriberet Capitulum Ecclesie Colocensis antedictum , Ipsum igitur Capitulum Ecclesie Colocensis premissis requisicionibus nostris , obttemperare volens , vnacum Blasio de Gywla, homine nostro honorabilem Magistrum Cle-

mentem socium et Concanonicum eorundem ad premissa peragenda eorum pro testimonio transmisisset fide dignum, qui tandem exinde ad Idem Capitulum reuersi uniformiter eidem retulissent eomodo, Quod ipsi feria tercia proxima post festum beate Margarethe Virginis proxime preteritum ad faciem possessionis Reuerendi in Christo patris domini Raphaelis Electi Ecclesie Boznensis ac Egregiorum Pauli et Filipes filiorum Ladislai Herczegh de Zekchew Danoth vocate accessissent, Ibi que annotatos dominum Raphaelem Paulum et Filipes dictos Herczegh, prescriptas literas Adiudicatorias, ipsius Comitis Ladislai pretactam concordiam in se continentem ac Statutorias exinde secutas, sed et dictas literas Consensuales sub nomine dicti condam Domini Sigismundi Regis loquentes in specie exhibutros in factoque dictarum possessionum Hod, et Wasarhel ac pertinenciarum earundem Judicium recepturos contra prefatum Magnificum dominum Johannem de Hunyad Regni Hungarie Gubernatorem ad dictas octauas festi beati Jacobi Apostoli tunc venturas nostram euocassent in presenciam Insinuantque ibidem eisdem ut si venirent dictasque literas exhiberent et in premissis Judicium reciperent benequidem Alioquin non obstante ipsorum absencia absque vltiori dilacione Id faciemus in premissis quid Juri et consuetudini Regni videretur expedire. Quibus presentatis prefatus Briccius de Pason in persona dicti domini Gubernatoris prescriptas literas Adiudicatorias ipsius Comitis Ladislai ac Statutorias exinde secutas, sed et pretactas literas Consensualas per prelibatos dominum Raphaelem Episcopum necnon Paulum et Filipes dictos Herczegh exhiberi postulauit coram nobis. Quo auditio Nicolaus literatus de Dnyeberky pro ipsis Raphaele Electo necnon Paulo et Filipes cum procuratorijs literis Conuentus Ecclesie Pechwaradiensis in nostram exurgens presenciam dictasque literas Adiudicatorias Statutorias et Consensuales ad nostras plurimas Juridicas requisiciones coram nobis nequaquam exhibens et nec producere assumpmens, Respondit talimodo, Quod hoc verum foret ut prefati filii Herczegh vigore dictarum literarum Adiudicatoriarum ipsius Comitis Ladislai pariter et Composicionarium se in dominium prefatarum possessionum, Hod et Wasar-

hei et pertinenciarum earundem statui fecerunt, Tamen ijdem filii Herczegh domini sui numquam in dominio earundem possessionum extitissent, Idem eciam procurator ipsorum filiorum Herczegh per nos superinde requisitus, Id, vt prefatus condam Henricus filius Wayuode, et sequenter antefatus condam dominus Laurencius Palatinus ac Emericus Banus filius eiusdem In dominio ipsarum possessionum Hod et Wasarhel extiterint nullo eudenti documento valuit comprobare. Denique prefatus Briccius de Pazon in persona eiusdem domini Gubernatoris ac eciam Sigismundus de Abolma in personis Egregiorum Ladislai et Mathie filiorum eiusdem domini Gubernatoris pro ipso utputa Ladislao cum procuratorijs literis palatinalibus et pro dicto Mathia sine procuratorijs literis eumdem puerum in tenera etate consistentem fore referens, coram nobis adherendo subiunxerant in huncmodum, Quod licet ipsi scilicet Gubernator cuidam fassioni per quam scilicet dictus condam Henricus filius Wayuode ex vna, ac antelatus dominus Laurencius Palatinus et Emericus Banus filius eiusdem ex altera partibus vniuersas possessiones eorum In alterutros condescendendas et deuoluendas fore disposuissent, In qua eciam fassione et literis superinde confectis Inter alias possessiones ipsius Henrici filij Wayuode prescripte possessiones Hod et Wasarhel nominate et conscripte, forent ad requisitionem dicti condam domini Laurencij Palatini sue Gubernacionis Autoritate consensum prebuerit, Tamen ipse Dominus Gubernator illiteratus existens huiusmodi consensum ex Ignorancia et inaduertencia fecisset, Cancellarius autem suus super facto possessionum predictarum eotunc similiter Inscius extitisset. Ipse eciam Dominus Gubernator huiusmodi Consensum in preiudicium Juris dictorum filiorum suorum nequaquam facere potuisset, Et hijs dictis ipse Sigismundus de Abolma in personis prescriptorum Ladislai et Mathie filiorum domini Gubernatoris prefati Consensus adhäsionem rouocauit et retractauit coram nobis. Quibus sic habitis Idem Briccius de Pazon prelibato domino Gubernatori, ac prefatus Sigismundus dictis filiis eiusdem domini Gubernatoris per nos in premissis ex parte dictorum filiorum Herczegh iudicium et Justiciam postularunt elargiri. Verumquia Nos prefato domi-

no Gubernatori super premissis nobis Conquerenti Id vt ipse prelibatos filios Herczegh dictas literas Adiudicatorias Comitis Ladislai ac Statutorjas et Consensuales exhibituros in premissisque nouum Judicium recepturos contra se nostram in presenciam euocari facere valeret gracie annuisse et concessisse. Ydemque filij Herczegh ad premissa euocati literas easdem nequaquam exhibuisse prefatus eciam procurator ipsorum filiorum Herczegh hoc , vt ijdem vigore dicte Statucionis nunquam in dominio dictarum possessionum Hod et Wasarhel ac pertinenciarum ipsarum extitissent retulisse , et propterea ipsa Statucio non palam sed occulte et ipso Domino Gubernatore inscio facta sicque prescripta querimonia ipsius domini Gubernatoris iusta pr oposita fuisse. Nichilominus ergo prescriptus Consensus in facto earundem possessionum Hod et Wasarhel per ipsum dominum Gubernatorem adhibitus rationibus ex premissis reuocari et retractari posse adinueniebantur propterea quod prescripte litere ipsius Comitis Ladislai Adiudicatorie et Statutoria exinde secuta (igy !) necnon Consensuales sub nomine et titulo dict condam domini Sigismundi Regis loquentes , ac concordiam inter prefatos filios Herczegh ex vna necnon prelibatum dominum Laurencium Palatinum et filios eiusdem ex altera partibus facta In dictis literis Adiudicatorijs Comitis Ladislai inserta simulcum adhibicione prescripti Consensus dicti domini Gubernatoris quo ad factum duntaxat dictarum possessionum Hod et Wasarhel invalidari et viribus prorsus cassari ac destitui , Eodemque possessiones , Hod , et Wasarhel cum suis pertinencijs ipsi domino Gubernatori et filiis suis predictis restatui debere nobis et Regni Nobilibus Nobiscum in Judicio presentis cause conseruentibus cernebatur. Idcirco ipsas literas Adiudicatorias dicti Comitis Ladislai ac Statutorias exinde secutas necnon Consensuales sub nomine et titulo dicti condam Sigismundi Imperatoris loquentes , per dictum Gabrielem literatum confectas, simulcum prescripta concordia et compositione Inter ipsos filios Herczegh ex vna , ac dictum dominum Laurencium Palatinum et filios eiusdem ex altera partibus super premissis celebrata necnon adhibicionem dicti Consensus domini Gubernatoris , ac omnia et singula in prescriptis literis Adiudicatorijs

contenta quo ad factum duntaxat prescriptarum possessionum, Hod et Wasarhel et pertinenciarum ipsarum invalidantes, viribusque cassantes et destituentes, easdem possessiones cum suis pertinencijs ipsi domino Gubernatori et filijs restatui debere decernentes Vestram Honorabilitatem presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente, Stephanus Dulo de Thaad, vel Dionysius de eadem, aut Stephanus de Pordan, cev Nicolaus Bedech de Keresthwr, siue Thomas Chatary de Fyldyak aut Johannes Baak de Seryen vel Stephanus Bessenye neue Thomas Zohan de eadem aut Nicolaus de Thempes cev alter Nicolaus de Thelegd, alijs absentibus homo noster de Curia Regia specialiter transmissus ad facies prescriptarum possessionum, Hod, et Wasarhel vocatarum vicinis et commetaneis earundem conuocatis accedendo easdem cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs restatut prelibato domino Gubernatori et filijs suis predictis Jure eis incumbente possidendas tenendas et habendas, contradictione prefatorum filiorum Herczegh et aliorum quorumlibet non obstante. Et post hec huiusmodi possessionarie restatutionis seriem ad octauas festi beati Georgij martiris proxime venturi legitime perdurandas nobis more solito rescribatis. Datum Bude Quinquagesimo die octuarum festi Epiphaniarum Domini pretectarum, Anno eiusdem Millesimoquadringen tesimoquinquagesimo.

Kivül: Honorable Capitulo Ecclesie Chanadiensis. Pro Magnifice domino Johanne de Hwnyad, Regni nostri Gubernatore et alijs intrascriptis Contra Reuerendum in Christo patrem dominum Raphaelem Electum Confirmatum Ecclesie Boznensis, et alias intrascritos Super quadam possessionaria Restatucione per nostrum et vestrum homines modo intrascripto fienda Cuius series ad octauas festi beati Georgij martiris legitime perdurandas, nobis est reportanda.

Ugyanott az igtatók jegyzéke. Execucio statucionis facta est feria quarta proxima post dominicam quasimodo geniti. Homo regius Thomas de Chathar, noster Honorable dominus Benedictus Zekel. Item vicini et commetanei conuocati sunt eodem die viri Nobiles de possessione Kopancz Thomas Magnus, et

alter Thomas Porkolab , Johannes de Kopancz , Item de possessione Ferged Ladislaus Wajida , Nicolaus Thoth et alter Nicolaus Tharijani , Judices Nobilium virorum Petri et Ladislai de Makofalua , necnon Nicolai filij condam Wayude de Gijarmath. Item de possessione Zenthkyral Stephanus filius Abrahe Judex Nobilis Pauli Kokos dicti. Item de possessione Kerthwelijes Petrus Dauid Judex Relicte condam Stephani filij Sandrini nomine Dorothea. Item de possessione Adorijanmarthel Bartholomens Judex Pauli Abbatis de Zalwar.

A müncheni kir. levéltárból.

CXIX.

Giskra János , László királynak főkapitánya , — előre bocsátván , hogy ő most közelebbről Hunyadi János kormányzó , Hedervári László egri püspök , Palóczi László országbiró , idős Perényi János és más zásszlósokkal és nemesekkel , kik egész Magyarországot képviselték , örökös békét kötött , melyet Kassa , Lőcse , Bárta és Eperjes városai , a bányavárosok közül pedig Körömcz , Selmecz és Besztercze követjeik által megerősítettek , — igéri , hogy ezen egyezésnek külön írásba foglalt pontjait szentül megtartja. Kelt Kassán , mart. 31-dikén 1450.

Nos Johannes Gyskra de Brandis. Inclitissimi Principis et Domini Domini ladislai Hungarie etc. Regis Capitaneus Generalis. Recognoscimus harum serie et perfitemur vniuersis has nostras literas visuris , lecturis siue audituris. Quod quia nos diuina annuente clemencia cum spectabili et Magnifico Domino Johanne de Hwnyad Regni Hungarie Gubernatore , Reuerendo in Christo patre et Domino Ladislao de Hedrehwara Episcopo Eccle-

sie Agriensis , necnon Magnifico Domino Comite Ladislao de Palowcz Judice Curie Regie , et Johanne de Peren Seniore Magistro Thauernicorum Regalium , ac quibusdam ceteris Baronibus et Regnicolis protunc insimul congregatis nomine et in persona tocius vniuersitatis Incliti Regni Hungarie super diuersis bincinde tractatibus habitis ad perpetue pacis deuenimus concordiam et unionem prout litere inter nos ex vtraque parte desuper emanate lacijs continent et declarant. Tandem famosi et Circumspecti viri , Judices Jurati et ceteri Ciues et Communitatis Ciuitatum Casscha , Lewtschaw , Bartffa et Epperyes necnon Ciuitatum montanarum Crempnicz , Schebnicz , et Novi Zolij pro maiore rei certitudine , atque omnium et singulorum Articulorum in ipsis literis expressatorum inuiolabili obseruacione , ad instantes nostras peticiones Sigilla sua penes nostrum appendi fecerunt. Super quo et nos easdem Ciuitates et quamlibet ex ipsis seorsim in presencia dictorum Dominorum Gubernatoris , Episcopi et Baronum etc. stipulato manu , per nos dictis Judicibus et Juratis Ciuibus earundem Ciuitatum protunc pariter congregatis , prestita , assecurauimus omnia et singula in ipsis literis concordie contenta velle et debere per nos obseruare , ac easdem et quamlibet earum respectu huiusmodi Sigillorum suorum appressione , similiter et inscriptione penes nos facta indempnes volumus permanere , ymo permittimus , spondemus et pollicemur bona fide et honore nostris , dolo et fraude absque omni , easdem Ciuitates et quamlibet ipsarum , de vniuersis grauaminibus et impedimentis qualitercumque ex hac causa ipsis incumbentibus , ad dampna et expensas nostras liberas reddere et quietas conseruare. In cuius testimonium vbioremque cautelam Sigilla Generosorum Nobilium etc. qui premissis interfuerunt penes nostrum duximus de eorum scitu et bona voluntate fieri appendenda. Datum in Ciuitate Cassouiensi pretacta feria tercia post Dominicam Ramispalmarum Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Et nos Nicolaus de Tworkow alias de Jessenicz , Jankowsky de Wlassymye , Wenczeslaus de Bassozy etc. Quia premissis omnibns et singulis cum prefato Magnifico Domino nostro Johanne Gyskra interfuius , Ideo Sigilla nostra penes ipsius Si-

gillum ad eius voluntatem conscientiose in euidens testimonium eorundem presentibus fecimus appendi. Datum ut supra.

Kivülről: Litera indemnitatis super obseruacione pacis in Kewes ordinate.

Kassa városa levéltárából.

CXX.

Hunyadi János kormányzó az ország minden hatóságainak meghagyja, hogy a pozsonyi polgárokat, minden kereskedés végett bárhol is utaznak, bíróságuk elé idézni s ügyeiket elítélni ne merésszeljék, az ellenök követelést támasztókat a törvény értelmében Pozsony városa tanácsa előbe utasítván. Kelt Csanádon, april 16-dikán 1450.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator. Vos vniuersos Dominos Prelatos, Barones, Comites, Castellanos, Nobiles, vestrorumque Officiales, Tributarios ac Vices eorum gerentes, Item Ciuitates, Opida et liberas villas, earumque rectores, Judices et villicos, harum noticiam habituros, presentibus attente requirimus, et nichilominus vobis quibus expedit auctoritate nostre Gubernacionis firmiter precipimus et mandamus, quatenus dum et quando ac quo ciescunque prudentes et circumspectos Judicem, Juratos, Ceterosque Ciues Ciuitatis Posoniensis, vel vnum, duos, aut plures ex ipsis, siue homines et familiares eorum proprios sub harum testimonio cum rebus et bonis ipsorum cuiuscunque generis et materiei existant, ad vestras terras, tenutas, honores, Officiorum, tributorum loca, ac vestri in medium peruenire contigerit, eosdem ad quorumuis instanciam in personis iudicare vel vestro astare Judicatui compellere, siue res et bona eorum quecunque

arestare et prohiberi facere non velitis nec audeatis modo aliquali. Signanter pro debitibus, delictis, Offensis et excessibus aliorum. Si qui enim quascunque accusaciones vel quesciones, contra pretitulatos Judicem Juratos ceterosque Ciues Posonienses aut eorum alterum, siue homines et familiares ipsorum predictos habuerint, hij id contra predictos Judicem et Juratos Ciues coram nobis, aduersus vero alias Ciues in presencia Judicum et Juratorum predictorum iuridice prosequantur, quibus ex parte eorum iusticia et satisfactio non deerit euidens et condigna. Secus igitur non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Chanadini feria quinta infra Octauas Festi Pasce Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo.

Pozsony városa levéltárából.

CXXI.

Magyarország főpapjai, zásszlósai, nemesei és előkelői mindenjában a csanádi káptalan által a CXVIII. szám alatt között ítélet-végrehajtó parancsuk következtében véghez vitt visszatájtatásról szóló jelentését szóról szóra előadván, azt hiteles bizonyúság alakjában kiadják. Kelt Budán június 9-dikén 1450.

Nos Prelati Barones Nobiles et Proceres Regni Hungarie Vniuersi, Memorie commandantes Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod Briccius de Pazon Pro Magnifico domino Johanne de Hwnyad stb. (*szinte szóról szóra úgy mint a CXVIII. sz. alatt egészzen ezen szavakig: „ipsi domino Gubernatori et filijs suis restatui debere decernentes“*) Honorabilitatem Capituli Ecclesie Chanadiensis requisueramus diligenter, quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo noster infra declarandus de Cu-

ria Regia specialiter transmissus ad facies dictarum possessio-
 num Hod et Wasarhel vocatarum vicinis et conmetaneis earun-
 dem conuocatis accedendo , easdem cum cunctis suis vtilitati-
 bus Restatueret prelibato domino Gubernatori et filijs suis pre-
 scriptis Jure eis incumbente , possigendas tenendas et haben-
 das , contradiccione prefatorum filiorum Herczeg et aliorum
 quorumlibet non obstante . Et post bec huiusmodi possessiona-
 rie Restatucionis seriem ad octauas festi beati Georgij martiris
 tunc venturi legitime perdurandi nobis more solito rescriberet
 Capitulum Chanadiense prenotatum , Ipsiſ denique octauis ad-
 uenientibus memoratus Briccius de Pazon legitimus procurator
 pretitularum Magnifici domini Johannis Gubernatoris ac Egre-
 giorum Ladislai et Mathie filiorum dicti domini Gubernatoris
 noſtram veniens in presenciam litteras antefati Capituli Chana-
 diensis super dicta Restatuzione antedictarum possessionum
 Hod et Wasarhel et earumdem pertinenciarum Relatorias clause
 confectas nobis presentauit habentes hunc tenorem , Dominis
 Prelatis Baronibus Nobilibus et Proceribus Regni Hungarie Vni-
 uersis , Dominis et Amicis eorum honorandis Capitulum Eccle-
 sie Chanadiensis Oracionum suffragia deo deuotarum . Vestre no-
 uerint dominaciones , Quod cum nos honore condecenti Recep-
 tis literis vestris Adiudicatorijs et Sentencialibus pro parte
 Magnifici domini Johannis de Hwnyad dicti Regni Hungarie Gu-
 bernatoris ac Egregiorum Ladislai et Mathie filiorum eiusdem
 Contra Reuerendum in Christo patrem dominum Raphaelem
 Herczeg , Electum Ecclesie Boznensis ac Egregios Paulum et
 Filpes similiter Herczeg dictos de Zekchew , confectis et eman-
 natis , nobisque preceptorie directis ac ad octauas festi beati
 Georgij martiris legitime perdurandas , terminum scilicet in
 dictis literis vestris specialiter deputatum et prefixum vestris
 dominacionibus sub impressione Capitularis Sigilli nostri in spe-
 cie remissis vestris commissionibus parere volentes vt tenemur
 vnacum Thoma dicto Chathary de Fwldyak homine vestro , de
 Curia Regia per vestras dominaciones ad Id specialiter trans-
 misso , in dictis literis vestris inter alios nominatim conscripto ,
 hominem nostrum videlicet Magistrum Benedictum Zekel so-
 cium et concanonicum nostrum ad ipsa mandata vestra exi-

genda , nostro pro testimonio misimus fideignum. Qui demum
 exinde ad nos renersi nobis concorditer retulerunt , Quod ipsi
 feria quarta proxima post dominicam Quasimodo proxime pre-
 teritam , ad facies possessionum Hod et Wasarhel vocatarum
 vicinis et commetaneis earumdem vniuersis inibi legittime con-
 uocatis videlicet de possessione Kopanch vocata Thoma Magno
 altero Thoma Porkolab et Johanne de eadem Kopanch , Item de
 possessione Ferged nominata Ladislao Wayda , Nicola o Toth et
 altero Nicolao Tharyany Officialibus Egregiorum Petri et La-
 dislai de Makofalwa , et Nicolao filio Wayode de Gyarmath,
 Preterea de possessione Zenthkyral Stephano filio Abrahe Offi-
 ciale Pauli Kakas , Deinde de possessione Kerthwelyws Petro
 Dauid Officiale Nobilis domine Dorothea vocate Relicte vputa
 condam Stephani Sandor , Postremo de possessione Adryan-
 martir Bartholomeo Judice domini Pauli Abbatis de Zalawar,
 Et presentibus accedendo prelibatus homo vester de Curia Re-
 gia vt prefertur ad Id specialiter transmissus , presente dicto
 nostro testimonio prescriptas possessiones Hod et Wasarheli
 (igy !) cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs Restatusset ,
 prelibato domino Gubernatori et filijs suis predictis Jure eis in-
 cumbente possidendas tenendas et habendas , Contradiccione
 prefatorum filiorum Herczeg et aliorum quorumlibet non ob-
 stante. Datum quintodecimo die diei Restatucionis predicte ,
 Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo. Qui-
 busquidem litteris presentatis quia ex serie earumdem prefati
 noster et annotati Capituli Chanadiensis homines seruata forma
 premissae nostre Judicarie commissionis ad facies dictarum
 possessionum Hod et Wasarheli (igy !) conuocatis commetaneis
 et vicinis earumdem accedendo , Ipsam cum cunctis earumdem
 vtilitatibus et pertinencijs antedicto domino Gubernatori ac filijs
 suis predictis contradiccione prefatorum filiorum Herczeg et ali-
 orum quorumlibet non obstante Restatusse reperiebatur , Id-
 ciro prememoratas possessiones Hod et Wasarhel dicto domino
 Gubernatori et filijs suis pretactis modo predicto Restatas ,
 Ipsi et eorum heredibus relinquimus et committimus cum ipsa-
 rum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis Jure iis ex premissis
 attinenti in sempiternum tenere et habere Auctoritate Judicia-

aria nostra mediante Saluo Jure alieno , In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et Autentici Sigilli nostri munimine roboratas , eidem domino Gubernatori et filijs suis antedictis duximus concedendas. Datum Bude Quadragesimo die octauarum festi beati Georgij martiris predictarum Anno Domini Millesimo Quadrigenesimo Quinquagesimo Supradicto.

A müncheni kir. levéltárból.

CXXII.

Hunyadi János kormányzó, Garai László ország nádora és Ujlaki Miklós erdélyi vajda minden eddigi köztök támadott kedvetlenségek elenyészhetésével kölcsönös barátságos szövetségre lépnek, melly szerént egymást minden dolgaikban viszonnyosan segitendik; László király személye körül is, mi helyest ez szabadságát visszanyeri, ügyeket közösen mozdítandják elő, és minden akármellyikök megsértését közös megbántásnak tekintendik; ezen egyezsöket maradékaikra is kiterjesztvén, s annak megtartására nem csak becsületük, jó hírok és nevük elvezetése alatt kötelezvén magokat, hanem egy átkozódó hitet is tévén le. Kelt Budán június 17-kén 1450.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Ladislaus de Gara eiusdem Regni Palatinus etc. Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsyluanus etc. per has litteras nostras patentes significamus omnibus presentibus et futuris, quod licet multe bone cause precesserint plurimaque opera amicabilia inter nos pariter exacta fuerint, quibus exigentibus ad omnem mutuam dilectionem amorem et caritatem necnon ad omnem honorem alter alteri procurandum iuste et racionabiliter sumus obligati, Tamen quia hijs turbatis temporibus sicuti et alias in-

ter fratres et amicos accidere solet plurimorum vel maliuolorum vel Inuidorum vel eciam adulatorum seu oblocutorum lingue turbaciones vel peruersa molimina sepenumero hincinde peruelant atque interueniunt, exquibus verisimiliter contingere posset, nisi super hoc presenti nostra disposicione et assecucracione prouideremus vt huiusmodi dilectio amor, atque amicicia inter nos quod dominus deus auertat in peius declinaret vel eciam rumperetur. Idcirco volentes hijis casibus oportuna et perpetua prouisione occurrere atque sincere fraternitatis amicicie et beniuolencie vinculum perpetuum indissolubiliter firmare inter nos et solidare presertim vt et heredes nostri ad quorum noticiam presentes littere nostre peruerent, conspicere valeant et recognoscere, in quali fraternitate et amicicia nostra tempora deduximus, in quantoque beniuolencie debito alter alteri obligati extitimus matura deliberacione prehabita tali vinculo fraterno et obligamine prout in infrascriptis continetur perpetue duraturo ad tollendum omne dubium omnemque suspicionem quod seu que hincinde ab vno nostrum contra alterum oriri et subseminari posset nos vice mutua assecurare et astringere dignum duximus, Imprimis quod abhinc in antea perpetue accipimus et assumimus et adoptamus nos vnum videlicet ex nobis alterum mutua vice in verbo veritatis et fide christiana in veros beniuolos fratres et amicos ad omneque fraternitatis et amicicie debitum nos alter alteri sine dolo et fraude obligamur, tenebimurque a modo et deinceps forcius quam hactenus assistere, vnum alteri in omnibus que ad honorem et bonum statum suum pertinebunt, adherebimus eciam alter alteri in omni conseruacione honoris et status alterni in defensioneque contra omnes tales si qui forsitan cuiuscunq; ex nobis statum vel honorem oppugnare et deprimere niterentur. Ita videlicet vt offensio vnius ex nobis ad offensionem alterius cedere videatur. Item quod nullus ex nobis erit in consilio nec assentiet eidem vbi de periculo vite aut offensione persone et honoris alterius tractabitur, quinijmo si superinde aliquid quicunque ex nobis contra alterum vnde cunq; senserit, Id quam citius poterit pro tuicione et preseruacione oportuna notificare alter alteri teneatur, preterea in factis Regni et Corone pre-

sertim que pro eliberacione et introduccione Serenissimi domini nostri Ladislai Electi Regis hungarie etc. filij condam domini Alberti Regis nostri , qui videlicet nunc apud manus domini Friderici Regis Romanorum et ducis Austrie detinetur, nobis agenda oportune videbuntur , pari et vnamini consilio agemus et procedemus. Et dum adiuuante deo eundem introducere et in medio nostri habere poterimus , extunc apnt istum et coram ipso vnu ex nobis alterum non derelinquat, sed semper omnes pariter et quilibet pro honore et vtilitate alterius assistere et procurrere teneamur adiuuare eciam puro et stabili corde et fixa intencione et perseuerancia ac omni voluntate tam apud eundem dominum Regem quam alias vbiunque in hijs omnibus que ad conseruacionem status ac bonorum possessio- num nec non acquisitionem aliorum bonorum perpetuandorum vel aliorum sub quoconque titnlo facere et expedire melius po- terimus Dummodo non fiat cum depressione et detimento alte- rius ex nobis prouiso , quod nullus ex nobis cum detimento alterius ex nobis se se ditare aut exaltare debeat, sed vnu- quisque ex nobis statum et honorem alterius quantum possibile erit sine dolo et fraude tueri et conseruare teneatur. Expresso eciam vt quemcunque ex nobis Juxta cursum nature humane ab hoc seculo decedere contigerit , alij vel alias ex nobis superstites seu superstes heredibus alterius prius decedentis hec omnia premissa tenebitur obseruare. Quodque plura verbis paucioribus comprehendamus nos vnu alteri vicis- sim heredibusque alterius ex nobis prius diuino Judicio ab hoc seculo decedentis et quamdiu vnuquisque nostrum in hac vita perstiterit in omnibus que vere fraternitatis et amicicie ac be- niuolencie vinculum concernunt in conseruacione preseruaci- oneque ac tuicione status bonorum et honoris pariter et com- muniter omnium nostrum. Super quibus omnibus premissis que videlicet exigente presentis temporis cursu pro bono Regni et fidelitate [ac seruicijs prefato domino nostro Ladislao electo Regi exhibendis confecimus , vt videlicet ea omnia vere indubie et indossulabiliter alter alteri obseruabimus corporale Ju- ramentum prestitimus Juxta formam illam , que alias in con- gregatione generali Pestensi facta et confecta fuerat, Inuo-

cantes omnipotentem deum et beatissimam Virginem Mariam et omnes sanctos dei contra ilium seu illos ex nobis seu in testimonium prodicionis illius , seu illorum qui videlicet ex nobis premissa omnia fideliter sine fraude et dolo obseruare noluerit seu recusauerit. Declaramus autem specialiter , quod si quis ex nobis quod deus auertat salutis honoris et humanitatis sue immemor quoconque tempore in contrarium premissae dispositionis promissionis et obligacionis fraterne egisse testimonio competenti repertus fuerit extunc talis seu tales ex nobis deliquentes , crudelis , perjurus et fidefragus honorisque tocius et humanitatis ammissor et corruptor vbique reputetur , Inhabilisque existat ad quecunque bona et honores acquirendos et adipiscendos , nec comparere vilo vnquam tempore valeat inter ceteros probos homines Barones milites proceres et nobiles coram quibuscumque Principibus aut Judicibus Ecclesiasticis et secularibus ad testimonium ferendum consilia prestanda seu audienda atque militare et notabilitatis decus quodcunque exercendum quinijmo alias seu alij ex nobis qui premissa recto animo et corde obseruare uidebuntur , ac eciam heredes eorundem talem transgressorem quam primum superinde veritas constiterit vbique publice et manifeste per literas nuncios et famosos libellos in penis et notis pretactis conuictum denunciandi et promulgandi liberam habeant facultatem. In quorum omnium premissorum Robur et testimonium presentes literas pro persona singulorum ex nobis distribuendas triplicari eisque omnibus tribus Sigilla omnium nostrum appendi fecimus. Datum Bude feria quarta proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum , Anno domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo.

Az anspachi levelek közöl a magyar kincstári levéltárban.

CXXIII.

Hunyadi János kormányzó, Szécsi Miklós komáromi főispánnak meghagyja, hogy ezentúl a pozsonyi polgárokat törvényhatóságában, bárkinek folyamodására személyökben vagy javaikban letartóztatni és háborgatni ne merésszelje, hanem a követelőket Pozsony városa birája és tanácsa elébe utasítsa. Kelt Budán, június 28-kán 1450.

Nos Johannes de Hunyad, Regni Hungarie Gubernator etc. Magnifico Domino Nicolao de Zeech Comiti Comaromiensi, Domino honorando, Salutem et fauoris incrementum. Dicitur nobis in personis Vniuersorum 'Ciuum et hospitum Ciuitatis Posoniensis graui cum querela. Quomodo vos ipsos Ciues et hospites cum vniuersis rebus et bonis mercantij eorum, in vestris tenitis et Jurisdictionibus eorum ad illegitimam instanciam quorumlibet bovinum arrestaretis et prohiberi faceretis in ipsorum ciuum ac et presertim contra antiquam consuetudinem et libertates eorundem derogamen cederet manifestum. Et quia nos nolumus, nec velle decet, eosdem Ciues contra ipsorum libertates per quoscunque nostris temporibus opprimi. Igitur Dominacionem vestram harum serie requirimus et rogamus, nichilominusque seriosius committimus et mandamus, quatenus deinceps ad nullius cuiusvis Instanciam ipsos Ciues et hospites dicte Ciuitatis Posoniensis nec in personis, aut rebus et bonis eorundem quibuscunque arrestare seu prohiberi facere non velitis et neque presumatis. Si qui enim quascunque accusaciones seu quesciones aduersus memoratos Ciues et hospites habent, vel se habere sperant, hij id in presencia Judicis et Juratorum Ciuum dicte Ciuitatis iuridice prosequi debeant, Qui omni contra eos querulanti, iusticia requirente, debitam et omnimodam tenebuntur exhibere satisfactionem, prout dictauerit Ordo Juris. Aliud ergo non facturi, Presentibus perfectis exhibenti resti-

tutis. Datum Bude in profesto Conuersionis beati Pauli Apostoli
Anno Domini 1450.

Pozsony városa levéltárából.

CXXIV.

Hunyadi János kormányzó, az ország minden hatóságainak meghagyja, hogy Szeben városa polgárait, Székes-Fejér-várt lakó Kovács bíró vagy bárki más kérelmére, személyeikben, vagy vagyonaiukban letartóztatni és háborgatni ne merésszeljék, hanem a követelőket a szebeni tanács elejébe utasítsák. Kelt Budán, július 3-dikán 1450.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc.
Vobis vniuersis et singulis Nobilibus prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis ipsorumque Officialibus et Tributarijs ac Vicetributarijs. Item ciuitatum, Opidorum et villarum Rectoribus Judicibus scilicet et villicis presencium noticiam habituris firmiter precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia Ciues Ciuitatis Czybini-ensis, aut res et bona ipsorum cuiuscunq; speciei et materie existant, inter ambitum huius Regni et parcum sibi subiectarum ad Instanciam Cicumspecti Kouachbijronis in Ciuitate Albaregalis conmorantis, et aliorum quorumcumq; hominum, non obstantibus alijs literis nostris harum in contrarium cuipiam datis vei dandis quibuscumq;, arrestare seu prohiberi facere non debeatis nec sitis ausi modo aliquali, quoniam nos eosdem Ciues Czybinienses assecurauiimus ad exercenda ipsorum negocia cum ipsorum rebus et bonis hincinde pro victuum necessariorum acquisitione proficientes. Si prefatus Kouachbijro vel alij homines contra prefatos Ciues Czybinienses ratione cuiuscumq; facti quidquam agere habent, extunc ipsi vel illi Id contra eosdem in presen-

cia Magistri ciuum ac Juratorum Ciuum dicte Cinitatis Czybi-niensis iuridice prosequantur. Ex parte quorum omnibus contra eos querulantibus Judicium et Justicia non deerit. Aliud ergo non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude secundo die festi Visitacionis beate Marie Virginis glori-ose. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Commissio propria domini Gubernatoris.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CXXV.

Fridrik római király a linczi tanácsnak meghagyja, hogy tanácsnokának Ungnad Jánosnak azon 432 magyar forintot, mellyet neki a Szakolczai Pongrácz elleni táborozás szükségeire kölcsönzött, minden egyebek előtt fizesse ki. Kelt Bécs-Új-városban, júl. 31-dikén 1450.

Wir Fridreich von gots gnaden, Römischer Kunig, zuallen-tzeiten merer des Reichs, Hertzog zu Osterreich, zu Steir, zu Kérnden vnd zu, Krain, Graf zu Tirol, etc, Schaffen mit ew vnsern getrewn lieben, u, dem Richter, Rat, vnd den burgern gemainklich zu Lynntz, oder wer vnsre Embter daselbs. hin-für Inhaben vnd verwesen würdet, ernstlich, vnd wellen, daz Ir von den nutzen vnd Rénnten derselben vnsrer Embter vber das gwöndlich ausgeben, so dauon auszerichten ist, vnserm getrewn lieben, Hannsen vngnad, vnserm Rat, oder seinen erben, vierhundert, vnd zwenunddreissig guldein, guter ge-wegner, vnger vnd ducaten, vnd dreij schilling, Sechs phenning, oder fur yeden guldein der swartzen Wiener Munss, die gib vnd geb ist, Siben schilling. vnd zwelff phenning, oder ob dieselb Munns verrufft, vnd ain newe Munnss ausge-

warffen wnrđ, derselben newen Munnss, fur yeden guidein souil alsdann gesetzt, vnd geordnet wirdet, furderlich, vnd vor allen andern vnsern geschēfften, die wir darauf getan haben, oder villeicht hinsur, wir, oder yemand von vnsern wegen, tun wurden, ausrichtet vnd gebet, Wan er die zu notdurften des velds. so yetz wider Pangrētzen von Galitz vnd sein hellfer gehalten wirdet, berait dargelihen hat, Vnd darumb quittung von jm nemet, vnd so Ir das getan habt, vnd uns des mit desselben vngnaden, oder seiner erben quittungen erweiset, So sagen wir ew darumb ledig, vnd sullen ew die künftiglich an ewrn Raittungen gelegt, vnd abgetzogen werden, Sundet auch dem obgenanten Vngnaden gelobt vnd versprecht In, oder sein erben, der obgemelten Summ guidein vor allen andern geschefften in obberurter mass zuentrichten, Das mainen wir ernstlich, Mit vrkund des briefs. Geben zu der Newnstat an Freytag vor sannd Stephans tag, Inuentionis, Anno domini, etc., L-mo, vnsers Reichs im Aindlefften Jar

Commissio domini.
Regis in consilio

A csász. kir. titkos levéltárból.

CXXVI.

A leleszi convent bizonyságot tesz arról, hogy Palóczi László országbirónak Pesten, június 10-kán 1450. kelt parancsára Dolhai Mihályt, István vajda fiát, másik Mihályt, Bogdán fiát, Ambrust, Szaniszló fiát, Jánost, Porkoláb György fiát, Orda Mihályt és Petermann Györgyöt Mármáros megyében fekvő Mojszin helyére august. 3-dikán minden ellenmondás nélkül beigtáatta. Kelt aug. 18-kán 1450.

Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Stanislaus Prepositus et Conuentus

Ecclesie Sancte Crucis de Lelez Salutem in omnim Saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos literas Magnifici Comitis Ladislai de Palowcz Judicis Curie Regie Statutorias nobis directas reuerenter recepimus in hec uerba. Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie de Lelez. Comes Ladislaus de Palowcz Judex Curie Regie amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Michaelis filij Stephani Wayode de Dolha, ac alterius Michaelis filij Bogdan, Ambrosij filij Stanislai, Joannis filij Georgij Porkolab, et Michaelem Orda, necnon Georgij Peterman. Quomodo ipsi in Dominium totalis Possessionis Mayze vocate in Comitatu Maramarosiensi existentis habite, Ipsos omni Juris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo Vestram Amiciciam presentibus petitus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iwan Bank dictus de Zaruazo, vel Blasius de Barczanfalwa, siue Michael de Farkasrew, aut Petrus Lenk, sin Sandrimus de Baly alijs absentibus homo Regius ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze vocate, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Michaelem filium Wayode Dolha, et alias predictos in Dominium eiusdem Statuatque eandem eisdem premisso Jure Ipsi incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatos exponentes Regiam in presenciam ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec Ipsi Introducionis et Statucionis seriem ut fuerit expediens cum contradictorum, et euocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premissae Statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato Domino Regi fideliter rescribatis, Datum in Ciuitate Pestiensi feria tercia proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Nos igitur peticioni dicti Comitis Ladislai de Palowcz, annuentes vt tenemur vnam prefato Blasio de Barczanfalwa homine Regio vnum ex nobis videlicet fratrem Michaelem Presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, Qui tandem inde ad nos

reuersi nobis voce consona retulerunt , Quod Ipsi feria secunda proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime preteritum ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze Comitatui in prescripto existentis , et habite vicinis , et Commateis eiusdem vniuersis videlicet Nicolao , et Naan de Vissey , ac Thiwadar Joanne et Andrea de Dragomerfalwa , inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent , in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo , prefatosque Michaelem filium Wayuode de Dolha , ac alterum Michaelem filium Bogdan , Ambrosium filium Stanislai , Joannem filium Georgij Porkolab , et Michaelem Orda de eadem Dolha , necnon Georgium Peterman , in Dominium eiusdem totalis possessionis Mayze introducentes , eandemque eisdem cum cunctis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet , Terris scilicet Arabilibus , Syluis , Pratis , Aquis et earum decursibus , montibus Alpibus , alijs eciam quibuscumque vtilitatibus , ad eandem pertinentibus premisso Jure ipsis incumbente Statuissent perpetuo possidendam , nemine penitus contradictore inibi apparente . In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras priuilegiales Alphabetoque intercisas Sigilli nostri appensione munimine corroboratas duximus concedendas . Datum sedecimo die diei Introdducionis et Statucionis prenotatarum , Anno domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo Supradicto .

A leleszi convent levéltárából.

CXXVII.

A leleszi convent bizonyságlevele arról, hogy Garai László nádornak Budán, június 16-kán 1450. kelt parancsa következetében Dolhai Mihályt, István vajda fiát, Mármaros megyei Rozsalya nevű helység fele részébe és ugyanazon megyében Polyánán négy telek birtokába aug. 2-kán minden ellentmondás nélkül beigtatta. Kelt aug. 17-kén 1450.

Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Stanislaus Prepositus et Conuentus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez. Salutem in omnium Saluatorem Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos literas Magnifici viri Domini Ladislai de Gara Regni Hungarie Palatini et Judicis Comanorum Statutorias nobis directas reuerenter recepimus in bec verba. Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie de Lelez. Ladislaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum Amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis Michael filius Stephani Wayode de Dolha Nobilis Comitatus Maramarosiensis. Quomodo Ipse in Dominium directe medietatis Possessionis Hrozaulya vocata, ac eciam quatuor sessionum Jobagionalium in Possessione Polyana appellata in dicto Comitatu Maramarosiensi existencium habitarum, Ipsum omnis Juris titulo concernencium legitime vellet introire. Super quo vestram Amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Thathwl de Ilhoucz aut Blasius de Barczanfalwa, seu Sandrinus Balya de Jood alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Hrozaulya, et quatuor Sessionum in ipsa Palyana habitarum vicinis, et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatum Michaelem filium Wayode in Dominium earundem Statuatque easdem eidem cum

cunctis earum vtilitatibus , et pertinencijs quibuslibet , Terris scilicet Arabilibus , Syluis , Pratis , Montibus , Alpibus , alijsque quibusuis vtilitatibus ad easdem vndique pertinentibus Jure sibi incumbenti perpetuo possidendas , si non fuerit contradictum . Contradictores vero si qui fuerint , euocet eosdem contra antefatum Michaelem nostram in presenciam ad terminum competentem , rationem contradiccionis eorum reddituros . Et postbec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum si qui fuerint , ac vicinorum et commetaneorum , qui premissae Statucioni intererunt nominibus , terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis . Datum Bude feria quinta proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum , Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo . Nos igitur petitioni dicti Domini Ladislai de Gara Palatini annuentes , vt tenemur , vnam prefato Blasio de Barczansfalwa , homine ipsius Palatini , vnum ex nobis videlicet fratrem Michaelem Presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum , Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis voce consona retulerunt . Quod Ipsi die Dominica proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime pretoritum ad facies prescriptarum possessionum Hrozaulya et Polyana vocatarum , Comitatu in prescripto existencium . sequenterque directe medietatis eiusdem Hrozaulya , et quatuor Sessionum Jobagionalium in ipsa Polyana habitarum vicinis , et Commetaneis earundem vniuersis videlicet Sandrino et Joanne de Jod , ac Joanne et Gregorio de Sayo , necnon Andrea et Thiwadar de Dragomersfalwa , inibi legitime conuocatis accessissent , in quarum faciebus legitimis , et consuetis diebus permanendo , prefatumque Michaelem filium Stephani Wayuode in Dominium earundem medietatis Hrozaulya , et quatuor Sessionum in ipsa Polyana habitarum introducendo , easdemque eidem cum cunctis earum vtilitatibus , et pertinencijs quibuslibet terris scilicet Arabilibus , Syluis , Pratis , Aquis , et earum decursibus , Montibus , Alpibus , alijs eciam quibuscumque vtilitatibus ad easdem pertinentibus premisso Jure sibi incumbente statuissent perpetuo possidendas , Nemine penitus contradictore inibi apparente . In cuius rei memoriam , stabilitatemque peren-

naelem presentes literas nostras priuilegiales Alphabetoque intercisas Sigilli nostri appensionis munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et Stacionis prenotatarum Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Supradicto.

A leleasi convent levéltárából.

CXXVIII.

Hunyadi János kormányzó, Nagy László és Sós Gergely pozsonyi ispánoknak és várnagyoknak megparancsolja, hogy a pozsonyi polgárokat a nezideri harmincad birtokába, az azt jelenleg biró Hanuskó kirekesztésével, igtassák be s abban öket minden törrenytelel megtámadók ellen oltalmazzák. Kelt Budán, september 9-dikén 1450.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Vobis Egregijs Ladislao Magno et Georgio Sos Comitibus necnon Castellanis Posoniensibus, harum serie firmiter precipimus quatenus receptis presentibus Tricesimam in Newsidel nunc apud quemdam Hanusco vocatum habitam, quam nos ciuibus posoniensibus contulimus, eisdem occupare, prefato Hanusco excluso, memoratos vero ciuicos predicte Ciuitatis Posoniensis introducere ad prescriptam Tricesimam, et in eadem eosdem contra quoslibet illegitimos impeditores et turbatores protegere, indempniterque manuteneret et defensare debeatis. Aliud facere non ausuri. Presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum beati Nicolai Confessoris. Anno Domini 1450.

Commissio propria domini Gubernatoris.

Pozsony városa levéltárából.

CXXIX.

Hunyadi János kormányzó, Csire Barnabás és Szilvai Miklós pozsonyi várnagyoknak megparancsolja, hogy, miután ő a pozsonyi harminczadot, az ahhoz tartozó oroszvári és más fiók harminczadokkal Pozsony városa közönségének adta által, ezen harminczadokban az említett várost, valahányszor általa felszólíttatnak, minden törvénytelen megtámadók ellen védjék és oltalmazzák. Kelt Püspökiben, november 3-dikén 1450.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator Vobis Egregijs Barnabe Chyre et Nicolao de Zylwa Castellanis Castri nostri Posoniensis. Quia nos Tricesimam Posoniensem . simulcum Tricesimis in opido Orozwar, et alijs villis filialibus ad ipsam Tricesimam Posoniensem pertinentibus prudentibus et circumspectis Judici, Juratis, ceterisque Ciubus. ne non toti Communitati Ciuitatis prescripte Posoniensis alijs literis nostris mediantibus contulimus, Ideo harum serie firmissime committimus, nichilominusque strictissime precipientes mandamus quantum visis presentibus dum et quociescunque per ciues suprascriptos, presentibus requisiti fueritis, eosdem in Tricesima annotata Posoniensi, alijs etiam Tricesimis filialibus ad eandem spectantibus, ubi uis videlicet habitis et existentibus contra quoslibet illegitimos inpetidores protegere, tueri et defensare debeatis, nostra in persona, auctoritateque vobis in hac parte attributa mediante. Aliud non facturi. Presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in Opido Pispeky tercio die festi beati Francisci Confessoris Anno Domini M̄lesimo Quadringentesimo Quinquagesimo.

Pozsony városa levéltárából.

CXXX.

Mihály maidburgi római sz. birodalombeli várgróf, hardeghi gróf és birodalmi udvarbíró, elismeri, hogy öt Fridrik római király minden azon káraiért, melyeket a Szakolcsai Pongrácz elleni táborozásba Cillei Ulrik gróf, mint főkapitány keze alá küldött lovag és gyalog emberei szenevadtek, az erről adott bírósító-lelél értelme szerént kielégítette; minthogy pedig az említett kárbiztosító-lelél kezénél nincs és azt vissza nem adhatja, azon levelet ezennel teljesen érvénytelennek és megsemmisítettnek nyilvánítja. Kelt Neustadtban november 24-dikén 1450.

Wir Michel von gots gnaden des Heiligen Römischen Reichs Burgraf ze Maidburg Graf ze Hardekg vnd des Reichs etc. hofrichtter Bekenn vnd tun kund offennlich mit dem Brief, Als Ich mein lewt vnd diener ze Rossen vnd ze füssen mitsamt andern des fürstentums Österreich lanntlewten ausserlands In das künigreich vngern wider pangräczen von Galicz zu dem Hochgeboren fürsten Graf Vlreichen von Cili etc. als zu meins gnedigisten Herren des Römischen künigs vnd Herzogen ze Osterreich etc. obristen haubtman jn das veld geschickht hab auf dieselben mein diener mir dann sein künigliche gnad ain schadenbrief geben hat der jnnhaltet was si von den veindten nach des obgenanten haubtmans gescheft redlicher vnd Ritterlicher scheden nemen darumb welle mich sein gnad von den Nüczzen vnd Rünnten des fürstentums Osterreich schaffen ze entrichten das er also getan vnd mich vmb solichen schaden ganncz entricht und genügig gemacht hat vnd wann Ich aber gegen der bezalung des bemelten schadens dem benannten meinem gnedigisten herrn den Schadenbrief wider übergeben soll haben den Ich aber vngewerlich verlegt vnd nicht bey hannden hab Also gelob vnd versprich Ich ob derselb Scha-

denbrief hinsür jnndert furbracht wird das der mir nach meinen Erben nach yemanden anderm khainen frumen vnd dem obgenanten meinen genedigisten herren künig fridreichen auch künig laslawen seinem vettern vnd Iren Erben khainen schaden nicht bringen sol, sunder Er sol ganncz kraftlos vnd tod sein vngeuerlich vnd Ich vernicht vnd töt den auch wissennlich Mit vrkund des Briefs versigelt mit meinem anhangundem Insigl vnd durch pesser sicherchait willen hab Ich mit fleiss gebeten den Edeln fridreichen Grijm das Er sein Insigel mitsambt mir an den Brief hat gehangen Doch Im vnd seinen Erben an schaden Geben zu der Newnstat am Erichtag vor Sannd Kathrein tag Nach Christi gepürd vierzehenhundert vnd darnach Im Fumfzigisten Jare.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CXXXI.

Turkói Ritalf György és — — lihoti Branisszláv erdélyi vajdák az erdélyi káptalannak meghagyják, hogy Enyedi Boldissárt és Szász Jánost, Szászsebes szék királybiráját, valamint — — — — —, György tudort, nevezett Boldissárnak fiait, Fejér vármegyei Ujfalú helységébe igtassa be. Kelt december 1-sőjén 1450.

Amicis ipsorum Venerandis Capitulo Ecclesie Transyluanie Georgius Ritalph de Turkew et Branislaus de — — lihot — parciun Transyluanie Wayuode Amiciciam paratam cum honore Dicitur nobis in personis — — — Balthasaris de Enyedino et Johannis Zaz Judicis Regij Sedis Zazsebes ac Venerabilis Domini Georgij Directoris plebani de dicta Zazsebes, quum possessio Vifalw in Comitatu Albensi existens habita ipsos iusto iuris titulo concerneret in eiusdem Dominium se legitime vel-

lent per vestrum et nostrum homines facere introduci, Super quo vestram presentibus petimus — — — amiciam, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus — — — vel Ladislaus de Hozutelek aut alter Ladislaus aut Johannes de — — — seu Nicolaus Almassi de Horthobagh, alijs absentibus homo noster ad faciem prefate possessionis Vifalw vicinis et commetaneis inibi legitimate conuocatis et presentibus accedendo Introdncat prefatos Balthasarem de Enyedino et Johannem Zaz Judicem Regium Sedis Zazsebes, necnon — — — Dominum Directorem Georgium Doctorem filios scilicet prefati Balthasaris in Dominium eiusdem, Statuatque eandem eisdem Jure ipsis incumbente, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatos exponentes ad Terminum competentem coram nobis rationem contradictionis eorum reddituros, et tandem vestre Statucionis et Introduccionis seriem cum Contradictorum et Euocatorum nominibus nobis amicabiliter rescribatis Datum — — — feria tercia proxima post festum beati Andree Apostoli Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo.

Titulus ab extra talis legebatur: Amicis ipsorum Venerandis Capitulo Ecclesie Transyluanie pro Balthasare de Enyedino et alijs introscriptis Introductorie Statutorie, consequenterque autem in altera eiusdem pappiri flexura in dorso talis inscriptio videbatur: Homo Wayuodalis Ladislaus de Hozutelke, Capituli Gallus Chiaci Ecclesie nostre Subdiaconus. Statucio facta fuit feria quinta proxima post festum nativitatis Domini nemine contradicente apparente existente. Erantque Sigillo Capitulari super cera alba ductili ab extra communiae et roboratae clausae tunc confectae et emanatae.

Az erdélyi káptalannak 1773-diki átiratából.

Et gratias omnes nobis finis delecte ea omnia que nobis supererat
 Sane intellectus et mentis non collegimus. Et hoc videtur procedimus
 ab eo quod velitis illius illius. Et hoc videtur procedimus
 Talibus disponimus valitudinem, et quia illa dicitur non velitis
 non fringit. Tertium permissum credidit. ead talibus facimus
 disponimus. Quod est non nobis bene fringere potest regnum
 Iherusalem. In thomistam sententiam autem fistulam habemus
 Sebastianum meum frum domum aucto quod quisque puer

Johannes de Hunyad
 Regni Hungarie duobus

CXXXII.

Hunyadi János Magyarország kormányzója, barátságos levelében tudósítja idősb Kállai Jánost, hogy levelét vette, és Budán, hora őt magához kéri, számára úgy rendelkezett, hogy azt méltán meg fogja köszönhetni. Kelt Temesvárt, január 19-dikén 1451.

Egregie vir nobis sincere dilecte ea omnia que nobis scripseralis sane Intelleximus et menti nostre collegimus, Et ecce Budam progrediemur vbi ad nos venire velitis talemque dispositionem vobis illinc faciemus qualem ceteri domini vestri non fecissent, ceterum pro sessione Sedis, etiam talem facimus dispositionem vt vos, nobis bene poteritis regratiare Datum in Themeswar feria secunda proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum Anno Domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo primo.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc.

Kivül: Egregio viro Johanni Seniori de Kallo nobis grato dilectoque.

Az eredetiből Érdy János úr közlése után.

A Hunyadi János kormányzó nevének aláírása tekintetéből ezen érdekes kis ujdonságot hasonmásban is ide mellékeljük.

CXXXIII.

*Hunyadi János kormányzó, Kereczke és Kusnyicza nevű
saluit Bereg megyében (ma Máramarosban) az általa birt
Munkács várától elszakaszítán, Dolhai Ambrussal és Mihály-
lyal azoknak Bereg megyei Makaria és Sarkad nevű saluikért
és Románpataka nevű pusztájokért elcseréli, az átadandó cse-
rejőszágért a selek egymásnak kölcsönösen szavatosságot köte-
lezetén. Kelt Bezsén, január 31-dikén 1451.*

Nos Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc.
Memorie commendamus per presentes. Quod nos cum Nobili-
bus Ambrosio et Michaele filijs Stanislai de Dolha per formam
concambij talem fecimus permutacionem, quod ipsi Ambrosius
et Michael possessiones ipsorum hereditarias videlicet Maka-
rijam et Sarkad vocatas et preedium Romanpataka appellatum
omnino in Comitatu de Bereg sub vna meta existentes, cum
cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris
scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, Sil-
uis, Nemoribus, Montibus vallibus, Vineis vinearumque pro-
monitorijs, Aquis fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque de-
cursibus, Molendinis et locis molentinorum, generaliterque
quarumlibet vtilitatum earundem integratibus, nobis nostris-
que filijs et Hereditatibus vniuersis per Nos ad Castrum no-
strum Munkach annexendas et applicandas, in perpetuum tenen-
das, possidendas pariter et habendas dederunt et contulerunt,
Et e conuerso, Nos possessiones nostras Kereczkij et Kusnicza
cum pertinencijs dicti Castri in eodem Comitatu de Bereg exi-
stentes ab eodem Castro Munkach separando et sequestrando,
prefatis Ambrosio et Michaeli eorumque heredibus vniuersis
simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibus-
libet quois nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et
antiquis Irreuuocabiliter dedimus, donauimus et contulimus per-

petuo possidendas, tenendas pariter et habendas, et hoc non pretermissio, quod si nos aut successores nostri annotatos Ambrosium et Michaelem seu heredes eorundem in pacifico dominio dictarum possessionum Kereczky et Kusnyczca conseruare non possemus, seu non valerent, extunc nos aut dicti nostri successores, preassertas eorum possessiones Makarija et Sarkad et pedium Romanpataka sine omni litigionario processu remittere teneamur, et simus obligati, atque sint astricti, Ex conuerso prefati Ambrosius et Michael nos in eisdem possessionibus per ipsos, nobis sub premisso titulo concambialis permutationis datis et donatis, nostrosque filios et Heredes vniuersos pacifice conseruare teneantur. Casu autem, quo id ipsi facere non possent, extunc preattactas possessiones nostras Illoco sine strepitu alicuius litis remittere teneantur, Harum nostrarum quibus Sigillum nostrum quo vti Gubernator Regni utimur est appensum cum vigore et testimonio literarum mediantibus. Datum in Opido Beche, Sabbato proximo ante festum purificacionis beate Marie virginis, Anno Domini Millesimo Quadragesimo quinquagesimo primo.

Az eredetiből.

CXXXIV.

A váradi káptalan bizonyáságot tesz arról, hogy Dolhai Ambrus, Ssaniszló fia, testvére Mihály terhét is magára vállalván, Makarja és Sarkad salutikat és Románpataka nevű pusztájokat, mind Beregh megyében, Hunyadi János kormányzóval annak Munkács várához tartozó Kerecske és Kusnyicza nevű falvaiért ugyancsak Beregh megyében elcserélte, s a cserébe adott jószágokért szaratosságot vállalt. Kelt febr. 3-dikán 1451.

Capitulum ecclesie Waradiensis, Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Sa-

ludem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Ambrosius filius Sthanislai de Dolha , pro se personaliter , onus Michaelis fratris sui carnalis, in infrascriptis , super se assumpmendo , nostram veniens in presenciam , dixit , et sponte confessus est in hunc modum, Quomodo ipse et dictus Michael frater suus , vnacum Magnifice domino Johanne de Hwnyad Regni Hungarie Gubernatore , in quibusdam possessionibus eorum , infra declarandis , talem inter se fecissent , concambialem permutacionem , Quod quia predictus dominus Johannes Gubernator , quasdam possessiones suas Kereczky et Kwsnycza vocatas , in pertinencijs Castri Munkacz vocati , in Comitatu de Beregh existentes habitas. mediantibus suis literis superinde confectis , cum omnibus ipsarum vtilitatibus et quibuslibet pertinencijs , sibi et dicto Michaeli fratri suo , ipsorumque heredibus vniuersis , in perpetuum dedisset et contulisset , Ideo ipse suo et dicti Michaelis fratris sui nominibus et in personis pro eisdem possessionibus , per predictum dominum Gubernatorem , vigore literarum suarum vt prefertur datis et donatis , quasdam possessiones suas et dicti fratris sui hereditarias , videlicet Makarya ac Sarkad vocatas et pedium Romanpathaka appellatum omnino in dicto Comitatu de Beregh sub vna meta existentes , cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs , videlicet Terris arabilibus cultis et incultis , Siluis Nemoribus Montibus Vallibus vineis vinearumque promontorijs Aquis, fluuijs piscinis piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis et locis Molendinorum , generaliterque quarumlibet vtilitatum integratibus quovis nominis vocabulo vocitatis , ad easdem Jure spectantibus , ipsi domino Gubernatori dedisset donasset et contulisset , nostrique dedit donauit et contulit in presencia , in filios filiorum et heredes per heredes, Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidentas pariter et habendas, Nichil Juris seu dominij ac perpetuitatis sibi et dicto fratri suo ipsorumque heredibus et successoribus reseruando in eisdem. Sed omne Jus et totale dominium quod et que ipse et dictus Michael frater suus in eisdem possessionibus et predio habuisse vel habere sperasset , in ipsum dominum Gubernatorem et heredes suos transferendo, Assump-

mens nichilominus et obligans prefatus Ambrosius se persona-
liter, annotatum autem Michaclem fratrem suum ad onus in se
assumptum, memoratum dominum Gubernatorem, in pacifico
dominio dictarum possessionum et predij, semper et vbique,
contra quoslibet Juridice Impeditores, conseruare et expedire
proprijs suis laboribus et expensis, Tali condicione mediante,
quod si ipse aut predictus Michael frater suus annotatum do-
minum Gubernatorem et heredes eiusdem, temporum in pro-
cessu, in dominio dictarum possessionum et predij pacifice con-
seruare non posset, seu non valerent, extunc supradictas pos-
sessiones annotati domini Gubernatoris, ipsis ut prefertur datas
et donatas eidem domino Gubernatori vel suis heredibus, sine
strepitu alicuius litis, remittere et resignare deberent et tene-
rentur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, pre-
sentes literas nostras priuilegiales Sigilli nostri autentici mu-
nimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beati
Blasij martiris. Anno Domini Millesimo quadragesimo primo,
Honorabilibus viris dominis Johanne preposito decrctorumque
doctore, Andrea Lectore, Nicolao Cantore et Petro Custode,
alijsque Concanonicis ecclesie nostre predicte salubriter exis-
tentibus et deuote.

A bajor kir. levéltáróból.

CXXXV.

János szászi (beregszászi) népész, és Lengyel Imre, bizonyságot tesznek arról, hogy Dolhai Mihály előttök elő szóval elmondá: mennyi bántást és sérelmet szenvedtek ő és testvére Ambrus Munkács várából Makaria és Sarkad faluikra nézve, ezen bántalmaknak tehát véget vetendők, azokat Hunyadi János kormányzóval Kereczke és Kusnyicza helységeiért elcserélni elhatározák; mivel azonban neki ekkor pénze nem volt, testvéret Ambrust kérte meg a csere költségeinek viselésére, olly feltétel alatt, hogy ő addig a cserélt jószágok birtokába ne eresztessek, míg testvérének eleget nem tett; — bizonyítják továbbá, hogy az említett csere csakugyan megtörténvén, Ambrus e közben a jegyzőnek a levelekért 16, a káptalan iktatónak 3, a leleszi prépostnak az igtató-levelért 9 arany forintot fizetett, Kenderes Jánosnak pedig, ki a beigatás elé nehézségeket akart gördíteni, ezek elhárítása végett 100 nyust bört és 50 aranyat adott; miről Dolhai Ambrus részére testvére Mihály megegyezésével ezen levelöket kiadják. Kelt Beregszászon, február 14-dikén 1451.

Nos Johannes alias plebanus de Zaas et Emericus Lengyel, damus pro memoria quibus expedit vniuersis, Quod veniens nostri in presencia m Nobilis vir Michael de Dolha, viuavoce per modum querele nobis retulit molestias grandes obpropria injurias oppressiones diuersas, graues et multiplices de castro Munkacz, in defalcacionibus metarum possessionum suarum Sarkad et Makarya *) vocatarum, quod essent conuicinee et commetanee castro prescripto dietim pati vñacum fratre suo carnali Nibili Ambrosio similiter de Dolha, molestariqe grauidine valida eciam in direpcionibus usurpcionibus et depreciationibus bonorum Jobbagionum et suorum, necnon in litium

*) Makarlya, de az l betű kitörölve s alább Makarya.

aggrauacionibus curialibus , expensis fatigis et turbacionibus multimode vexarentur pro eo , pro hys afflictionibus omnibus perpessis formidando ne in posterum similia aut maiora obprobria paterentur in fortuitu casu eueniente, statuit et deliberauit animo concordi cum fratre suo pretacto Ambrosio per modum concambij et permutacionis formam a tali disturbio molestiarum se quoquomodo possent elongare sed quia talis concambij via pluralitatem requirebat expensarum, ipseque Michael protunc tantis deficeret sumptibus vocibus supplicibus ipsum agressus Ambrosium fratrem suum ortans rogans et diligenti affectu petens, assumptis laboribus fatigis et expensis suis proprijs ad concambij permutationem cum Spectabili viro et Magnifico Johanne Waywoda de Hunyad regni Hungarie gubernatore operam dare, possessionesque ipsorum Sarkad et Makarya, pro possessionibus Kosnicza et Kerezke ad Castrum Munkacz spectantibus et pertinentibus commutare , per modumque concambij ipsi prefato Magnifico Johanni Gubernatori et suis successoribus perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas dare , sicque si fieri posset concambij et permutacionis forma modo et via, sotitis distubis molestationorum a castro Munkacz elongando pacifice et quiete ac cum bona tranquillitate in dominio possessionum concambialium Kosnicza et Kereczke vocatarum possent permanere assumpmens nichilominus ipse Michael de Dolha coram nobis ipsi fratri suo Ambrosio sua fide mediante christiana qua Deo tenetur medietatem expensarum quas exporet sibi plenarie soluere , nec interim ad easdem possessiones pretactas et obtentas concambiales intrare donec ipsi Ambrosio per ipsum satisfactum fuerit plene et perfecte ipseque Ambrosius hoc animaduertens , diligencia adhibita laboribus fatigis et expensis suis proprijs ceterorumque dominorum suorum supplicacionibus adiunctis , hanc concambialem permutacionem cum ipso Magnifico domino Johanne , perfecit , licet difficulter obtentisque possessionibus pretactis Kosnicza et Kereczke, sollicitis laboribus et curis assiduis exercitabat se quomodo et per quem modum literas donacionales et introduccionales ne quisquam se intromitteret impediens excipere posset , tandem diligencia adhibita valida , ipsi notario pro rescripcione litera-

rum sedecim soluisset florenos , hominique Capituli pro introducione tres dedisset florenos auri , preposito de Lelecz pro literis statutorijs et introductorij nouem contulisset florenos auri , Sed quia Egregius dominus Johannes Kendres in hys omnibus ipsi Ambrosio oppositum tenebat nitebaturque modis omnibus ipsum a tali descensu et occupacione villarum pretectarum concambialium impedire et molestare , ipse Ambrosius cura inducta , sua et quam plurium dominorum , cum ipso domino Johanne Kendres fecit dispositionem , deditque sibi centum pelles mardurinas et quinquaginta florenos auri . sicque remansit ipse Ambrosius in pacifico dominio prefatarum villarum Kosnicza et Kereczke . hec cuncta et singula ut premittitur coram nobis fatemur fuisse . Super quibus ipsi Ambrosio cum voluntate fratris sui Michaelis de Dolha sub sigillo proprio ipsorum in testimonium premissorum damus literas nostras Scriptum in Zaas in die beati Valentini martiris anno domini Millesimo CCCC-mo li-o.

Az eredetiből Érdy János szivességből.

CXXXVI.

A leleszi convent bizonyságot tesz arról, hogy Hunyadi János kormányzónak Becsén január 31-kén kelt igtató-paranca értelmében Dolhai Ambrust és Mihályt Bereg megyei Kerecske és Kusnicza nevű helyiségekbe sebr. 27-kén minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt martius 14-kén 1451.

Omnibus Christifidelibus , presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris , Stanislaus prepositus et Conuentus ecclesie Sancte Crucis de Lelez , Salutem in omnium Salvatorem , Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire . Quod nos literas Magnifici et Spetabilis viri , domini

Johannis de Hunyad , Regni Hungarie Gubernatoris , Statutorias , nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba , Johannes de Hunijad Regni Hungarie Gubernator etc. Honorablem Conuentui ecclesie Sancte Crucis de Lelez Salutem cum honore , dicitur nobis in personis Nobilium Ambrosij et Michaelis filiorum Stanislai de Dolha . Quomodo ipsi in dominium quarumdam possessionum , Kereczkij et Kwsnijcza vocatarum , In Comitatu de Beregh existencium Ipsos titulo concambialis permutacionis concernencium legitime vellent introire . Super quo vestre Honorabilitati firmiter committimus et mandamus . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio lidedignum , quo presente , Stephanus vel Michael filij Petri Bolond , aut Stephanus filius Elie sin Hodor filius Gregorij de Bjalke , alijs absentibus , homo noster ad facies prescriptarum possessionum Kereczky et Kwsnijcza vocatarum , vicinis et commetaneis earundem vniuersis , Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo , Introducat prefatos Ambrosium et Michaelem de Dolha , In dominium earundem , Statuatque easdem , eisdem cum cunctis earum utilitatibus et pertinencijs quibuscumque , Terris scilicet , Siluis , Alpibus , Montibus , Aquis et earum decursibus ad easdem vndeque pertinentibus , Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas , si non fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra memoratos exponentes , in presenciam Judicis curie regie . ad terminum competentem , rationem contradictionis eorum reddituros , et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et Euocatorum , si qui fuerint , ac vicinorum et commetaneorum qui premissae Statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem domino Judici curie regie suo modo rescribatis . Datum in Oppido Beche , die dominico proximo ante festum purificacionis beate Marie virginis , Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo primo . Nos igitur mandatis dicti domini Johannis de Hunyad Gubernatoris satisfacere volentes ut tenemur , vacuum prefato Stephano filio Elie de Bjalke homine eiusdem domini Gubernatoris unum ex nobis videlicet fratrem petrum presbiterum , ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum ,

Qui tandem exinde ad nos reuersi , nobis voce consona , retulerunt Quod ipsi Sabbato proximo post festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum , ad facies prescriptarum possessionun , Kereczky et Kwsnijcza vocatarum , In prescripto Comitatu de Beregh existencium , vicinis et commetaneis earum vniuersis , videlicet Johanne Waywoda de Zentbmijklos , et pertinencijs eiusdem , Gorzo de lijcbe , et Michaele filio dicti Johannis Waywode , Inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent , In quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanendo , prefatosque Ambrosium et Michaelem de Dolha In dominium earundem Introducendo , easdemque , eisdem , cum cunctis earum vtilitatibus et pertinencijs quibuscumque , terris scilicet , Siluis Alpibus , Montibus , vallibus , Aquis , aquarumque decursibus , Et generaliter quibusuis comoditatibus et fructuositatibus , ad easdem vndique pertinentibus et spectantibus , premisso Jure ipsis incumbenti , Statussent perpetuo possidendas , Nullo penitus contradicte Inibi apparente , In cuius rei memoriam , Stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras priuilegiales Sigilli nostri appensione , munimine robortas , duximus concedendas Datum , Quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum , Anno domini Mille-simo Quadringentesimo Quinquagesimo primo Supradicto.

Az eredetiből.

CXXXVII.

A leleszi convent bizonyságat tesz arról, hogy Hunyadi János kormányzónak Temesvárt jan. 15-kén kelt parancsa következtében Jood helység határát Maramaros vármegyében, annak földesurai Joodi Baly Sandrin és Vancsa, ezen Vancsa fia Bogdán, Drotka Iván Gorso, Petermann György, Joodi Mihály és Deákjuga részére martius 8-kán annak rende szerént ki járta. Kelt mart. 22-kén 1451.

Omnibus Christifidelibus , presentibus pariter et futuris , presencium noticiam habituris. Stanislaus Prepositus , et Conuentus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez , Salutem in omnium Salvatorem. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos literas Magnifici et Spectabilis viri Domini Iohannis de Hunyad , Regni Hungarie Gubernatoris Statutorias, nobis directas honore , quo decuit recepimus , in hec verba. Joannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Honorable Conuentui Ecclesie de Lelez Salutem cum honore. Dicitur nobis in personis Sandrini et Vancsa Balij de Jood , necnon Bogdan filij eiusdem Vancsa , et Drotka Ivan Gorso , Georgij Petermann , Michaelis et Deakjuga de eadem Jood , quomodo eadem Possessio ipsorum Jood vocata , in Comitatu Maramarosiensi existens , nunc apud manus ipsorum ut dicitur pacifice habita , metarum reambulacione , ereccione , et renouacione plurimum indigeret. Super quo Honorabilitati vestre firmiter precipientes mandamus , quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum , quo presente Simon de Kohnya vel Georgius Peterman de Salyo , siue Tiuader Torkos de Dragomerfalwa , siue Ivan Diak de Eadem , alijs absentibus homo noster , ad faciem predicte Possessionis Jood vocate , vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo , reambulet eandem per suas

veras metas et antiquas , nouas iuxta veteres in locis necessarijs erigendo , reambulatamque et ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter separatam et distinctam relinquat et committat ipsis Exponentibus Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam , si non fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint , evocet Ipsos contra memoratos Exponentes in presenciam Palatinalem ad terminum competentem , rationem contradictionis eorumdem reddituros . Et posthec huiusmodi possessionarie Reambulacionis seriem , cum cursibus metarum inibi erigendarum , Contradictorumque et Euocatorum si qui fuerint , vicinorumque et Commetaneorum , qui premissae Reambulacioni intererunt , nominibus , terminoque assignato , eidem domino Palatino suo more rescribatis . Datum in Temeswar , feria sexta proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani Martyrum Anno Domini 1451 . Nos igitur mandatis dicti Domini Joannis de Hunyad Gubernatoris satisfacere volentes ut tenemur , vnam prefato Ivan Diak de Dragomerfalwa homine eiusdem Domini Gubernatoris , vnum ex nobis , videlicet fratrem Petrum Presbiterum , ad premissa fideliter peragenda , nostro pro testimonio duximus destinandum . Qui tandem exinde ad nos Nos reuersi , Nobis consona voce retulerunt , Quod ipsi feria secunda proxima ante festum beati Gregorij Pape proximo preteritum , ad faciem predicte Possessionis Jood vocate , vicinis et Commetaneis eiusdem vniuersitatis , videlicet Michaele et Ambrosio de Dolha , altero Michaele de Leordina , Petro Mondra de Viso , Michaele de Petrova , et Theoder Torkos de Dragomerfalwa , inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent , eandemque Possessionem quoad suas veras metas et antiquas reambulando , reambulatamque et ab aliorum Juribus possessionarijs , metis infrascriptis separatam et distinctam , prefatis Sandrino et Vancsa Balij de Jood , et Bogdan filio eiusdem Vancsa , necnon Drotka Ivan Gorso , Georgio Peterman , Michaeli et Deakjuga de Eadem Jood reliquissent et commisissent , premisso iure ipsis incumbente perpetuo possidendum , nemine penitus Contradicte inibi apparente . Mete autem quibus ipsi prefatam possessionem Jood ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter separassent et distinxissent , prout lidem

**Domin i Gubernatoris et noster homines nobis recitarunt, hoc
ordine protenderentur, quod incepissent super Alpem Stol ap-
pellatam a plaga orientali, et abinde reflectendo ad plagam me-
ridionalem, venissent ad descensum vel caulam ouium Mihaly
Zalasa vocatam, et ab eodem descensu seu caula ouium veni-
sent ad terciam caulam ouium Meras nominatam, abinde eadem
plaga meridionali servata, attigissent quartum descensum ou-
um Ztana de Viru vocatum, adhuc eadem plaga continuata
venissent ad quintum descensum ouium Korman dictum, vnde
eundo attigissent sextum descensum ouium Bohaiechka appel-
latum, abinde eadem plaga seruata, venissent ad septimum de-
scensum ouium Batrina nominatum, vnde eundo venissent ad
octauum descensum Ztaniga dictum, postremoque dicta plaga
meridionali continuata, venissent ad nonum descensum Gusat-
hawasa appellatum, et ibi terminassent. In cuius rei memo-
riam, Stabilitatemque perhennalem, presentes literas nostras
Priuilegiales, Sigilli nostri appensione munimine roboratas,
duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei Execucio-
nis premissorum, Anno Domini supradicto.**

**A Máramaros megye és Erdély közötti némelly határkérdések iránt
kinevezett királyi biztoság irományai közül.**

CXXXVIII.

**Hunyadi János kormányzó, Körösbánya városának bá-
nyabérét szebeni aranypénz-verő Simonnak a múlt február 1-
sejétől számítandó egy egész évre 4 márka aranyért haszon-
bérbe adja. Kelt Szász-Sebesen, május 1-sőjén 1451.**

**Nos Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc.
Memorie commendamus per presentes Quod nos vrburas Opidi
nostrí Keressbanya a festo purificacionis beate Marie virginis**

proxime preterito incipiendo vsque alterum festum eundem purificacionis marie virginis pro quatuor Marcis auri Simoni de Cybinio Cussori florenorum Auri in Arendam conduximus , presencium mediante. Datum in Zaz Sebes Sabatho proximo post festum pasce domini anno domini Millesimo quadr-o quinquagesimo 1-o Auri marcam quamlibet florenis auri viginti octo computando.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CXXXIX.

Hunyadi János kormányzó a hét szász szék panasza következtében az országos tanács megegyezésével minden egyházi bíráknak szorosan meghagyja, hogy esentül Magyarország, Erdély és a szászok ember-emlékezetet haladó jogainak és szokásainak ellenére a világi törvényszékeket illető ügyekbe, ne rezesesen a világiaknak cilágiak részére tett végrendeleteit illetőleg, bearatkozni ne merésszeljenek, felhalalmazán egyszer mind a szászokat, hogy azon cilágiakat, kik közölk más cilági személyt illyes ügyekben egyházi törvényszék elé idézni mernének, példásan megbüntethessék. Kelt Szász-Sebesen, május 1-sjén 1451.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Memorie commendamus per presentes, quod licet Juribus et libertatibus, antiquisque et laudabilibus consuetudinibus Regni Hungarie parcium Transyluanarum, et presertim Septem sedium et aliorum Saxonum, earundem parcium ab illo semper tempore, cuius contrarium hominum non comprehendit memoria obseruatis et — — — ullus Judex ecclesiasticus seu spiritualis de causis Judicium seu fora Secularia concernentibus signanter de Testamentis laycalibus videlicet per laycum

layco fratum fratribns parentum filijs et cuiusuis aut nepotum nepotibus amicorum amicis et sic de singulis Testamentum factum seu conditum fuerit, que scilicet Testamenta non ad pia opera seu ad ecclesias facta fuerint, se intromittere debeant. Tamen uti ex grauissima querela Septem sedium et aliorum Saxonum parcium Transsyluanarum percepimus multum dispi- center, quomodo quidam forent Judices ecclesiastici seu spi- rituales, qui contra predicta Jura et libertates ac antiquas consuetudines Regni Hungarie et parcium Transsiluanensium ipsos Saxones aut alterum ipsorum in huiusmodi Testamentis et alijs factis laycalibus in eorum Sedem Judiciarium spiritualem citari facere, et per censuram ecclesiasticam diversimode per- turbare molestare et vexare attemptarent In preiudicium Ju- rium et libertatum ac laudabilium consuetudinum prescripti Regni Hungarie ac Sacre eius Corone satis magnum Et quia non volumus nostre Gubernacionis tempore aliqua Jura et lau- dabiles consuetudines predicti Regni Hungarie ac parcium Transsiluanensium atque Saxonum per quoscumque homines cuiuscumque condicionis et preeminencie existant, quoquo- modo infringi, Et ex suscepti Regiminis nostre Gubernacionis officio interest nobis, quemlibet Regnicolarum in Juribus, li- bertatibus et consuetudinibus inuiolabiliter conseruare Ideo nos habito vnam certis Prelatis et Baronibus et Jurisperitis Regni Hungarie consilio volumus, ac vnuersis et singulis Ju- dicibus et Justiciarijs ecclesiasticis seu spiritualibus cuiuscum- que status existant presentes visuris auctoritate nostre Guber- nacionis committimus et firmiter mandamus, quatenus a modo in posterum annotatos Septem sedium et alios Saxones parcium Transsiluanarum aut alterum ipsorum ad instanciam qua- rumcumque personarum ratione et pretextu Testamentorum et aliorum factorum sic vt prescribitur vigore premissorum vestri in presenciam aut in Sedem vestram Judiciariam spiritualem citare aut citarifacere ac per censuras ecclesiasticas impedi- vexare, molestare et perturbare non presumatis quoquo modo, committimus eciam firmiter et districte presencium serie pre- fatis Saxonibus, ad id ipsis tribuentes plenam auctoritatem, vt ipsi tales laicos, qui alterum ipsorum in premissis testament-

tis , aut alijs factis laycalibus vestri in presenciam in causam attrabere aut citari facere attemptarent , In personis et rebus et bonis eorum sic puniant , vt alijs similia facientibus orribile cedat in exemplum , de quo si vobis exinde aliqua grauamina evenerint nisi vobismet ipsis poteritis imputare . Aliud ergo facere non presumatis . Presentibus perfectis exhibenti restitutis . Datum in Ciuitate Zazsebes in festo beatorum Philippi et Jacobi Anno domini M-o CCCC-o L-o primo .

Brassó városa levéltárából.

CXL.

Hunyadi János kormányzó, Pozsony városa kérésére ezt felhatalmazza, hogy a tetten kapott tolvajokat, rablókat és más gonosztérvőket akár nem nemesek, akár nemesek, vagy bármennyü sorsuak és ranguak legyenek is, elítélhesse és méltó büntetésekkel és kincsökkel lakoltathassa. Kelt Temesvárt, május 18-kán 1451.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator. Memorie commendamus Quod nos tum ad supplicacionis instanciam in personis vniuersorum Ciuium et incolarum Ciuitatis Posoniensis nobis propterea factam, tumque nolentes nociorum furum et maleficorum hominum ac latronum maliciam seu rabiem excrescere, sed pocius deprimere, Eisdem Ciuibus inabitatoribusque et incolis prenotate Ciuitatis Posoniensis id vt ipsi quosuis homines fures, latrones, vespiliones et maleficos, siue sint nobiles, siue ignobiles, siue alterius cuiuscumque condicionis et preeminencie in criminibus ipsorum deprehensos iudicare, ac penis et tormentis condignis iuxta ipsorum demerita cruciare possint atque valeant, gracie duximus annuendum et concedendum, ymo annuimus et concedimus pleno

cum effectu vigore et testimonio presencium mediantibus. Datum in Themeswar feria tercia proxima post festum beate Sophie vidne. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Pozsony városa levéltárából.

CXLI.

Hunyadi János kormányzó Pozsony városát felhatalmazza, hogy némelly pozsonyi lakosok fölött, kiket adóssági és bántényi ügyekben más levele által bíróságuk alól fölmentett volt, azon levelének tekintetbe nem vételével bárki folyamodására s bármí ügyeikben is ítélhessen. Kelt Temesvárt, május 19-kén 1451.

Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Prudentibus et Circumspectis viris Judici, Juratis, ceterisque Ciuibus Ciuitatis Posoniensis Salutem cum dilectione. Licet nos quibusdam bominibus Posoniensibus mediantibus literis nostris a Judicio et iudicatu vestro ex parte debitorum et aliorum excessum supportauerimus, tamen nos iterum vellemus, vt omnes tales bomines in quibusuis eorum causis et excessibus mediantibus literis nostris vt premisimus supportatis judicio et Judicatu vestro attrahere possitis et valeatis. Igitur vestris dilectionibus firmiter committimus et mandamus, et aliud habere nollemus, quatenus a modo in posterum talismodi homines a Judicio vestro premisso modo supportatos, non obstantibus literis nostris supportacionibus, in quibusuis eorum causis, seu pro eorum excessibus et offensionibus ad instanciam quorumlibet, vestri in presenciam atrahere et eosdem iudicare debeatis dictante Juris equitate. Aliud non facturi. Datum in The-

meswar feria quarta proxima ante festum beate Eleene Regine.
Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Commissio propria Domini Gubernatoris.

Pozsony városa levéltárából.

CXLII.

Hunyadi János kormányzó meghagyja Kenderes munkácsi várnagyának és Beregh megyei főispánnak, hogy, miután Kusnicza és Kereczke oross helységeket, mint kenésségeket Dolhai Ambrusnak és Mihálynak örökösen adományozta, azokat a munkácsi vár tartozandóságai közölszakaszsa ki és kezeit rólok tegye le. Kelt Szegeden, junius 12-dikén 1451.

Nos Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Memorie commendamus perpresentes, Quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis Nobilium Ambrosij et Michaelis filiorum Stanislai de Dolha, per eos nobis locis debitibus et temporibus incumbentibus exhibitis possessiones nostras Rutenicales Kussicza et Kereczce vocatas ad castrum nostrum Munkacz pertinentes cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet quocumque nomine censeantur, more et adinstar Keneziorum valachicalium prefatis Ambrosio et Michaeli ipsorumque heredibus vniuersis in perpetuum duximus dandas donandas et conferendas, ymmo damus donamus et conferimus presencium per vigorem. Quocirca vobis Egregio Kenderes Castellano dicti castri nostri Munkacz et Comiti de Berek fratri nostro firmissime precipimus, quatenus statim vi sis presentibus prescriptas possessiones cum omnibus earundem vtilitatibus et pertinencijs prefato Ambrosio et Michaeli remittere et resignare ac a Jurisdiccione dicti Castri penitus se-

questrare , manusque vestras et vestrorum de eisdem in toto excipere debeatis , Ipsosque in eisdem contra quoslibet illicitos impetitores protegatis et defendatis, Aliud non facturi in premissis. Presentibns perfectis exhibentibus restitutis. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum beati Barnabe Apostoli Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Az eredetiből.

CXLIII.

Giskra János , László király főkapitánya , a kassai pénzverő házat és pénz-beváltást bizonyos feltételek alatt Modrár Pál nagy-ida kapitányának és Gremczer Ágoston Kassa városa polgármesterének, hajdan birtójának, egy évre 5,000 arany forintért haszonbérbe adja , s öket ezen pénzverő-ház ispánjaiá nevezi. Kelt Kassán , junius 13-dikán 1451.

Nos Johannes Gyskra de Brandis Illustrissimi Principis et Domini Domini Ladislai Hungarie etc. Regis Capitaneus Supremus etc. Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod nos ratione compos maturoque prehabito consilio Cameram Cassouieneum Cusionis videlicet Monete cum omnibus et singulis cambijs que ad eandem Cameram antiquitus spectauerunt, Egregijs famosis et sagacibus viris Paulo Modrar Capitaneo nostro Castri Naghida et Augustino Gremczer Seniori Consuli olym Judici Ciuitatis Cassouiensis per vnum annum integrum pro Quinque millibus florenorum auri locandum duximus e arendandum. Eosque in Comites eiusdem cusionis monetc et Cambij iamfatarum preficientes. Ita quod annus acceptacionis ipsorum ab eo die , quo monetare siue monetam cudifacere incepert , inchoetur et debeat conputarj. Cuius arendacionis

solucio ad quartale anni se se sequentis , hoc est in qnolibet
 termino quartalis mille ducenti et quinquaginta florenorum auri,
 nobis ant nostris hominibus ad hoc depntandis in ipsa Ciuitate
 Cassouensi , coram famosis Dominis Judice et Juratis eiusdem
 debet prestari et expediri , mediam partem in auro pnro , re-
 sidnam vero partem semper dncentos denarios pro floreno auri
 computando , in quibus contentari volumus et debemus. Ita ta-
 men quod in Camera Crempniciensi Monetacio in huiusmodi
 lega pondere , forma et valore , absque ulla diminucione inuio-
 labiliter obseruetur. Item si predicti Arendatores primo anno
 effluxo dictam Cameram cum suis Cambijs ad suam voluntatem
 et sine eorum dampno , vt per viros fidedignos et honestos,
 quos ipsi , et nos ad hoc eligimus considerari poterint, seruave-
 rint , extunc eandem vterius ad secundum annum similiter sub
 eodem conductu seruare teuebuntur. Sin autem ipsam Came-
 ram cum suis Cambijs suprascriptis , si dampnum exinde per-
 ciperent notabile nobis possunt remittere et resignare , De quo
 eis nil valebimus imputare. Ista vero conductio et arendacio
 quoadolucionem nobis desuper faciendam vigorem habere
 debeat et effectum. Si et inquantum ipsa moneta , per Comita-
 tus ab antiquo ad Cultellum siue Cameram Cassouensem spec-
 tantes , videlicet Scepus Szaros , Abawywar Vngh , Zemplyn,
 Thorna , Gymern et Borsod , progressum habeat et cursum ag-
 grediatur. Insuper dum et quando prefati Arendatores soluci-
 onem sui quartalis anni in Ciuitate Cassouensi vtpremittitur
 deposuerint efficaciter , extunc vsque ad sequens proximum
 quartale , respectu huiusmodi solucionis , vltra ipsorum liberam
 voluntatem nobis aliquid ad ante porrigendum in nullo sint as-
 tricti , neque ob Id quidquam ipsis imputare habeamus. Item
 vniuersos Officiales videlicet probatorem Sculptorem ac Cen-
 sum Curie Camere a modo post Arendacionem factam , necnon
 qualemcumqueolucionem , alias de Camera modo consueto
 fieri debendam ipsi Comites non ad nostram sed ipsorum raci-
 onem tenebuntur expedire. Item volumus quod iuxta decretum
 et consuetudinem Regni hactenus obseruatam predicti Comites
 consuetum pisetum hoc est de singulis marcis pecunie cuse
 vnum pondus sen pisetum cum pecunia cusa Ecclesie Strigoni-

ensi et eius Archiepiscopo homini scilicet ipsius ad hoc deputato extradent et persolvat (igly!) realiter et cum effectu , in quo eciam eosdem nequaquam prohibebimus neque impediemus quouismodo. Ipsa eciam fera cudeñ , non alias nisi sub custodia pisetarij Archiepiscopalnis prout consuetum est in Camera ad hoc deputata in Scrinio fideliter conseruabitur , nec aliquam solucionem predicto Domino Archiepiscopo aut alteri cuicunque persone fieri debendam de iure aut consuetudine approbatam omittere audeant et retardare. Moneta autem cudenda sic habeat suam dispositionem Recipient ipsi Comites vnam marcam Argenti fini et tres Marcas cupri , ex istis quatuor Marcis insimul fusis cudificant denarios rotundos et albos ad formam inferius specificatam , Sic quod ad vnam Marcam taliter mixtam cedant denarij Quadrangenti , aut obuli octingenti Et si in vna marca sic vt prefertur mixta et contingente quatuor aut sex denarij defecerint , siue excreuerint in pondere , hoc absque dolo et fraude fieri permittimus. Volumus tamen quod omnis diligencia apponatur , probatore duntaxat , qui ad Id Juratus esse debeat vnam homine Archiepiscopalni pisetario , omni commixtione argenti et cupri semper presentibus. Ipseque probator probam exinde consuetam reseruet , quam expost cuse pecunie modo consueto poterit adequare. Si vero Monetarij ipsorum diligenciam non adhiberent et ipsa moneta per ipsorum negligenciam indebitate cudcretur ac formam et dispositionem particulacionis , dealbacionis et aliarum correquisitarum non retinerent , numerusque ultra sex aut septem denarios frequenter in vna marca excrescet extunc ipsi singuli et vniuersi Denarij ad Cautium debent reponi , quam massam sic resolutam ipsi monetarij viceuersa fundere et cudere teneantur , super ipsorum dampnis proprijs et expensis ne ipsorum calue occasiones et excusaciones locum habeant et obseruentur. Si quos autem ipsi Comites ex ipsis monetarijs rebelles et inobedientes in premissis repererint et percipient , eosdem remouendi et alios assumendi secundum eorum libitum plenam habent facultatem. Eodem modo de Sculptore qui ad hoc legitimate deputabitur et in sculptura debita diligencia non apponetur , extunc alium quem Superior magister Sculptorum ad hoc

deptaret possint acceptare. Insuper volumus et committimus quod ipsi Comites per nos deputati monetam argenteam et mixtam vbiunque cusam in vniuersis locis, districtibus terris et Communitatibus circumiacentibus per suos proprios homines quos ad hoc deputauerint, pro expeditione dicte Curie Cassouiensis, et noue monete vbiunque locorum modo consueto, et competencia cambiare valeant, atque possint. Si vero quoscunque alias homines, seu mercatores preter suos familiares in huiusmodi cambio vbiunque experirent huiusmodi pecunias, sine in cambio siue perforacionem qualitercunque in detrimentum Camere acquisitas absque ulla commutacione, siue pecuniaria solucione prout alias consuetum est, plenam ab eisdem recipiendi habeant facultatem, prohibicione tamen in sedibus, et Communitatibus, circumiacentibus prius publicata, formaque monete denariorum sic ut premittitur rotunda, et dealbata ex vna sui parte habeat crucem duplatam, et in eadem parte in circumferencijs obtineat has literas epithaphiales M. ladislai R. Ungarie et in medio crucis duplicate vnam literam C. locum vbi moneta cuditur, et aliam literam similiter de alphabeto nomine Comitis cudentis, aut cudifacientis designandam. Ex alia vero parte, habeat clipeum quadripartitum adinstar floreni auri, sed tamen tractus triangulares videlicet tripas eundem transmeantes, in superiori parte in principio clipei, Clipeum octo linearum, arma regni Hungarie representantem. Alia enim parte retro easdem similiter superius leonem figurantem arma regni Bohemie denotantem. Terciam autem partem inferiorem sub leone tres lineas habentem clipeum ducatus Austrie significantem. Et quartam partem similiter inferiorem aquilam comprehendentem Marchionatum Moraue denotantem. In obulis autem eadem apparicio crucis duplicate ex vna, et Clipei quadruplicati in altera parte sine descripcione literarum Epiphialium, debet contineri, et de pecunia sic in huiusmodi lega forma, necnon debito, et vero pondere reperta vnumque pisetum, pro pecunie proba debet reseruari, et aliter de camera exire non permittatur In cuius rei certitudinem maioremque firmitatem omnia, et singula suprascripta, et quodlibet premissorum in suis punctis, articulis, et clausulis,

inconcusse et iniuiolabiliter absque omni dolo , et fraude promittimus obseruare , ipsosque comites , et eorum familiares in iuribus camere defensare , et manutenerem. Cuius respectu prefati Domini Judex , et Consules Cinitatis Cassouiensis ad instantes nostras petitionis absque eorum , et suorum dampno , atque preiudicio Sigillum ipsius Ciuitatis penes nostrum appendi fecerunt. Datum et actum in Ciuitate eadem , feria quinta proxima ante festum beate Zophie vidue et Martiris anno Domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo primo

Kassa városa levélárából.

CXLIV.

Vizaknai Miklós erdélyi alvajda s Wingárthi Geréb János görgényi várna, mint herczeg Hunyadi magyarországi kormányzó által rendelt Maros széki bírák, kiadják a Vásárhelyen június 8-dikán tartott székely közgyűlésnek a régi szokáson alapult azon végséét, hogy senki 32 év óta nem keresett jószága iránt követelést ne tehessen, továbbá, hogy, míg fiú-örökös létezik valamelly család egyik ágában, a székely örökség a leány-maradékra ne szálljon; ha pedig a fiú-örökösök kihalnak, azt a leányok nyerjék el, és csak minden a két nemű maradék kiháásával menjen az át a család másik ágára. Kelt Vásárhelyen, június 17-dikén 1451.

Nos Nicolaus de Wizakna , Parcium Transsiluanicarum Vice Gubernator , ac Joannes Gereb de Wincarth Castellani de Ger geny per Illustrissimum Principem Dominum Joannem de Hw nyad , Regni Hungarie Gubernatorem in medio Siculorum Sedis Marus Judices constituti. Memorie commendamus per presentes . Quod nobis in Congregacione nostra Generali Vniuersitatis Siculorum , feria tercia proxima ante festum Sancti Barnabe in

Oppido Wasarhely celebrata , vnam Barnaba de Zenthgiwrgh , Capitaneo maioris exercitus , ac Petro , filio Nicolai de Gialakuta , Capitali Judice nostro minori , Jacobo filio Emerici de Medgiesfalwa , Simone porro de Sancta Ciuitate , Michaele filio Blasij de Andrasfalwa , Benedicto Bitsok de Moson , ceterisque Juratis 24 Assessoribus , in Judicio sedentibus , iuxta laudabilem legem vniuersorum Siculorum et consuetudinem ab antiquo approbatam , vnanimiter et pari voluntate , inter alios perpetuo durantes , id decernentes decreuimus . Ut nullus omnino bominum , quascumque hereditates , quas ante triginta duorum annorum Spacia , per aliquas iuridicas mociones , et prohibiciones non acquisiuit , pro amplius acquirere , et suscitare non valeat , sed perpetuo silere debeat , et quandcumque eciam duo Fratres , olim antiquis Temporibus in eorum hereditatibus Siculicalibus ab inuicem fuerint diuisi , et sequestrati , tum eorum Sucessores , easdem hereditates Siculicales , sibi inuicem succedentes , taliter possidere , ac tenere debeant . Quod quamdiu in aliqua eorum proximitatis linea heredes masculini sexus supervixerint , heredes feminini sexus , in preiudicium heredum masculini sexus , eisdem heredibus masculinis supervuentibus , in Dominium huiusmodi hereditatum se intromittere non valeant , Deficientibusque huiusmodi heredibus masculinis , et aliquibus feminini sexus heredibus supervuentibus , de prescripta alia Linea proximitatis heredes masculini sexus quamdiu supervixerint , in huiusmodi hereditates , partes in illam partem successas se iniungere non valeant , deficientibusque vtriusque sexus heredibus , tandem in aliam Lineam proximitatis Nationalem succedere debeant hereditates antedicte , In cuius Dispositionis , et Statucionis perpetuam Stabilitatem , prescriptas literas nostras duximus concedendas . Datum decimo die nostre Congregacionis antedicte in loco memorato , Anno Domini 1451.

Kovasćzi István itélmester 1628-diki Átirásából.

CXLV.

Hunyadi János kormányzó Pozsony városának meghagyja, hogy az esztergomi érseket kebelökből illető dézmát Vankónak vagy társainak ne adják ki; mert ellene, ha vele békét nem eszközölhetne, őket elég erővel védendi: ellenkező esetben a dézmát kénytelenek lesznek az érseknek másodszor is megadni. Kelt a sághi erősség alatt junius 25-dikén 1451.

Prudentes et Circumspecti viri nobis sincere dilecti. Firmissime committimus et mandamus quatenus decimas vestri parte Domino Archiepiscopo Strigoniensi pronenientes Wankoni ac ipsius socijs dare et administrare non presumatis, qnia si nos cum ipso Wankone concordiam et pacem disponere non poterimus, tunc nos in proteccionem vestri gentes destinabimus sufficientes, que vos ab eodem protegere valebunt. Si in premissis secus feceritis certificamus vos vt ipsam decimam eidem Domino Archiepiscopo secundario vobis soluere oportet. Aliud ergo non facturi in premissis. Datum sub fortalicio Saagh feria quinta proxima ante festum beati Galli Confessoris. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Jo-hannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc.

Kiválról: Prudentibus ac Circumspectis viris Judici, Magistro Ciuium, Juratisque Ciibus Ciuitatis Posoniensis Amicis nobis grate dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CXLVI.

Hunyadi János kormányzó az ország minden hatóságainak és vámszedőinek megparancsolja, hogy ezentúl a sót szálító Pozsony városi polgárokat, vagy embereiket senki folyamodására letartóztatni, vagy bíróságuk elé idézni ne merjék; azokat, kiknek ellenök követeléseik vagynak, Pozsony városa tanácsa elébe utasítván. Kelt Monostoron június 27-kén 1451.

Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Vobis vniuersis et singulis Dominis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis ipsorumque Officialibus et Tributarijs, tam in terris quam super aquas habentibus et tenentibus, Item Ciuitatum Opidorum et villarum Rectoribus, Judicibus scilicet et Villicis presencium noticiam habituris, Firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo in posterum Ciues et inhabitatores Ciuitatis Posoniensis sales nostros per ipsos aut ipsorum familiares deferendos, ad quorumuis instanciam arestare vel vestro astare Judicatu compellere non presumatis, nec sitis ausi modo aliquali. Vbi autem quipiam quidquam accusacionis vel questionis contra memoratos Ciues de Posonio agere habent, vel habuerint. Extunc hij idem in presencia Judicum ipsorum ordiniorum iuridice prosequantur. Ex parte quorum iusticia non deerit. Aliud ergo non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Monostor die Dominico proximo post festum Sacratissimi Corporis Christi. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Pozsony városa levéltárából.

CXLVII.

Garai László nádor bizonysságot tesz a György rác fejedelem és Hunyadi János Magyarország kormányzója közt az ország több nagyai közbenjárása mellett eszközött békéről, és a Hunyadi János fia Matyás, és György rác fejedelem unokája, Cillei Ulrik gróf leánya, Erzsébet közt ennek következtében kötött házassági szerződésről. Kelt Szendrön, augustus 7-dikén 1451.

Nos Ladislaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum Memorie commendamus signifcantes tenore presencium Quibus expedit vniuersis Quod Illustris princeps dominus Georgius dei gracia Regni Rascie Dezpotus et Albanie dominus personaliter perse ac pro Inclitis et Generosis dominabus Katherina consorte Illustris principis domini Vlrici Cilie, Ortemburge et Zagorie Comitis ac Margaretha vocatis filiabus suis, necnon puellis Elizabet filia eiusdem Comitis Vlrici et Margaretha appellata filia Illustris Lazari filij sui Neptibus scilicet suis, onera eorundem ac aliorum quorumlibet, quos presens negocium et ea que subnotantur quomodolibet concerneret super se ac hereditates suas vniuersas in dicto Regno Hungarie habitas et existentes recipiendo coram nobis constitutus, presentibus eciam et audientibus Generosa domina Ferina vocata consorte necnon Illustribus dominis Gregorio, Stephano et prefato Lazaro filijs eiusdem domini Georgij Dezpoti, ac infrascripte fassioni et disposicioni eiusdem domini Dezpoti conscientibus, confessus extitit et retulit inhuncmodum, Quod quamuis a tribus citra vel paulo ultra Annis inter ipsum ex vna et Magnificum dominum Johannem de Hwnyad dicti Regni Hungarie Gubernatorem partibus ex altera nonnullae dissensiones disturbia et differencie suborte sint, pluraque grauamina hincinde patrata fuerint et commissa, super quorum complana-

cione rectificacione et submocione , diebus superioribus transactis per medium nonnullorum dominorum Prelatorum et Baronum dicti Regni Hungarie pro pace vtriusque partis laborancium , certe disposiciones interuenissent , Quia tamen nunc racione nonnullorum factorum et negociorum , inter ipsum scilicet dominum Dezpotum ex vna , ac pretactum dominum Jo-hannem Gubernatorem exaltera partibus iterato grauis dissensionis guerre et odij materia suborta fuisset , Idcirco ne huiusmodi noua dissensionis causa in maiorem discriminis flamمام succrescat , Reuerendus in Christo pater dominus Johannes Episcopus ecclesie Waradiensis ac Nos , necnon Magnifici domini Nicolaus de Vylak Wayuoda Transsiluanus et Comes La-dislaus de Palocz Judexcurie Regie , ex ipsius scilicet domini Despoti , ac eiusdem domini Johannis Gubernatoris pari consensu et voluntate , necnon ex deputacione aliorum dominorum Prelatorum et Baronum dicti Regni Hungarie sese inter ipsum videlicet dominum Dezpotum et eundem dominum Gubernatorem pro concordia et pace parcium interposuissent et interposuissemus , Quiquidem in huiusmodi pacis et concordie facto hijs diebus pluribus laborantes et mediantes , Nouissime inter alias vias et media , que pro ipsa pace et concordia conficienda , deducte fuissent , cupientes ipsi domini mediatores vnanobiscum non solum ea que in altervtros commissa fuissent reformare verum eciam omnem fomitem et materiam Rancoris vel odij ac eciam tocius maliuolencie , de cordibus parcium omnino euellere et extirpare infrascriptum vinculum ac fedus matrimonij , et affinitatis atque perpetue et sacramentalis vunionis inter ipsum videlicet dominum Dezpotum et eundem dominum Gubernatorem , domumque suam et ipsius domini Gubernatoris inieciissent et composuissent , componique debere arbitrii extitissent Ipsum eciam videlicet dominum Dezpotum ad consendiendum huic compositioni federis matrimonij et affinitatis , ac ad ipsam perficiendam plurimum suis consilijs induxissent quo scilicet singulari federe credidissent Ipsi domini mediatores , sicut semper in talibus rebus credi solitum esset , Tum ob sacramenti matrimonialis graciam et meritum , tum vero ob sanguinis vniuersitatis atque affinitatis exinde securitate affectum dissim-

dentes partes purgatis cordibus , eductisque odijs et rancoribus,
 ad caram et veram magis posse concordiam peruenire , huius-
 modi igitur occasione et hoc ipse (igy !) respectu , ipse scilicet
 dominus Dezpotus permotus et dictorum dominorum mediato-
 rum induccioni acquiescens , volens eciam se et domum suam
 ad ipsius domini Gubernatoris amiciciam perpetuo alligare et
 obligatum efficere , presertim vero propter bonum pacis et con-
 cordie sua spontanea et beneplacita voluntate prenominatam
 Illustram et generosam puellam Elizabet neptem suam , nunc in
 decimo anno constitutam , filiam videlicet antefati Illustris prin-
 cipis domini Vlrici dei gracia Cilie Ortemburge et Zagorie Co-
 mitis ex predicta domina Katherina filia ipsius scilicet domini
 Dezpoti progenitam , que scilicet puella ex annuencia et con-
 cessione eorundem parentum ipsius puelle sub conseruacione
 procuracione disposicione et potestate ipsius vtputa domini
 Dezpoti existeret , Egregio Mathie filio annotati domini Johanni
 Gubernatoris Ritu sancte christiane ecclesie , Sacri Matri-
 monij federe , dare assumpsisset et disposuisset in consortem ,
 Ipsamque puellam Elizabet ad tempus copulandi legitimum in
 die scilicet festi beati Nicolai Episcopi et confessoris In anno
 domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tercio ven-
 turi antefato Mathie filio ipsius domini Gubernatoris peracta
 prius solempnitate sponsaliorum et Nuptiarum ad traducendum
 reddet , aut quod Deus auertat , Ipso scilicet domino Dezpoto
 interim e seculo migrante prefata domina Ferina censors nec-
 non Gregorius Stephanus et Lazarus filij sui seu alter eorum
 qui ex eis superstes remanebit puellam ipsam dicto Mathie filio
 domini Gubernatoris reddent et nupcias ipsas perficient termino
 in prefixo , Voluit tamen ipse dominus Dezpotus , vt dum et
 quando volente domino prefata puella Elizabet neptis sua in
 domum dicti domini Gubernatoris traduceretur , Ipsa in Ritu
 fidei Grecorum permaneat et semper cum ea et in eius obse-
 quijs presbiteri de Grecorum Ritu , Nobilesque et eciam domine
 ac puelle , quos ipse videlicet dominus Dezpotus et filij sui ad
 hoc eligere voluerint , Et vt ipse dominus Johannes Guberna-
 tor ac Egregij Ladislaus et prefatus Mathias filij eiusdem , In
 huiusmodi nupciarum perfectione et affinitate futura cerciores

effiantur, confisique de eadem et amicicia exinde secutura voluntati et votis ipsius videlicet domini Dezpoti eo diligencius et studiosius se coaptare et conformare valeant, Ipse dominus Dezpotus tale vinculum pro premissis adieciisset et adiecit **co-**
ram nobis, vt ubi ipse aut interim ipso decedente domina con-
sors ac filij sui seu alij quorum intererit, eorum propria volun-
tate aut cuiuscumque consanguinei prescripte puelle Elizabet
impedimentum et **contradiccionem** allegando, seu Id Judicio ecclesiastico aut seculari immiscendo aut eciam ipsa puella Eli-
zabet eotunc fortasse dissidente cuius voluntatem per hoc
vinculum cogere non intenderet et generaliter qualicumque de
causa aut cuiuscumque vel quorumcumque impedimentoo **inter-**
veniente Ipsam pueram Elizabet antefato Mathie ad prefixum
terminum ad traducendum non redderet seu non redherent,
aut reddere non posset vel non possent, prescriptasque nup-
cias non perficeret aut non perficerent, extunc Castra Ciuita-
tes Opida Possessiones et Ville eiusdem domini Dezpoti ac fili-
orum suorum predictorum videlicet Munkach in Bereghiensi,
Nemphy Zathmar et Azzonpataka in Zathmariensi, Debrwzen
et Bezermen in Byhoriensi Comitatibus adiacentes, nunc erga
manus prefati domini Johannis Gubernatoris et filiorum suorum
certa et rationabili ex causa habite et existentes, preterea
Kwlwn Zawazenthdemeter Zalankemen et Zemplen in Syrmi-
ensi, Beche et Bechekereky inde Toronthal, Erdsomlya inde
Crasso, necnon Vylagoswar inde Zarand Comitatibus adiacen-
tes et habite cum omnibus possessionibus porcionibus posses-
sionarijs et predijs ad ipsa et easdem spectantibus et pertinere
debentibus, necnon Tributis vblibet in eisdem exigi consuetis,
et generaliter cunctis earum utilitatibus qualitercumque appell-
latis in Jus et proprietatem perpetuam antefati domini Johannis
de Hwnyad, dicti Regni Hungarie Gubernatoris ac filiorum
eiusdem predictorum ipsorum heredes vniuersos propter dede-
cus, quod per non adimplecionem premissarum nupciarum seu
per hoc quod ea, que superius in facto dictorum sponsaliorum
et matrimonij conducta sunt ad effectum quocumque casu non
deducerentur eisdem et domui ipsorum inferri et euenire pos-
set, necnon eciam pro laboribus expensis dampnis et interesse

remanerent et remanere debeant, eo Jure, quo ipse, videlicet dominus Dezpotus et filij sui ipsas et eadem vsque modo tenuissent et possedissent in sempiternum possidende et habende, Nilque Juris dominij ac proprietatis in eisdem sibi et dictis domine consorti ac filijs filiabus et Neptibus suis vel eorum posteritatibus in hoc casu remaneat seu reseruetur, Sed omne Jus suum ac eorundem domine consortis filiorumque et proliorum (cigy !) suorum quod in eisdem habent vel haberent in ipsum dominum Johannem Gubernatorem et filios suos perpetue transferatur et deuoluatur eo facto Castellanique et Officiales ipsius domini Dezpoti ac consortis filiorumque et prolium suorum in prescriptis suis Castris Ciuitatibus Opidis Possessionibus et tenutis, videlicet Kwlpwn, Zawazenthdemeter, Zalonkemen Zemplen Beche Bechekereky Erdsomlya et Wylagoswar, ac eorum pertinencijs constituti et constituendi ac eciam in dicto Castro Munkach Ciuitatibusque et Opidis ac possessionibus Nemphy Zathmar et Azzonpataka Debreczen et Bezermen eorumque pertinencijs si interim ipsas et eadem a manibus dicti domini Gubernatoris et filiorum suorum Ipse videlicet dominus Dezpotus pro se recuperaret et reapplicaret similiter constituendi Nobiles scilicet et possessionati hungari homines, quos videlicet Hungaros et non alias ipse dominus Dezpotus et dicti domina consors ac filij et proles eiusdem in eisdem Castris Ciuitatibus Oppidis ac possessionibus et tenutis interim in Castellanos et officiales sub pretacto vinculo constituere promisisset, et tenerentur Ipso videlicet domino ac eisdem domina consorte filiisque et prolibus suis irrequisitis quibus ex nunc hoc ipsum faciendi facultatem et expedicionem de consensu et voluntate dictorum consortis et filiorum suorum dedisset et tribuisse dicta Castra Ciuitates Oppida possessiones porcionesque possessionarias predia et tributa ac tenutas ipsius videlicet domini Dezpoti dicto domino Johanni Gubernatori et filijs eiusdem aut eorum hominibus per ipsos ad id deputandis dare et assignare debeant et teneantur per eundem dominum Gubernatorem et filios suos ipsum Jure perpetuo possidenda et habenda Promisisset insuper ipse videlicet dominus Dezpotus et similiter sub vinculo pretacto se, et dictam dominam consortem ac filios

et proles suos obligasset, vt dictos suos Castellanos et Officiales nunc constitutos et in futurum constituendos ad sancta Dei Ewangelia Jurare faciet, ac ipsa domina censors et filij sui facient, vt ipso in hoc casu quo ipse et ijdem prescriptas Nupcias modo prenarrato non perficeret seu non perficerent pretaque puella si ei vita Comes fuerit in domum prefati domini Gubernatoris et filij sui pretacti, non daretur, vel dari non posset, extunc ijdem Castellani et Officiales Castra Ciuitates Oppida possessiones porcionesque possessionarias predia Tributa et tenutas ipsius domini Dezpoti antedictas, Mox prescripto festo beati Nicolai confessoris elapso ipsi domino Johanni Gubernatori et filijs eiusdem dare et assignare debeant et teneantur, Quiquidem Castellani et Officiales ipsius domini Dezpoti super redditione et assignacione eorundem in manus ipsius domini Gubernatoris et filiorum suorum fienda vigore presencium expediti sint et habeantur, Nec ijdem Castellani et Officiales propterea per ipsum dominum Dezpotum ac dominam consortem filiosque et proles suos coram Judice seculari aut ecclesiastico in Judicio debeant seu possent impediri, Hoc expresse declarato, vt si infra prefixum terminum diem scilicet festi beati Nicolai Episcopi et confessoris Jamfati Mathias filius dicti domini Johannis Gubernatoris et puella Elizabet Neptis ipsius videlicet domini Dezpoti e seculo migrauerit, extunc pretacta obligamina ratione ipsarum Nupciarum, tam scilicet in facto dictorum Castrorum Ciuitatum Opidorum possessionum et porcionum Tributorum et pertinenciarum quaque in alijs superius specificatis modo prenarrato adiecta et imposita, mox cassentur annullentur inualidaque et nullius vigoris habeantur, Obligamina tamen in facto infrascripte Amicicie vnionisque et beniuolencie vltra premissas nupcias modo subnarrato ordinate et contracte, ad eiusdem Amicicie vnionis et beniuolencie stabilitatemque semper et perpetue in earum vigoribus permaneant et robur habeant perpetue firmitatis, Preterea ipse vtputa dominus Dezpotus in ampliorem beniuolenciam et dilectionem, quam prefato domino Johanni Gubernatori et domui sue ostendere et obseruare intenderet similiter promisisset et in nostra presencia promisit eidem, hodie coram Deo celi et beatissima

virgine maria omnibusque sanctis eius quod a modo in posterum prefato domino Johanni Gubernatori et filijs eiusdem in hac vita durantibus , ac in Ipsa pollicita sibi beniuolencia vniione et dileccione permanentibus , abieco et prorsus semoto omni Rancore omni odio , omni dissensione , omni denique maliuolencie Radice et fomite , que bactenus ex quacumque causa vel quocumque grauamine , instigante vel exigente , In animo et corde ipsius videlicet domini Dezpoti vel concepte fuissent vel durassent seu permansissent , sinceram veram stabilem cordialem et perpetuam amiciciam vunionem et beniuolenciam ipsi domino Johanni Gubernatori et filijs eiusdem , necnon omnibus Nobilibus et alijs familiaribus scilicet suis cuiuscumque condicionis existant , nisi aliquis ex eisdem Nobilibus vel familiaribus suis preter voluntatem eiusdem domini Gubernatoris et filiorum suorum contra ipsum scilicet dominum Dezpotum notabiliter excederet , vel sibi aduersaretur , recto et purificato corde Ipse dominus Dezpotus obseruabit Ipseque dominus Dezpotus se ymo eciam prefatos dominam consortem et filios suos eisdem nunc presentibus et consencentibus , quanto efficiacus striccius et melius posset , ad huiusmodi amiciciam et beniuolenciam modo quo supra obseruando obligaret , sine omni dolo et fraude . Ad que omnia premissa et queuis premissorum singula per ipsum scilicet dominum Dezpotum et filios suos modo supra specificato inuiolabiliter obseruanda , et ad tollendam omnem suspicionem affuturam vltra et supra iamdicta obligamina prefatus dominus Dezpotus in hoc loco personalis sue habitacionis videlicet in Castro Zendrew in sua mera libertate , composque rationis sue , pura et vtronea voluntate , ad sancta Dei Ewangelia coram nobis presentibus eciam et auditentibus Egregijs Ladislao de Orbowa et Johanne Bak de Be-rend , familiaribus dicti domini Gubernatoris corporale prestitit Juramentum vt in casu quo ex suo proprio motu , ac studio ipsum vel dominam consortem aut filios et proles suos seu alios quoscumque premissa quod absit et Deus auertat violare contingere , nec coram domino Deo neque coram hominibus excusacionem habere valeret , sed palam et vbique periurus fidefragus et infamis reputaretur In ipsorumque periurij fidefragij

penis conuictus et tocius humani honoris et bonorum hominum consorcij expers haberetur teneretur et numeraretur Renunciando omnibus excepcionibus defensionibus et omni auxilio tam legum quam sacerorum Canonum siue Canonici vel Ciuilis Juris que sibi in contrarium premissorum vel in absolucionem a pretacto Juramento quocumque vel apud (cigy!) quemcumque principem ecclesiasticum aut secularem incumbere possent aut suffragari prefati siquidem domina Ferina censors ac Gregorius Stephanus et Lazarus filij ipsius domini Dezpoti presentes ut prefertur et coram nobis personaliter astantes premissis omnibus fassioni et dispositioni sub obligaminibus et vinculis pre-narratis consenserunt coram nobis. Inquorum omnium premissorum testimonium presentes concessimus antefato domino domino Johanni Gubernatori et filiis eiusdem literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in eadem Zendrew Sabbato proximo antefestum beati Laurencij martiris Anno domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo primo.

A bajor kir. levéltárból.

CXLVIII.

Albert osztrák herczeg Kis-Marton várát és városát minden tartozandóságaival együtt bátyjának Fridrik római királynak egy bizonyos, már lefizetett összegért örökösen eladván, hatalmat ad neki, hogy azt Eisinger Konrádtól, mint mostani zálogos birtokosától, a leteendők letétele mellett visszacállhassa, és ígéri, hogy ezen örökös eladást az illető káptalan előtt magyar szokás szerént be is vallja. Kelt Neustadtban august. 25-dikén 1451.

Wjr Albrecht von gots gnaden, Herczog ze Österreich, ze Steir, ze Kernden, vnd ze Krain, Graue ze Tir ol etc. Beken-

nen fur vns , vnd all vnser Erben , vnd tun kund öffentlich mit dem brief. Daz wir mit gutem willen , vnd wolbedachten mut, nach Rat , vnsrer Rät , zu der zeit da wir das wol getün möchten , vnser Stat genant die Eysneinstat , vnd die Burkch darinn, in dem Kunigreich Hungern gelegen , mit aller Manschafft , vnd Lehenschaft , geistlicher vnd weltlicher , darczü gehörend , vnd darczü all , Herlikait , Märkcht , dörffer , Lanntgericht , vnd Gericht , vogtteij , Mewtt , Wäld , Hölczer , Stukch , gult , nucz , Rennt , vnd Güter , zu Haws , zu Hof , zu dorff , vnd zu veld , phennig gult Traid dienst , behauste Güter , Zehennt , Purkch-recht , Perkrecht , vnd vberlennd , waid , wismad , Ekcher , weingärten , pawngärten , Teich , vischwaid , wildpenn , Gejaid , Grunt vnd Podem , vnd alles das , so zu den obgenanten Stat , Purkch vnd Herrschaft , gehöret , vnd dauon bekömen mag , gestiffts , vnd vngestiffts , gepawts , vnd vngepawts , versuchts , vnd vnuersuchts , wie das alles genant , vnd wo das jnnerhalb , oder ausserhalb , der vorgenanten Stat gelegen ist , nichts darinn ausgenomen , noch hindan gesaczt , sunder alles inbeslozen , mit allen den Rechten , so wir darauf haben , oder gehaben bieten mugen , Dem Allerdurchleuchtigisten fürsten , vnd herren herrn , Fridreichen Römischen Kunig , zuallenczeiten Merer des Reichs , Herczogen ze Österreich vnd ze Steir etc . vnserm gnedigen lieben herren , vnd Bruder , vnd seinen Erben , Recht vnd redlich , verkaufft vnd zu kauffen geben haben , wissentlich in kraft des briefs , vmb ain merkliche Summ guldein , der wir von seinen kunklichen gnaden , gancz , vnd en-vollen beczalt , vnd gewert sein . Doch also , daz der benant vnser gnädiger lieber herr vnd bruder , oder sein Erben , die von Conraten dem Eijczinger , der sij in phanndsweis , von vns , jnnhat , oder seinen Erben , losen , vmb die Summ gelts , darumb wir jm Sij versaczt haben , nach Lawtt , vnsrer brief demselben Eijczinger vormals darüber gegeben , vnd antwurttten , jn die darauf , aus vnsrer nucz vnd gewer , in jr nucz , vnd gewer , Also daz Sij die selben Stat , pürkch , vnd herrschaft , mit aller herlikait , zugehörungen , vnd gerechtkaiten , vnd allem dem , so darczü gehöret , ledigklichen , vnd freilich , jnnhaben , nuczen , vnd niesen , vnd allen jren frummen damit hanndeln , vnd tun sullen ,

vnd mügen , mit verkauffen , verseczen , schaffen , machen , vnd geben , wem Sij wellent , an vnsrer , vnsrer Erben , vnd meniklich von vnsrer wegen , Irrung vnd hindernuss vngeuerlich . Wir wellen jn auch , die vorgenant Stat , pürkch , vnd herrschafft , die Eijsneinstat , mit allen vorgeschriven , herlikaiten , gerechtikaiten , vnd zugehörungen , als vor gemeldet ist , mit Inweisen , vnd bestettung , der Chör , vnd Capitel , nach den Rechten , vnd gewonhaiten , des kunigreichs hungern , vertigen , vnd richtig machen . Teten wir abes des nicht , was Sij des dann schaden nemen , den Sij wissentlich mügen machen , den geloben wir vnd vnser Erben , bei vnsern , fürstlichen , werden , vnd worten , jn gennczlich abczetragen , vnd wider zekeren , alles trewlich vnd vngeuerlich . Des zu vrkund haben wir vnserm vorgenanten gnedigen lieben herren , vnd bruder , den gegenwurttigen brief gegeben , versigelten , mit vnserm Anhangundem Insigel . Der geben ist zu der Newnstat , an Mitichen nach sand Bartholomes tag , des heiligen zwelfpoten , Nach Cristi geburd vierczehenhundert , vnd in dem Ains - vndfünsczigistem Jaren .

Dominus dux
in consilio

A csász. kir. titkos levéltárból.

CXLIX.

Hunyadi János kormányzó nemelly Pozsony városi polgárokat és lakosokat , kik magokat a városi tanács bírósága alól kironták , annak bírósága alá visszarendelvén , meghagyja a mondott városnak , hogy azok minden ügyeiben városuk rendes szokása szerént ítélijen és járjon el . Kelt Terenyén august . 26-dikán 1451 .

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Prudentibus et Circumspectis viris , Judici , Magistro ciuium , ac

Juratis ciuibus et toti consilio Ciuitatis posoniensis salutem et fauorem. Ex nonnullorum veredicorum hominum relacionibus intelleximus quomodo nonnuli forent de vestris conciuibus et inhabitatoribus dicte Ciuitatis posoniensis, qui se a vestro Judicio et Judicatu exemissaent, vestroque Judicio et Judicatu sistere nollent, et ratione buiusmodi exemptionis, Ciuibus et inhabitatoribus iam fate Ciuitatis Posoniensis nonnulla dampna, iniurias, preiudicia et nocimenta inferrent et derogarent, et quia omnes et quaslibet Ciuitates, signanter Regales illis laudandis consuetudinibus quibus in et a temporibus Dominorum Regum use et gauise fuerunt, illese et inconcusse conseruare et manutenere volumus. Quare vestras dilectiones requirimus diligenter, nichilominusque firmiter committentes mandamus et aliud habere nollemus, quatenus a modo in antea bos et tales qui se a vestro Judicio et Judicatu exemissaent vestro sistere et parere Judicio et Judicatu compellere, ex parteque eorumdem omnem contra eos querelam iuxta dicte vestre Ciuitatis consuetudinem Judicium et Justiciam ac debite satisfaccionis complementum, signanter ex parte querulantis debite impendere et exhibere modis omnibus velitis et debeatis auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediantibus. Secus non facturi. Presentibus pro vestra vberiori cautela erga vos reseruatis. Datum in villa Therenye feria quinta proxima post festum beati Bartholomei Apostoli Anno Domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo primo.

Pozsoay városa levéltárából.

CL.

Hunyadi János kormányzó felszólítja Sopron városát, hogy a helybeli és nezideri harminczadokat, mellyeketől Guthori Nagy László és Sóvári Soos György pozsonyi várnagyok és ispánok által lefoglaltatni és Pozsony városának kézbesíttetni rendelt, annak idejében lefoglaltatni s azokban a harminczadot a pozsonyiak által szedetni engedje meg. Kelt Terenyén augustus 26-dikán 1451.

Prudentes et Circumspecti viri, tamquam amici nobis bonorandi, Tricesimas in vestra Ciuitate et in Newsidel exigi solitas et consuetas per Egregios Ladislausum Magnum de Gwthor ac Georgium Soos de Sowar Castellanos nostros Castri ac Comites Comitatus Posoniensis occupari nobis commissimns, et erga manus Ciuium et incolarum Ciuitatis Posoniensis assignari. Quare ipsas vestras amicicias requirimus presentibus diligenter, quatenus acceptis presentibus, dum per iam fatos nostros Castellanos et Comites ipse Tricesime occupantur, easdem occupare, ac ipsis Ciuibus ipsas pacifice exigere et exigi facere permittatis ob nostrum amorem et complacenciam singularem. Datum in villa Terenye feria quinta proxima post festum beati Bartbolomei Apostoli. Anno Domini Millesimo Quadragesimo Qinquagesimo primo. Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator.

Kivülről: Prudentibus et circumspectis viris Judici, Juratis, ceterisque Ciuibus et incolis Ciuitatis Soproniensis tamquam amicis nobis honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CLI.

Hunyadi János kormányzó Pozsony városa panasza következtében meghagyja Rozgonyi Rajnáld székelyek ispánjának, hogy saját birtokaiban a pozsonyi polgárokat vagy azok jószágait, bárki kérelmére s bármelly leveleikre tekintet nélkül, letartóztatni vagy háborítatni s károsítatni ne bátorodjék, sőt azoknak netalán eddig letartóztatott vagyonait is ereszse szabadon, minden követelőket a törvény rendes utjára utasítan. Kelt Terenyén august. 26-dikán 1451.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Magnifico Domino Raynoldo de Rozgon Comiti Siculorum Salutem cum honore. Exponitur nobis in personis uniuersorum Ciuium et hospitum Ciuitatis Posoniensis, quomodo nonnulli forent homines diuerse condicionis et signanter prouidus Gremberger qui cnm quibusdam literis nostris et alijs ad id diuersis adiuentis cautelis, nonnullas res et bona eorum in vestris tenitis et possessionibus plurima vice simul cum personis eorum arestacione detinere niteretur, cum hos ipsos exponentes plurimum damnificare vellet, in iurium et libertatum ipsorum derogamen valde grande. Cum tamen nos fide nostra firma ipsis permiserimus vt ipsi cum omnibus rebus et bonis eorundem Secure et absque aliquali arestacione hinc inde procedere valeant, pro eo vestram Dominacionem presencium serie attentissime requirimus et rogamus, quatenus a modo in posterum annotatos Ciues et hospites dicte Ciuitatis Posoniensis, vei alterum eorum, seu res et bona ipsorum ad quorumcunque et signanter dicti Gremberger instanciam non obstantibus quibuscunque literis nostris cuipiam datis vel dandis in hac parte, nec obseruata aliqua cautela, in vestris tenitis et possessionibus arestacione detinere seu eos quouismodo perturbare et damnificare nullatenus presumatis, neque sitis ausi modo ali-

quali , imo si fortassis res et bona eorum aliquando arrestasse-
tis , eadem libere permittatis. Si autem qui quascunque accu-
saciones vel quesiciones contra prefatos Ciues et hospites di-
cte Ciuitatis Posoniensis babuerint , bij id in presencia eorum
dem Judicum , aut nostri, seu Tauernicorum Regalium Magistri
presencia , iuridice prosequantur contra eosdem , ex parte quo-
rum Judicium et iusticiam administrabimus , dictante Juris
equitate. Aluid ergo non facturi , Presentibus perlectis exhi-
benti restitutis. Datum in villa Terenye feria quinta proxima
post festum beati Bartholomei Apostoli Anno Domini M-o CCCCL
primo.

Pozsony városa levéltárából.

CLII.

*Albert osztrák hercseg , miután bátyja Fridrik római ki-
rály őt az örökösen eladt Kis-Marton városa, vár és tarto-
zandóságai iránt a káptalan előtti bevallástól fölmentette volna,
fejedelmi szavára igéri , s kötelezi magát , hogy , ha az említett
város és vár iránt valami kérdések és igények merülnek fel ,
Fridrik római királyt , mihelyest általa felszólíttatik , tanácsá-
val és tetilegesen segíteni fogja , csak úgy , mint ha a dolog
őt magát illetné. Kelt Neustadtban augustus 27-dikén 1451.*

Wjr Albrecht von gotes gnaden Hertzog ze Österreich ze
Steir ze Kernden vnd ze Krain Graue ze Tyrol etc. Bekennen
für vns vnd vnser erben vnd tun kund öffentlich mit dem brief
Als wir vns gegen dem Allerdurleuchtigisten fürsten vnd her-
ren hern Fridreichen Römischen künig zu allen zeiten merern
des Reichs. hertzogen zu Österreich ze Steir etc. vnserm gne-
digen lieben herren vnd bruder in dem kaufbrief so wir seinen
küniglichen gnaden über die Eijsneinstat gegeben vnder annderm

verschrieben haben solhen kauff mit den Chörn vnd Capitel nach den Rechten vnd gwonhaiten des Künigreichs vngern zeuertigen vnd richtig zemachen, vnd vns darinn chains scherms fürstannds noch gwerschafft verfanngen haben nach dem vns des sein küniglich gnad gütlich begeben hat yedoch so globen vnd versprechen wir demselben vnsern gnedigen lieben herren vnd bruder bey vnsern fürstlichen werden vnd worten in krafft des briefs ob seinen küniglichen gnaden an der obgennanten Stat vnd jrer zugehörung icht Irrung beschehen oder anspruch auferstünden von vem das wer, daz wir seinen küniglichen gnaden so wir darumb ersucht werden, darinn hilff Rat vnd beystannd tun vnd beweisen wellen nach vnserm vermügen, in aller mass, als ob vns die sach selber antreff, trewlich vnd vngeuerlich. Mit vrkund des briefs, Geben zu der Newenstat an freitag nach sand Bartholomes tag, Nach Crists geburd viertzehenhundert, vnd in dem Ainsvnd fünffzigistem Jaren.

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CLIII.

Albert osztrák herczeg, miután bátyja Frédrik római király öt a neki örökösén eladott Fraknó és Kobold várai és tarozandóságaira nézve a káptalan előtti bevalldástól fölmentette volna, ezen várakra nézve is elvállalja a szavatosságot. Kelt Neustadtban august. 27-dikén 1451.

Wir Albrecht von gotes gnaden Herzog ze Österreich ze Steir ze Kernden vnd ze Krain Graue ze Tijrol etc. Bekennen für vns vnd vnser erben vnd tun kund offenlich mit dem brief, Als wir vns gegen dem Allerdurleuchtigsten fürsten vnd Herren Hern fridreichen Römischen kunig zu allen zeiten merern

des Reichs Hertzogen ze Österreich ze Steir etc. vnserm gnedigen lieben Herren vnd bruder in dem Kaufbrief so wir seinen kuniglichen gnaden über den vorchtenstain vnd Kobeldorf gegeben, vnder anderm verschriben haben solhen Kauff mit den Chorherren vnd Capitel nach den Rechten vnd gewonhaiten des Kunigreichs vngern zeuertigen vnd richtig ze machen vnd vns darinn chains scherms fürstannds noch gwer-schafft verfanngen haben nach dem vns des sein küniglich gnad gütlich begeben hat, yedoch so globen vnd versprechen wir demselben vnserm gnedigen lieben Herren vnd brüder bey vnsern fürstlichen werden vnd worten in krafft des briefs ob seinen küniglichen gnaden an den obgenanten Geslossen vnd Iren zugehörungen icht Irrung beschehen oder anspruch auferstünden von wem das wer daz wir seinn küniglichen gnaden so wir darumb ersucht werden darinn Hilff Rat vnd beistantnd tun vnd beweisen wellen nach vnserm vermügen in aller mass als ob vns die sach selber antreff trewlich vnd vngeuerlich. Mit vrkünd des briefs Geben zu der Newenstat an freitag nach sand Bartholomes tag Nach Crists gebürd vierczehenhundert vnd in dem Ains vnd fünfczigistew Jaren.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CLIV.

Hunyadi János kormányzó az országos tanácsossal Budán hozott határozata következtében Pozsonyba országgyűlést hirdetvén, meghagyja Szabolcs megyének, hogy kebléből két vagy három előkelőt köretül választván, ezeket e levele keltétől számítandó üzenöt nap alatt Pozsonyba küldeni el ne mulaszza. Kelt Budán január 29-dikén 1452.

Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. Egre-gijs et nobilibus viris vniuersitati Nobilium et alterius cuiusuis

status possessionatis hominibus, Comitatus de Zabolch salutem cum fauore, Notificamus vobis, quod cum omnibus illis dominis prelatis et Baronibus Regni, cum quibus in presentiarum in hac Ciuitate Budensi conuentionem fecimus et tenemus, maturo et sano ad Id ipsorum concurrente consilio deliberaimus ymmo omnino decreuimus cum eisdem, ad Ciuitatem Posoniensem Iterum proximo accedere et Illinc denuo debere connenire, pro honore et vtilitate Serenissimi domini Regis Ladislai, de pacifico et tranquillo statu Regni, procurandis, banc siquidem procurementis et sollicitacionis incumbentem materiam, absque ceterorum et potiorum virorum, per vos communiter electorum pluralitate ex quo res ipsa vestram vniuersitatem, nonminus quam nos, et pretactos dominos prelatos et Barones, tangit, nolentes aliquatenus prosequi et expedire, Et pro tanto, vestram Rogamus et Requirimus vniuersitatem, quatenus sicuti Bonum commodum et vtilitatem dicti domini nostri Regis, et tranquillum, ac pacificum statum Regni adoptatis, de quo certi sumus, Ita et aliud facere nolentes, quin ad Quintumdecimum diem datarum presentium duos vel tres, ex vobis potiores, eligendo, cum plena potestate et auctoritate in ipsam Ciuitatem Posoniensem, ad nos ceterosque dominos prelatos et Barones, transmittere velitis, vt istorum virorum eligendorum pluralitate, et consilio concurrente, Id quod magis expediendum fuerit in premissis sumopere, cum eisdem studeamus perficere et adimplere, Secus non facturi, Datum Bude die dominico proximo ante festum purificacionis beate Marie virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Hátán : Zabolch.

Az eredetiből Érdi küzléséből.

CLV.

Hunyadi János kormányzó értesíti a brassaiakat , hogy Magyarország és a török szultán közt némelly keresztyén fejedelmek közbenjárására három évi béke kötötött , melly békébe Ulászló havasalföldi vajda is foglaltatik , ugy hogy Magyarországból ellene semmi támadás ne intézessék ; minthogy pedig köz hír szerint a Magyarországon tartózkodó Wlad , Drakul vajda fia , az ő tudta és híre nélkül Ulászlót meg akarja támadni : ezen esetre meghagyja a brassaiaknak , hogy neki szálást ne merjenek adni , sőt inkább fogják el , vagy verjék ki védükkből . Kelt Budán febr. 6-dikán 1452.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Prudentibus et Circumspectis Judici , Juratis Ciuiibus ac toti consilio Ciuitatis Brassouensis Salutem cum fauore , Vestris innoteseat dilectionibus quod inter Regnum Hungarie et nos ac inter Imperatorem Thwrcorum per medium certorum principum pacis trewga pro integrorum trium annorum spatio post festum — — — assuturorum est firmata , ad quam trewgam etiam Illustris Princeps Wladislaus Wayda partium Transalpinarum est inclusus. Ita quod nos de hoc Regno Hungarie contra ipsum Wladislaum Waydam nullam potentiam suscitar et in ipsum mx'— — — vires agredi permittemus , hunc enim vt percepimus Illustris Princeps Wlad filius quondam Drakwl Wayuode , qui nunc hic apud nos existit , contra ipsum Wladislaum Wayuodam sine scitu et voluntate nostris fortasse se opponere intendit. Ideo si per illas partes prefatus Wlad contra iam fatum Wladislaum Wayuodam ad nocendum sibi ad dictas partes Transalpinas intrare voluerit , extunc serie presentium similiter precipientes mandamus vobis , quatenus eidem Wlad in eisdem vestris partibus nec hospitium , sed nec descensum dare , quin potius captiuare et de eisdem partibus expellere

debeatiss , vt prescripta in suo statu roborato infra tempus prenotatum nostri ex parte inuiolabiliter obseruetur. Et quia prefatus Wlad de partibus Moldawie ad fidem nostram erga nos venit , ob hoc eundem per vestram eadem sub fide prenotata per certos homines nostros salue conduci faciemus. Secus igitur in premissis non facturi. Datum Bude in festo beate Dorothee virginis anno Domini Millesimo quadragesimo secundo.

Brassó városa levéltárából.

CLVI.

Magyar- és Osztrákhon Bécsben összegyült karai és rendei előre bocsátják, hogy eddigelő Fridrik római királyt számtalanstor de sikeresen szólíták fel közös fejedelmök László, a szent korona, és a két országnak különböző helytelen ürűgyek alatt letartóztatott várai és urodalmai visszaadása iránt; és minthogy ezt most még egyszer és utoljára megtenni elhatározták: felszólítják a pápát, miként a nála megfordulandó római királynál vesse magát közbe igazságos kéréseik teljesítése iránt, a megtagadásból következhető minden kedvettenségekre nézve a felelet terhét magokról elhárítván. Kelt Bécsben, martius 7-dikén 1452.

Beatissime pater et domine Domine noster metuendissime post pedum vestrorum oscula beatorum ad sopiendas tot turbines malorum leuandosque dolores quibus hec dominia inclitissimi principis et domini nostri naturalis ac communis Domini ladislai regis Hungarie bohemie ducis Austrie etc. His sue infantie seu potius absentie temporibus pene ad lapsum usque adlacessita sunt et pro quibus hucusque omnis labor noster vel parum utilis vel inefficax extitit efficacissimum videbamus

21*

solamen et remedium honorem libertatem et potentiam desiderata
 tamque faciem ipsius domini et regis nostri in quo solo tot
 dissensionibus et differentiis finem et modum statui posse vide-
 mus. Quare literis sepius magna instancia per Serenissimum
 dominum Romanorum Regem cum centies nobis reddi petierim-
 ens eum non solum hactenus dare negauit, Quinimo nobis ab-
 reptum ad longinas vias et filas secum abduxit pronicias in
 quibus propter incommoditatem aeris et laborem itineris tenere
 etati periculum verosimiliter inpendet Sicque non solum ipsum
 regem nostrum sed secum honorem nostrum pacemque pres-
 sos ac fere captiuos tehet. His ergo causis urgentibus et nihilominus
 necessitate amisse pacis coacti generalem his diebus
 Congregationem ex his dominiis hic Wienne tamquam loco
 medio et communiter pariter cum illustri principe domino Ul-
 rico Comite Cilie ac dominis Marchionatus Moraie nonnullis
 etiam Baronibus de bohemia celebravimus, In qua de his et
 aliis minoribus negotiis conferentes unanimiter decreuimus nos
 sicut nec posse ita neqne velle amplius predicti domini nostri
 tollerare absentiam, Quinimo omni via qua possumus cum ho-
 nore enim habere intendimus. Ne autem in ea re quam tanto-
 pere hucusqne prosecuti sumus adhuc jndicemur precipites
 omnia priusqnam armis experiri volumus Et ab hoc adhuc ac
 una et postrema vice per solemnes ambasiatores nostros ipsum
 dominum Regem Romanorum interpellandum duximus de re-
 stituendo domino nostro predicto cum corona sacra ac castris
 et bonis regni Ungarie et ducatus Austrie que omnia colorata
 qnadam et ineffaci ratione imo contra debitum et proprias
 suas inscriptiones tenet, Cum igitur S. V. et auctoritate et pie-
 tate his rebus nostris adjumento fore et possit et debeat velit
 eadem regem predictum ad id regere et dirigere ut tam justis
 imo necessariis nostris desideriis clemens ut debet condescen-
 dat, quod si non fecerit conquerimur S. V. et protestamur co-
 ram eadem de tam grandi et periculosa nostra et harum ter-
 rarum injuria, intendimus sicut nec aliud facere necessitate
 urgente poterimus Dominum nostrum predictum cum Corona
 et Castris omnibus viis oportunis eripere de manibus violenter.
 In quo si quidquam novarum turbarum cedisque ac sanguinis

effusio eruperit ea ipsa necessitas que nobis hec et talia ex-
periundi invitatis incumbat nos omni nota ac delicto vacuos co-
ram deo et S. V. facile patitur declarare. Non enim ad hec
aliquo vindicte tipo aut vano injuriandi impetu movebimus sed
in his omnibus que acturi sumus pleno jure et justitie nostre
fundamento innitemur prout ista omnia et plura alia ad hec
oportuna S. V. plenius referent titulati Ambasiatores et nuncii
nostris quos veluti indubios negotiorum ac intencionis nostre
relatores et audiri et exaudiri per S. V. summopere exoptamus,
quam Deus conservet feliciter ad vota sua et omnium nostrum.
Presentes autem Sigillis Communitatuum videlicet Regni hunga-
rie ac Ducatus Austrie fecimus consignari. Datum Wienne in
die Conventionis nostre die septima Mensis Martii anno Domini
1452 (1452).

Egy régi másolat utáu Jancsó gyüjteményében.

CLVII.

*A magyar és osztrák, Bécsben összegyűlt karok és ren-
dek fenyegelések közt felszólítják Fridrik római királyt, hogy
közös fejedelmöket Lászlót, a magyar szenátus koronát, és mind a
két ország letartóztatott várait és urodalmait adja ki. Kelt
Bécsben mart. 7-dikén 1452.*

Serenissime princeps etc. (úgy, mint az előbbi a változta-
tandók változtatásával e szavakig: eum habere intendimus).
Cum igitur Serenitas Vestra pacis et justiciae amatrix et sit et
esse debeat precamur velit cadem dominum nostrum predi-
ctum et cum eo pacem nostram cum corona regni Hungarie ac-
castris ejusdem et ducatus Austrie nobis ut debet restituere
satissaciendo in hoc justitie et honori suo. Nam si aliud fecerit
quod nou speramus cogemur aliis viis omnibus oportunis Do-

minum nostrum predictum ac Coronam et Castra predicta nunc e manibus violenter eripere , ut hec et alia plura tales nostri ambasatores et nuncii nostri Serenitati Vestre referent quibus Serenitas Vestra plenissime credere potest etc. Datum Wienne in die Conuentio[n]is nostre die septima Mensis Martii anno Domini 1452.

Egy régi másolat után Jancsó gyűjteményében.

CLVIII.

A Bécsben összegyült magyar és osztrák karok és rendek tudósítják Horvátországot , miszerint Bécsben Cillei Fridrik és Ulrik grófokkal és némelly morva s cseh urakkal közös fejedelmöknek Lászlónak , Fridrik német király kezeibőli kiszabadítása iránt tanácskozván , mindenek előtt egymással közös urok és országaik békéjének érdekében védszövetséget kötöttek , s mielőtt urok kiszabadítását fegyverrel kísértenék meg , Fridriket még egyszer s utoljára törrényes kérések teljesítésére felszólítani , a pápa közbenjárását pedig kikérni határozák ; melly lépéseknek ha kivánt sikere nem lenne , készek jogaiakat fegyverrel is kivonni . Felszólítják tehát Horvátország közönségét , hogy , ha kivánságuk megtagadatnék , azonnal velük együtt készek legyenek urok szabadságának és mindnydjok javának s békéjének kivirására ; egyszersmind felszólítják azt , hogy e levelet , annak mását mindenütt megtartalva , megyenként köröztessek . Kelt Bécsben mart. 7-dikén 1452.

Prelati Comites Barones Proceres Milites Nobiles ac Ciues et Comitatus Regni Hungarie ac Ducatus Austrie nunc Vienne constituti vniuersis et singulis Nobilibus et alterius cujusvis status et condicionis possessionatis hominibus regni Croatie Salutem. Quam multis laboribus expensis et fatigiis quoque

practicis de eliberando Serenissimo rege et principe domino nostro naturali et communi ladislao rege hungarie et duce Austriae etc. de manibus domini Regis Romanorum ac de pace et quiete Regno hungarie ac huic ducatui et nobis omnibus paranda hactenus per nos et alias diligenter actum et tractatum extitit bene nostis, Sed quia nil aut parum per ea utilitatis et voti nostri consecutum pro eo his diebus habito mutuo consensu cum illustribus principibus domino friderico et udalrico Comitibus Cilie Boemis et dominis de Moravia hanc presentem congregacionem generalem Viennensem celebravimus vbi cum dictis dominis Comitibus Bohemis et Moravie super his rebus et alijs tamquam communibus pari diligentia conferentes ante omnia que inter dominia Domini nostri regis pace durabili confecta mutuaque colligacione et compromissionibus ad adjuvandum nos invicem factis dominum nostrum regem predictum cum quo et pacem et honorem nostrum simul captos judicavimus per omnes vias et modos recuperare disponentes pari voto et labore, verum ne id quod in hac parte actum fuissest precipitanter belli labore queramus deliberantes in primis solemnes Ambasiatores mittere ad ipsum dominum Romanorum regem ad repetendum pacem ordinem pretactum dominum regem nostrum ladislaum vnam Corona sua et metis regni occupatis et deinde etiam ad Sanctissimum dominum nostrum pontificem cum protestatione super hoc communiter facienda, Quod si sic vota nostra consequi possumus bene quidem alioquin conclusum habemus etiam aliis modis et si necesse fuerit armis ipsum dominum nostrum ac coronam et metas predictas e manibus dicti Regis Romanorum eripere omni modo. Quapropter universitatem vestram et fraternitatem requirimus quatenus in casu quo dictus noster dominus pace quesitus nobis abnegabitur et si pretacti Ambasiatores nostri non cum relatione optata reverterentur extunc statim nobiscum et cum dictis Comitibus Cilie Bohemis ac Moravis iter facientibus ad servitia dicti domini nostri regis parati esse velitis et agere ea, que libertatem domini nostri predicti et jus et utilitatem et pacem omnium nostrum concernunt ac honorem prout ad hec ex debito fidelitatis unusquisque vestrum obligatur. Secus non facturi.

Requirimus nihilominus vos ut ad quemcumque Comitatum supractatis — — — existentem presentes litere perveniant ibique copia earundem retenta ipsas in specie ad alium vobis vicinum Comitatum et deinde ad alias singulos — — — Presentes autem Sigillis Communitatum nostrorum videlicet Hungarie et ducatus Austrie fecimus consignandas. Datum Wienne predicta feria tercia proxima post Dominicam reminiscere miserationum Dei Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Egy régi másolat szerint Janosó gyöjtéményében.

CLIX.

Az ország főpapjai, zászlói és előkelői mindenkorban előadják, miszerint ők Cillei Ulrik gróffal és tótországi bánnal, és az osztrák s némelly cseh és morva rendekkel László királynak Fridrik római király kezeiből kiszabadítása iránt meggyezvén, ennek következtében Kassa, Lőcse és Bártfa városok Giskrától eltávolítottak, mely városokat ők ezennel minden Giskra iránti kötelezettségtől feloldoznak s védelemüket és korányukat László királynak az országba jöveteléig Cillei Ulrik grófra bizzák. Kelt Bécsben martius 8-dikán 1452.

Prelati Barones Nobiles et Proceres Regni Hungarie vniuersi. Fatemur et recognoscimus quibusunque has nostras literas inspecturis. Memorie commendantes. Quod ex quo per certi temporis spatium hijs diebus esfluxis, cum Illustri Prineipe Domino Vlrico Cilie Ortenaburge, Zagorieque Comite ac Regni Sclauonie Bano etc. necnon conpluribus Regni Bohemie, Ducatus Austric et Marchionatus Moravie Comitibus, Baronibus, Ambasiatoribus, Consiliarijs et Ciuitatensibus in facto eliberationis Illustrissimi Principis et Domini nostri et eorundem

Regni et Dominiorum Domini naturaiis Regis Ladislai, atque ipsius de manibus Serenissimi Ducis et Domini Friderici Romanorum Regis semper Augusti etc. rehabicione, in hac Ciuitate Wiennensi diuersis insistendo laboribus, ad certain deuenimus tractatum maturam vunionem. Post quorum quidem conclusio-nem, Nos cum prefato Domino Comite Vlrico et ipse nobiscum, in omnibus et singulis dicti Regni Hungarie factis et negocijs pro honore et vtilitate ipsius Domini nostri Regis Ladislai no-stri ad scitum et voluntatem disponendis et ordinandis, pro vna mutuo hincinde assumpsimus et assumpsit stare persona, Cuius respectu famosi et circumspecti Judices et Jurati ac Com-munitates Ciuitatum Casscha, Lewcza, et Barthfa protunc no-biscum congregati vestigia nostra sunt sequi, presertim vt ab obediencia et assentencia Domini Johannis Gyskra, quem con-dam Serenissima Princeps Domina nostra Elizabeth Regina Hun-garie felicis memorie ac cum ea ipso Dominus Comes Cilic eisdem Ciuitatibus Capitaneum statuit et recommendauit, attento maxime quod idem Johannes Gyskra limites et inscriptiones certarum literarum Regno Hungarie et nobis datarum, pro quarum obseruacione ipse Ciuitates se obligauerant, trans-gressus est et excessit, — — — — — et deinceps essent subportati, nostro ex consensu scitu et voluntate. Nunc autem cum ipse Dominus Gyskra in vniuersis et singulis suis articu-lis et querelis in prefata congregacione contra et aduersus Regnum Hungaric et nos per eum et suos supportatis et pro-ductis rite et patenter est et sit per se culpabilis et legitime conuictus. Ideo vt prcfate Ciuitates pro sua conseruacione et maioris pacis amplectacione se antelato Domino Comiti Cilie, ad quod se adintromittendum eundem diligenter rogauimus, honorifice submiserunt et ipse eosdem usque ad preacti Do-minii nostri Regis Ladislai in Regnum suum Hungarie introitum, in suam singularem recepit et acceptauit Gubernacionem et defensionem juribas et libertatibus eorundem somper saluis remanentibus et illesis. Nobis per omnia placet et bene conten-tamur annuimusque admittimus et per presentes conscientiose consentimus. Harum nostrarum literarum et quarum Sigillum Generale Regni est subimpresso vigore et testimonio medi-

antibus. Datum Wienne feria quarta proxima post Dominicam Reminiscere. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Kassa városa levéltárából.

CLX.

Miklós pápa Fridrik római császár kérelméről megengedi neki, hogy még egyházi tilalom alatt lévő helyen is szabad legyen neki nyílt ajtók mellett, azonban a fenyíték alatt lévők kirekesztésével, harangszóval vagy a nélkül, a maga és kisérői jelenlétében misét szolgáltatni, a mennyibenő vagy kisérői okot a tilalomra nem szolgáltattak. Kelt Rómában martius 22-dikén 1452.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum Imperatori semper Augusto Salutem et apostolicam benedictionem. Eximie tue deuotionis sinceritas promeretur, ut votis tuis in hijs presertim que ad tue salutem anime cedere ualeant quantum cum deo possumus fauorabiliter annuamus, Tuis itaque deuotis supplicationibus inclinati Serenitati tue auctoritate presencium indulgemus, ut si forsitan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis etiam apertis Januis, excommunicatis tamen et interdictis exclusis pulsatis uel non pulsatis campanis alta uel submissa uoce prout discretioni tue uidebitur in tua et obsequentium tibi et aliorum quos ad hoc admittendos decreueris presentia Missam et alia diuina officia facere celebrari, dummodo tu uel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi uel illis contigerit specialiter interdici. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpe-

rit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragesimoquinquagesimoprimo, Vndecimo Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno Sexto.

Pe. de Noxeto.

Gratis pro persona domini
Imperatoris.

L. de Naznia.

A csász. kir. titkos levéltárból.

GLXI.

Miklós pápa Fridrik német király kérelme következtében megengedi neki, hogy örökös tartományaiban, hol az eddigi gyakorlat szerint néha ő s ősei leányaik kiházasítására, vagy más szükségeikre az egyházi személyektől pénzgyűjteményt szedtek, ezentul is mind ő mind örökösei az egyháziaktól, az illető megyés főnök megegyezése nélkül is, hasonló pénzbeli segedelmeket követelhessenek. Kelt Rómában martius 22-dikén 1452.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum Imperatori semper Augusto Salutem et apostolicam benedictionem. Que iura prohibent quandoque necessitatis casus indulget, et que ex pia causa negantur respectu congruo ut utiliora succedant fauorabiliter tollerantur. Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod in Terris tui hereditarij dominij de diocesanorum

locorum consensu personis ecclesiasticis nonunquam Collecte siue contributiones et subsidia tibi et progenitoribus tuis pro maritandis pueris et pro incumbentibus uobis negotijs perferendis prestanda , necessitate suadente imponi ac solui et prestari consueuerunt , Quare nobis bumiliter supplicari fecisti , ut cum huiusmodi casus id rationabiliter requisierint , tu et heredes tui similes Collectas et contributiones siue similia subsidia a Clero dominij huiusmodi exigere et recipere possitis etiam si ad id diocesanorum eorundem assensus non accesserit uobis gratiouse concedere de benignitate apostolica dignaremur , Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati Serenitati tue et eisdem heredibus ut huiusmodi necessitatis tempore Collectas et subsidia moderata iuxta taxam uel consuetudinem antiquam a Clero et Prelatis prefati tui dominij recipere et exigere etiam diocesanorum predictorum ad id non accedente consensu libere et licite possitis tibi et eisdem heredibus auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei casu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragesimoquinquagesimoprimo Vndeclimo Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno Sexto.

Pe. de Noxeto

Gratis pro persona domini Imperatoris

L. de Narnia

A csász. kir. levéltárból.

CLXII

Hunyadi János kormányzó tudósítja Brassó városát a magyar, osztrák, cseh és morva rendek között Bécsben a mult napokban László királynak a Fridrik német király kezeiből kissababítása ügyében költött szövetségről, valamint arról is, hogy Wladot, Drakul volt havasalföldi vajda fiát, az országból Moldrába kiutasította; végre némelly szolgái nejeinek általok rabszolgaságba történt adatása következtében annak komolyan megprancsolja, hogy semmi keresztyén személyt az országból rabszolgaságra adni ne merészelen. Kelt Szakállos-Pászthón martius 30-dikán 1452.

Prudentes et Circumspecti, Nobis amici honorandi. Noueritis quod nos ac ceteri Domini Prelati et Barones Regni Hungarie in proxime transactis diebus qualem fecimus congregacionem in ciuitate Viennensi, vbi Dominus Comes Cilie ac domini prelati et Barones Australes, Bohemi et Moraui necnon multi alij Principes interfuerunt, cum quibus firma et ratissima fecimus stabiliuimusque et firmauimus obligamina, inter ceteraque disposuimus, quodsi dominus Rex Romanorum Serenissimum Principem Dominum Ladislauum Regem Hungarie, dominum nostrum naturalem reddere nolit etiam per vim et concitam, ab ipso domino Romanorum Rege eundem vnanimiter rehabere volumus, preterea quia Illustris Princeps Wlad Wayda filius Drakwl Wayuode, aput nos ad nostram stetit fidem, ipseque ad nostra non placuit per amplius seruicia. Ideo nos eundem abire fecimus et non per illas partes, sed per terram Moldawie, quia nolumus quod aliqua nocumenta a vestris partibus ad terram Transalpinarum committantur. Ceterum quidem audiuiimus quod uxores illorum, qui nobis seruierunt videlicet Nyak et aliorum a vobis more captiuorum expeterentur, non decet enim aliquem captiuum de Regno Hungarie ad exteras

dare naciones. Ideo vobis firmissimis nostris damns in manda-
tis quatenus neminem Christicoram et presertim uxores illorum,
qui nobis grata exhibuerunt seruicia ad captiuitatem dare de-
beatiss. Secus non facturi. Datum in Zakalospazthoh, feria
quinta proxima ante Dominicam Ramispalmarum Anno domini
M-o CCCCL secundo.

Johannes de Hwnyad
Regni Hungarie Gubernator.

Commissio propria domini Gubernatoris.

Brassó városa levéltárából.

CLXIII.

Podiebrád György Csehország kormányzója előadodán,
miszerint Giskra Jánosnak, László király kapitányának, tudó-
sításból értesült arról, hogy az eddig hozzá hű Kassa, Lőcse
és Bártfa városok legujabban tőle elpartoltak, felszólítja Kör-
möcz városát, hogy közbenjárása által eszközölje az ezen vá-
rosok és Giskra közt támadott egyenelleniségek megszüntelését.
Kelt Podiebrádon junius 14-dikén 1452.

Amicabiliter beneplacitis predictis prouidis viris. Nuper ad nos, ceterosque Barones et Indigenas Regni huius per Generosum Dominum Joannem Giskram de Brandis peruenit aduersus circumspectos Cassouienses, Leucenses es Barduenses Ciues obprobiosa querela, quomodo sibi discriminosis annis tamquam Capitaneo Serenissimi Principis et Domini Domini Ladislai Regis ex commissione sue Genitricis recolende memorie Domine Elizabethe Regine adherentes, pro hac vice ab ipso recesserunt, et quod exinde turbulente in Regno vestro

Unicalline Beneplacitie prescriptis promisi vni Super dñ nos teceros q Baronies et Proprietas Regni q
 per Generalem Dñm Johannem Bisfray de Brandonis permitt aduersus diversos dassonvles tenaces et
 et si suu patet + mediate repera disponione
 tale contraria lassallion effecti forciam dñ q Regni Bisfray
 & zalt prefate in dñ Bisfray sumane fideliter faciatib non em nobis vno cu p'malit' d'vntibus ab
 gefino Geom
 Regni S'c'nt' et d'vndib'z
 Regni C'ob'nie & B'rn'or

exreuerunt demoliciones , de quibus inuiti audientes , non modice condolemus. Ceterum prenotatus Dominus Joannes Giskra de constanti sibi adhesione vestra nobis insinuauit , gratias vobis multimodas referendo , quod et auribus nostris tanta vestra probitas grata bunde insonuit. Sed ex quo nomen bonum preualet ungenta preciosa laudabilisque fama et post mortem acquirit gloriam euaternam , gaudenter prefatos Ciues in prenotata Domini Giskre querela fore innoxios videremus et si fieri potest vt mediante vestra interposicione talis controuersia laudabiliter effectum sortiatur , Dominoque Regi Ladislao vestro coronato , secundum disposicionem Regine Domine Elisabeth prefate , cum Domino Gyskra simultanee fideliter faciatis , secus enim vobis vnacum prenotatis Ciuitatibus aliquid calumniosum ac dishonestum penitus faceremus. Datum Podiebrad feria quarta ante festum Sancti Viti , Anno domini milesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Georgius de Cunstat et de Podiebrad Regni Bohemie Gubernator.

Kiváló: Honorificis ac prouidis viris , Consuli , Judici et ceteris Juratis Ciubus Ciuitatis Crempniczia.

Körmöcz városa levéltárából Czech János által.

CLXIV.

László, Hunyadi János vajda fia, Pozsony városának ajánlja Ausumporth budai polgárnak adóssági ügyét egy pozsonyi polgár ellen, melytől előtte folyamatban van, kérvén, hogy a mondott fölperest kebelében sokáig ne tartóztassa, hanem pörét minél előbb ítélezze el, miután atyjának és az országnak rá Budán igen nagy szüksége van. Kelt Budán juliust 3-dikán 1452.

Ladislaus Johannis
Wayuode de Hunyad

Prudentes et Circumspecti Viri, nobis grate dilecti. Quia Circumspectus vir Ausumporth Ciuis Budensis quendam Conciuem vestrum pro certis debitibus coram vobis in causam attraxerit, pro eo vos presentibus requirimus diligenter, quatenus statim et in continentि visis presentibus ipsi Ausumporth ex parte vestri concivis sibi obligantis omnimodum justitie complementum impendere debeatis Justicia mediante Nec ipsum Ausumporth ibi tardare faciatis quoniam ipse Domino Genitori nostro ac toto huic Regno hic multum necessarius est, Secus non facturi Scriptum Bude secundo die festi Visitacionis beate Marie Virginis gloriose Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Secundo.

Kevülről: Prudentibus et Circumspectis Viris Judici et Juratis Civibus Ciuitatis Posoniensis nobis grate dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXV.

Hunyadi János kormányzó felszólítja Pozsony városát, hogy Kázmér lengyel királynak Ulrik, Cillei grófhoz Bécsbe ügyekező követeit Wathi Mihály pozsonyi grófi utasítása szerint, ki azokkal az ő parancsából Cillei grófhoz megy, tisztességesen és illendően fogadja, s emberei által Bécsbe kísértesse; továbbá felszólítja azt: küldjön egy polgárt az említett Mihály gróffal Bécsbe, ki ott az ő részére tizenkét hordó pléhet vásároljon, mellynek ára a pozsonyi harminczadnak őt illető jöredelmebe lesz tudandó. Kelt Budán september 3-dikán 1452.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Prudentes et circumspecti viri tamquam amici nobis dilecti. Ecce accendent versus Viennam ad Illustrem Dominum Comitem Cilie — — — notabiles et solempnes Ambasiatores Domini Kazmiri Regis Polonie etc. Quapropter petimus vos fauorabiliter, imo eciam committimus, quatenus dum prefati Domini Regis Polonie nuncij in vestram Ciuitatem peruererint, extunc eosdem ob honorem ac vtilitatem Regni Hungarie et nostri ac eciam vestri, iuxta informacionem Egregij Michaelis de Wath Comitis nostri Posoniensis, qui cum eis ad dictum Comitem Cilie ex nostro mandato debite proficiscitur, honorifice et fauorose suscipere et tractare, eisque vt dcet honorem fauoremque et placenciam facere, ac tum ipsos cum vestris hominibus ad dictam Ciuitatem Wyennam sequi et conducere velitis et debeat. Nichilominus cum prefato Michaele Comite ad eandem Ciuitatem Wyennam vnum vestrum conciuem transmittatis, qui ibidem nobis duodecim lamyna Tonellarum seu vasculorum, in qualibet Thonella seu vasculo tricenta lamyna continencium emat ad rationem Tricesime, que in rationem nostram de ipsa Tricesima assumpemus et acceptamus. Aliud non facturi. Ce-

tera dicet idem Michael de Wath Comes cui credere licet. Datum Bude die Dominico proximo post festum beati Egidij Abbatis Anno Domini millesimo Quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Kivúlról: Prudentibus et Circumspectis Viris Judici Juratis ceterisque Consulibus Ciuitatis Posoniensis, tamquam amicis nobis honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXVI.

Hunyadi László pozsonyi gróf tudósítán Pozsony városát, hogy Brumowsky Csapko Bernát, Karowsky Máté, Wanko és több moreák gyalog és lovag összeseregelte, Pozsony felé jönni s annak szőlőit megszedni szándékoznak, meghagyja az említett városnak, miként e levele vételével azonnal minden lovas és gyalog népével, ágyuival, mozzaraival ugy készzen tartsa magát, hogy ezen gonoszteröknek, ha beütni mernének, becsülettel ellent állhassanak. Kelt sept. 22-dikén 1452.

Prudentes et Circumspecti viri Amici nobis honorandi. Veraciter sumus edocti, qualiter Chapko Bernardus de Brumow, Mathws Karowsky, Wanko et ceteri conplures Morauenses in vnum tam peditibus quam equitibus more exercituancium sint congregati, pretendentes ad partes istas venire, et vineas vestras recolligere si eis resistenciam non fecerimus. Ideo rogamus vestras Circumspectiones, Nichilominusque firmiter committimus, quatenus statim habitis presentibus cum omnibus vestris gentibus tam equitibus quam peditibus, bombardisque ac pixidibus et alijs vestris ingenij, velitis vos taliter appromtuare, vt dum ipsi talia maleficia attemptantes venire presum-

Prudenter et Ceterum spes
Longe Iudei Secundus ac
Confidens Finit possumus
Propterea nobis debet

Ladysmith de Gomera
Tunisie

pserint ad istas partes, insultibus eorum possimus et valeamus ad honorem resistere. Aliud ergo facere non ausuri. Datum crastino Sancti Mathei Apostoli Anno Domini etc. Lij-do Ladislaus de Hwnyad Comes Posoniensis.

Kivülről: Prudentibus et circumspectis viris Judici Juratis, ceterisque Ciibus et Consulibus Ciuitatis Posoniensis Amicis nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXVII.

*Hunyadi László pozsonyi gróf bizodalmasan kéri Pozsony városát, hogy az atyja, a kormányzó, által neki utalványszott pénzt jelen levele vivőjének, Modrar Andrásnak, azonnal szolgáltassa kezéhez. Kelt Nagy-Szombatban sept. 24-dikén 1452 *).*

Prudentes et Circumspecti viri, Amici nobis dilecti. Rogamus vestras Amicicias affectanter. quatenus statim habitis presentibus pecunias de vestri medio secundum continencias literarum Domini Gubernatoris, Domini et patris nostri nobis dare commissas extradare et reddere citissime vt solucionem Magistratualem huic Andree Madraz (Modrar) presencium exhibitori assignare velitis et debeatis. Aliud petimus non faciatis. Datum Tirnaue die dominico proximo ante festum Michaelis Archangeli anno Domini etc. quinquagesimo secundo. Ladislaus de Hwnyad Comes Posoniensis etc.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis viris Judici, Juratis ac Consulibus Ciuitatis Posoniensis amicis nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

* Ezen levelecskét az aláírás tekintetéből hasonmásban is adjuk.

CXXXVIII.

*Hunyadi János kormányzó Pozsony városának meghagyja,
hogy fia László számára egy hajót, mellyen az Bécsből lejöhessen,
az ő költségén azonnal készzen tartson. Kelt Székes-Fe-
jérrárt september 28-dikán 1452*

Nos Johannes de Hwnijad Regni Hungarie Gubernator etc.
Vobis Prudentibus et Circumspectis Viris Judici et Juratis Ci-
uibus Ciuitatis Posoniensis serie presencium firmiter commit-
tentes mandamus quatenus visis presentibus Magnifico Ladislao
de Hwnijad Comiti Posoniensi filio nostro carissimo Vienne
vnam nauem super qua idem descendere valeat nostram ad
racionem disponatis, presentibus pro expeditione reseruatis.
Datum Albaregali feria quinta proxima ante festum beati Mi-
chaelis Archangeli Anno Domini millesimo quadringentesimo
quinquagesimo secundo.

Pozsony városa levéltárából.

CLXIX.

Hunyadi János kormányzó Brassó városát és az egész Barcaságot tudósítván, miszerint az ország egyházi és világi nagyai megegyezésével és tanácsából az egész országban egyforma s állandó folyó pénz-értéket határozott behozni, — meghagyja annak, hogy az említett új pénzt, az a kolozsvári kamaratisszék által kebelebe szállíttatván, azon értékben, mint Budán foly, fogadja el, és semmi más pénzt, ide érvén a harcasalföldi vajda pénzét is, elfogadni és folyamatban lenni ne engedjen; továbbá az arany, ezüst, vagy régi pénz beváltását, az országból kivitelét mindenkinél szorosan tilalmazza: mivel ō az ország minden hatóságainak meghagyta s esennel neki is meghagyja, hogy, ha valakit e rendelet elleni vétkéen kapnak, azt mind addig fogásban tartsák, mig töle más parancsot nem nyerendenek, vagyonát pedig kobozzák el, annak két harmadát a kolozsvári pénzverő-ház tisztejének, vagy megbízottjaiknak adják, egy harmadát pedig magoknak tartsák. Kelt Ősiben october 24-dikén 1452.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator. Prudentibus ac Circumspectis viris Judici, Juratisqui Ciuibus Brasso- uiensibus, ac toti Communitati terre Bwrcie, presentium no- titiam habituris, Salutem cum omnis boni incremento. Nolen- tes vos ignorare, Quomodo hoc Regnum, sicuti ex diuersarum guerrarum motibus, sic nihilominus ex replicata et multipli- cata variatione monetarum existit depauperatum, cuius dis- sensionibus, sicuti in aliis sic et in hijs providere et occurrere volentes, matura deliberatione prehabita, consilioque et con- sensu vniuersorum Prelatorum et Baronum Regni Hungarie ad Id accendentium, vnam nouam et stabilem per totum hoc Re- gnum currentem monetam fieri instituimus, quam sicuti in cete- ris Ciuitatibus Regni Hungarie, sic et in medio vestrum cur-

sum debitum habere , quem nunc Bwde habet, sortire volentes,
 Vestras dilectiones harum serie requirimus et hortamur , nihi-
 lominusque committimus et mandamus , quatenus prescriptam
 nouam monetam per Camerarios nostros de Coloswar in me-
 dium vestri deferri , et nullam aliam videlicet nec Asparas,
 neque monetam Waywode Transalpinarum aut aliam aliquam
 antiquam monetam , in contrarium huiusmodi presentis monete
 acceptare et cursum habere permittatis , et permitti faciatis,
 volumus etiam , vt nullus omnino in medio vestri aurum , ar-
 gentum aut aliquam antiquam monetam cambire et permutare
 ac ad aliena Regna deportare presumat modo aliquali , harum
 autem in contrarium si fecerint quidpiam , et in tali crimine
 cepti fuerint , commisimus et harum serie committimus vniuers-
 sis Vice Vayuodis Comitibus Siculorum , Ciuitatensibus , Oppi-
 danis ac alterius cuiusuis status hominibus , vt ipsi tales ca-
 ptiuare captumque tamdiu conseruare, donec a nobis superinde
 aliud habuerint in mandatis , omniumque rerum et bonorum
 talium, duas directas partes nostris Camerariis Cusionis mone-
 tarum Regalium de Coloswar , aut eorundem hominibus ad Id
 deputatis assignare , terciam vero partem sibi ipsis retinere
 debeant et teneantur , Secus igitur non facturi in premissis.
 Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ewsy feria
 tertia proxima ante festum beatorum Symonis et Jude Apo-
 stolorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquage-
 simo secundo.

Commissio propria domini Gubernatoris.

Brassó városa levéltárából.

CLXX.

Hunyadi László pozsonyi gróf, Pozsony városa tanácsát emlékeztetvén azon minap neki személyesen tett igérettére, mi-szerint atya a kormányzó részére borainak Szakolczára szál-litása végett ingyen tíz szekeret ajánlott, mit hir szerint most megadni vonakodik, újolag felszólítja, hogy igérettét teljesítse s a küldendő szekereket pozsonyi várnagyaihoz utasítsa. Kelt Nagy-Szombaton noember 25-dikén 1452.

Prudentes et Circumspecti viri, amici nobis sincere hono-randi. Reducatis in memoriam V. A. qualiter nuperrime vobis-cum personaliter existentes petiimus a V. A. certos currus pro adducenda vina Domini nostri ad Zakolczam pro pretio, quos Vestre Amicitie absque omni solutione pretij Domino et Genitori nostro decem currus dare de vestri medio promisistis, nunc autem percepimus uti asseritur recusam dare velletis. Ideo V. A. replicata vice requirimus et hortamur, quatenus huiusmodi vestra promissa implere non postponatis, huiusmodi currus quos dandos deputaveritis, Castellanis nostris Posoni-ensibus dare et assignare velitis. In quo singularem complacentiam ostendetis. Datum Tirnavie in festo Katherine virginis. Anno Domini 1452. Ladislaus de Hunyad Comes Posoniensis.

Kiválról : Prudentibus et circumspectis viris Magistro Ciuium ac Judici et Juratis Civibus Civitatis Posoniensis Amicis nobis honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXI.

Hunyadi László possonyi főispán felszólítja Pozsony városát, hogy az atyja némelly borainak Szakolczára szállítsa végett igért 19 szekert Szencsre küldje az ottani borok átszállítása végett; mert atyja a kebelökben lévő borait a királynak engedte el. Kelt Nagy-Szombatban december 1-sején 1452.

Prudentes et Circumspecti Viri Amici nobis Carissimi. Exquo iam promisistis ut ad deferenda vina domini ad Zakolcza decem currus disponitis ideo requirimus Amicitias vestras quatenus huiusmodi decem currus ad Zemptz mittere debeatis, ut inibi vina levare debeant, Ecce nostrum hominem illuc misimus qui ipsa vina ad ipsos currus disponat. Nam vina in vestra Civitate existentia dominus et genitor noster domino nostro Regi tenere et conseruare comisit. Aliud rogamus non faciatis. Datum Tirnavie in crastino die Sancti Andree Apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo Lsecundo.

Ladislaus de Hunyad
comes Posoniensis etc.

Kiválról: Prudentibus et circumspectis viris Magistro Civium ac Judici et Juratis Civibus Civatatis Posoniensis Amicis nobis gratae dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXII.

Hunyadi János kormányzó, tudósítván Pozsony városát, hogy a múlt napokban az ország több egyházi s világi nagyainak közre munkálásával Magyar- és Csehország, valamint az Osztrák- és Morva-fejdelemségek között László királynak urokka és királyukká fogadásáral egyesség kötötött, felsszólítja azt, hogy ezen örvendetts eseményért örömnapot tartson, és a kedves hír vivőjét Györgyi Bodó Gergely budai várnagyot megajándékozva küldje vissza hozzája. Kelt Bécsben december 29-dikén 1452.

Prudentes et Circumspecti viri amici nobis carissimi. Non credimus ad huc vobis fuisse manifestum quatenus his diebus pro commodo Regni et incolarum eiusdem fatigas unacum alijs Dominis Prelatis et Baronibus suscepimus. Sub qnibus ut patet vobis dictum Regnum Hungarie ac Bohemie sic et Principatus Austrie et Moravie inter se unionem et concordiam et Serenissimum Dominum nostrum Regem Ladislauum eorum accepterunt in Regem. Unde non solum vobis sed vniuersis incolis eorundem Regnornm venit non modica commoditas dudum expectata. Gaudium itaque per Egregium Gregorium Bodo de Gewrgij Castellanum Castri Budensis quem duntaxat hec recitandum prefecimus vestris annunciandum Circumspectionibus. Requirimus igitur vos quatenus ad tam solemne gaudium vestrum excitare velitis animum et exinde dies selemnes ducj, dictos etiam nuncium (igy!) aut homines eiusdem presentium gerulos ad tam gloriosi gaudij annnnicationem cupimus vice-versa erga nos per vos transmittere remuneratos ut ipsi exinde sic remonerati post vos etiam nobis grates referre possint Datum Wiene in festo beati Thome martiris Anno Domini M-o C.C.C. L. secundo.

Johannes de Hwnyad
Regni Hungarie Gubernator etc.

Relatio Johanis Twz·

*Kivülről: Prudentibus et Circumspectis viris Judici Juratis
Ceterisque Civitatis Posoniensis amicis nobis carissimis.*

Pozsony városa levéltárából.

CLXXIII.

Fridrik német csásszár a török szultánt megkeresi s inti, hogy Konstantinápoly megszállásával hagyjon fel s e tárosnak és az általa kiüzetni szándékozott görög csásszárnak kárt tenni szünjön meg ; ellenkező esetben õ a többi keresztyén fejedelmekkel egyesülve ügyekezeteinek meghiusításán fog munkálkodni. Kelt Neustadtban január 22-kén 1453.

Fridericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator etc. cum titulo maiori Magno et potenti principi Thurcorum domino Salutem et viam veritatis agnoscere. veridico ad nos testimonio delatum est, te Castellum quoddam ex opposito inclite ciuitatis Constantinopolitane construxisse, et insuper apparatum facere bellicum quo ciuitatem illam oppugnes, et Serenissimum eius Imperatorem fratrem nostrum exinde repellas. At cum dictus Imperator Christianus existat, et orthodoxe fidei cultor Totusque populus illius Vrbis, in saluatoris nostri fide baptizatus sit Semper quoque ciuitas illa a Magno Constantino, constructa qui loco nomen indidit ab Imperatoribus Christianis sit possessa Neque nobis, neque Christianitati ferendum est, ut a te uel tuis, aut locus ille insignis oppugnetur, aut Imperator ille fidelis opprimatur, Eam ob causam per has literas nostro sigillo munitas te requirimus atque monemus, vt et castellum prefatum, quantocius deleas, et ab omni impugnacione et ciuitatis et Imperatoris huiusmodi omnino desistas, neque damnum aliquod eis aut inferas aut inferri permittas, Alioquin operam dabimus cum omnibus Regibus et principibus Christianis, cumque omni nostro Imperio vt tuos conatus de-

bilitemus, Ac socijs fidei nostre et fratribus in Christo diligendis Aduersus tuam potentiam et molestacionem oportune subueniamus Datum apud ciuitatem nostram nouam in Austria nostre Imperialis Maiestatis Sigilli sub appressione. die g̃gij Januarij Anno domini M-o. CCCC. Itercio Regni g̃gij o Imperij primo.

Ad mandatum proprium
domini Imperatoris

in consilio Vlricus welczli.

(Reichsregistratursbuch p. fol. 150. b. et 151. a.)

A csász. kir. titkos levéltárból.

CLXXIV.

László király Hunyadi János eddig volt kormányzónak érdemeit, hű szolgálatait és hadjáratait, csaknem egész élete történeteit hosszan leírván és magasztalván, ezen számtalan érdemei tekintetéből öt és maradékait örökös beszterczei grófoknak nevezi, Besztercze városával és annak minden tartozandóságaival megajándékozza, ezen cídeket örökös grófságra emelrén, és minden más hatóság alól, a királyét, a nádorét és országbirót ide nem értve, kivéven. Kelt Pozsonyban január 30-dikán 1453.

Ladislaus dei gracia Rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Moraie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Potestas Regnancium ad hoc diuinitus erecta est in terris, vt que nadmodum ad malorum vindictam, ita et ad laudem sit bonorum, et vt subiectum sibi

promiscui populi fidelem cetum regat beniuolencia , liberalitate
 attrahat , et vniuscuiusque merita condignis retributionibus
 prosequatur . Quod et si quasi ex debito publici officij , et qua-
 dam generali principum regula fieri soleat , bij tamen clariori-
 bus ornandi sunt titulis , et alcioribus magnificandi honoribus ,
 quos sincerior fides , magnanimes actus , et excellenciora me-
 rita , ceteris anteponunt . Hac itaque consideracione , clarissi-
 mam fidem , virtutes magnificas , fortissima gesta , multipliciaque
 obsequiorum genera , fidelis nostri sincere dilecti , Spectabilis
 et Magnifici viri , Johannis de Hwnyad , totius Regni nostri
 Hungarie , vsque ad hec nostre etatis tempora , Gubernatoris
 magnanimi , et Wayuode Transsiluani etcet . qui sicut integri-
 tate ceteris clarior , ita potenti virtute , ab Incunabulis etatis
 nostre , Regij status et honoris nostri , con eruator et columpna
 fuit , non solum debita recognicionis gratitudine prosequi , sed
 et posterorum memorie hijs scriptis , et si non per omnia , sal-
 tem in parte , transmittere nobis in animo est , ne sua gesta
 insignia , vlla etate concidant , sed pocius late sui spargant
 splendorem et sempiterna apud futura secula laude predicen-
 tur , ceterisque exemplo sint . Equum est enim eos suis non
 fraudare preconijs , qui actus Illustres , et preclara facinora
 ediderunt . In primis itaque , id nobis , prout fidedignorum ho-
 minum contestacio prodit , referendum occurrit , quod ipse Jo-
 hannes , regnante condam gloriosissimo principe domino Si-
 gismundo , tunc rege , auo nostro beate memorie , annos Ju-
 veniles laudabili Indole exegit . In quibus prematurum sensim ,
 et adultam semper grauitatem pre se ferens , studuit , vt quo
 plurimi , aliena ope , et suorum maiorum titulis irrepunt , eo
 suis sudoribus , virtute , ingenio et vigilijs , ascenderet , pul-
 crum glorie genus existimans , prelucere posteris , et nascentis
 nominis decus , ac dignitatis inicium afferre . Adolescentia vero
 egregie traducta , corpus ad tollerandos labores , et militarium
 exercitiorum actus assuetaciens , et habile reddens , futurorum
 inclitorum operum snorum fundamenta , certis presagiis iecit ,
 et ingenuis moribus , quasi quibusdam gradibus , ad dignitates ,
 honores , et gloriosam nominis famam , liberos sibi ascensus
 comparauit . Preclare enim Indolis Miles , et Imperiali obsequio

dignus , tunc primum Regijs Militibus connumeratus , et successiue consilijs admissus , integra fide deuotisque obsequijs , prefato Auo nostro , siue pro susceptione Imperialium Insularum , seu pro reparandis ruinis Regni sui Bohemie procedenti , sed et in alijs cunctis negocijs gerendis , et rebus bellicis , ad tempora vite sue fideli semper soilicitudinis diligencia , inseparabiliter adhesit , pro cuius eciam honoris amplitudine , sepius capitris periculum , bello et armis adjit , adeoque se ei in omnibus reddidit acceptum , vt singulari quodam regio amore dignus habitus et fatus , ac per eum prima hereditate in hoc Regno nostro donatus fuerit , alioribus adhuc eotunc sublimandus honoribus , nisi ipse Auus noster , e vita excessisset . Sucedente vero tandem Excellentissimo principe domino Alberto , similiter Romanorum et Hungarie Rege etcet . genitore nostro felicis recordij , prefatus Johannes , cepte dudum fidelitatis opera continuo cremento augens , et in ipsius genitoris nostri obsequijs , ac expedicionibus bellicis , quas Idem siue aduersus nonnullos rebelles Regni sui Bohemie , seu contra Teucros , laudabili semper exitu , confecit , nunc prudentis consiliarij , nunc vero strenuissimi militis agens officium , adeo fuit continuus et vtilis , vt ab eodem genitore nostro primum de Milite , ad numerum Baronum Regni , Banus videlicet Zewriniensis , qui clarus Baronie titulus est , insignibus meritis creatus sit , vbi et gloria tandem aduersus Teucros , eotunc illis partibus oppido infestos , prelia , ipse et Egregius condam alter Johannes de ipsa Hwnyad Miles , sibi sanguine frater , fortissimaque strenuitate par et socius , victorioso semper fine , sepius confecerunt . Consequenterque ipso eciam domino genitore nostro , licet satis premature , vt tamen domino placuit , vita functo , dum Regnum nostrum Hungarie , nobis eotunc apud incunabula et alienam educationem etatem agentibus , Idoneo tutore orbatum , et intus grauissimis odijs exortis fluctuaret , et foris , grassante dictorum Teucrorum tirannide , innumeris affligeretur malis , vtpote cum iam ipsi Teucri vastare agros , diripere villas , homines sine discriminе sexus et etatis vel trucidare vel abducere , impune consueuerant , et pene totas inferiores ipsius Regni nostri Hungarie partes , vsque ad

fluum Ticie , et Item ex altera vsque ad interiora loca Regni nostri Sclauonie , vel miserabiliter vastarunt vel occuparunt, adeoque grauissimo metu iam totum Regnum concusserant , vt illud in pendenti ferme ruina positum , miseram sui blasphemorum Christi manibus solam restare putaret occupationem, prefatus Johannes de Hwnyad, medio tempore Wayuoda Transsiluanus , et Comes Temesiensis creatus , factus eciam Capitaneus Nandoralbensis , et aliarum inferiorum parcium , eis titulis non minus quam acceperat , dignitatis et glorie restituit. illiusque sue sublimacionis primordia pulcherimis quibusdam victorie generibus consecrauit. Fudit enim in primis victrici bello in terra Seruie prope Castrum Nandoralbense Izak Wayuodam Teucrorum , qui eotunc Castrum Zenderew , cum tota ipsa terra Seruie , occopatum tenebat. Consequenter vero cum paucis post diebus , alter Teucrorum exercitus , nonnullas iam pridem de nostris adeptus victorias , ample milite superbus et glorie audis , partes nostras Transsiluanas , solita flagicia , ac hominum et rerum predam acturus , subintrasset , memoratus Johannes Wayuoda , cum illarum parcium gentibus , pro fortissimi ducis officio , strenuo illi occurrit congressu , vbi dum collatis signis , et consertis manibus , mars vtrimeque crudeseret, adeo laudabiliter hostem conflixit , vt ipse quoque aduersi exercitus dux , qui Mezijthbeg vocabatur, vnam filio suo vicecapitaneo occisus , refusam predam , proprio et filij casu suppleuerit , suis omnibus complicibus vel fusis vel captis , et paucissimis fuga saluatis. Ex quo opere huic Regno ea accessit vtilitas , vt parcium Transalpinarum et Moldauie Wayuode , qui adhuc progenitorum nostrorum temporibus Sacre huius Regni Corone rebellando , Teucris se subiecerant , ipsius Johannis Wayuode , tum consilio inducti , tum metu concussi , rursum huic Regno , cum tota sua terra se restituerint , pristina fidelitatis obsequia , nobis vsque in diem hanc exhibere obligati. Quibus peractis , extante adhuc satis recenti huiusmodi felicium rerum fama , huic viro meritissimo , ex hijs Illustribus principijs , gloriosior et longe excellentior , digna laude per omne euum celebrandus , alterius victorie titulus accessit. Dum enim Teucrorum dominus hunc supratactum suorum interitum , in-

digne ferens , et totis viribus vlcisci desiderans , magnum sue
 potencie vndique coactum robur , numero octuaginta Milia hominum , prout de hoc certa relacione edocti sumus , sub conductu Base , sui videlicet principalis vicesgerentis , armis et numero instruxisset , ipseque Basa huiusmodi atrocem et adeo Regno nostro minacem exercitum , in primis per partes Transalpinas ductaret , ea quoque fere tota vastata , amplissimam hominum et rerum predam referret , intendens dehinc euestigio in predictas partes nostras Transsiluanas vastator succedere , pretactus Johannes Wayuoda , aggregatis quibus potuit gentibus , inimicam multitudinem , longe ei impar numero , adusque illarum parcium extrema persecutus , vel vincendum vel moriendum esse statuit . Hic vero suas artes , fortitudinem et bellicam industriam cernere erat . Inuadere enim hostem quam inuadi sacius ducens , arduum et magnum , ac suorum viribus longe impar bellum fortiter suscepit . Quo prudenter administrato , felicissimeque gesto et confecto , eterna laude memorabilem victoriam reportauit . In qua re et antiqua gentis hungarice gloria famaque reddita est , et suum nomen omnibus in locis , eo facto maxime celebratum , eximij cuiusdam triumphi speciem exhibuit . Fusa enim innumerabilis multitudo hostium , moribundis longe lateque cadaueribus , amplissimum certaminis campum thabefecit , indelebilem cunctis miserande sue clavis historiam dereliquens , innumerabilibus ibidem hostium maioribus in captiuitatem redactis , amplissimisque thesauris , et omni preciosa exercitus supellectili , in predam nostrorum deuentis et diuisis . Tot felicibus autem vir Magnificus animatus victorijs , alias alijs insignes actus accumulans , grandem et sumptuosissimam tandem Egregiorum militum expedicionem cogit , cum qua Regnum Seruie seu Rascie et Bulgarie , transgressus , et vsque ad oras Romanie penetrans , que omnia Teucrorum dominus , antiquis ab annis , occupata tenebat . Ciuitatem Sophiam , et quamplures alias Ciuitates , Opida , Castra totasque pene terras illas , infide gentis domicilia , igne et gladio vastauit . In quoquidem progressu , crebris , precipue vero sex prelijs , continuas adeptus victorias , ingenti hominum et rerum preda onustum saluum reduxit exercitum , infinitis ho-

stium captis banderis, que in ecclesia beate Marie virginis Budensi, in sui eternam laudem, per futura secula pendebunt, utpote tot triumphorum illustrium pulcherrima et preclara monumenta. Ex quibus secutum est, ut ipse Teucrorum princeps tremefactus, totum Regnum Rascie, cum eiusdem terre Castris, que antiquitus occupata, quasi buius Regni claves, tenebat, manibus Illustris principis Georgij, Despoti Rascie, huius Regni membra fidelis, nomine et ex mandato Regni Hungarie recipienti, restituit, que per eum, usque ad bec nostre etatis tempora, pacifice et fideliter possidentur. Rex eciam Bosne, eo respectu, ad pristine obedientie, quam negauerat, rediit gremium, in quo hucusque constanter perseuerat. Quid multa, horum gloria meritorum, harum fama virtutum, cum prefatus Johannes Wayuoda, non solum Regnicolis gratissimus, verum eciam remotis et exterris, notus esset, breui, altioris dignitatis sedem ascendit, et quod laudum suarum cumulus est, vnamini omnium Prelatorum. Baronum et Procerum Regni sensu, et singulari amore, in nostra absentia, et sub nostro nomine, totius Regni Hungarie Preses factus extitit et Gubernator. In quo quidem officio, quam iuste, integre, fortiterque, Regnum illud nostro nomine administrauerit, tenuerit, quantaque diligentia in tutando Regno, vsus fuerit, fidem faciunt forcia sua acta, tam aduersus Teucros quam intrinsece guerre — — — sopitos autores, cum presertim duo alia quedam fortissima prelia, que tandem grandi gencium numero sumptuosissima impensa coacto, cum ipsius Teucrorum principis persona, et tota sua potencia, in propriaque ipsius terra media, magnanimi strenuitate peregit. In quibus et si occulto Judicio dei, qui solus nouit, cur persepe fideles suos in conculcationem blasphemorum sancti nominis sui, exponat, fortuna sue parti nouercata extiterit et plures Egregij Milites occubuerint, duplum tamen dampni semper refudit hostibus, cruenta eis in omni actu victoria derelicta. Nec cesi nostri hoc loco penitendas sortiti sunt exequias, que etsi optabilius fuissent in patria, speciosius tamen pro patria facte extiterunt. Laudibus eciam huius viri non immerito addici potest, quod in hijs aduersorum casuum vicibus, inter ipsa quoque discrimina, in qui-

bus non solum carissimos plures et fratres et amicos, ac familiares, sibi belli calamitate raptos amisit, sed etiam proprij sanguinis multum effudit, sibi animum defuisse, aut fortitudinem lassatam esse nunquam potuit visum iri, quinymmo vir fortissimus, magnanimum excelsusque maxime mentis conservans vigorem, sua prudencia, de captiuitate, quam in ultimo dictorum duorum preliorū inciderat, libertati restitutus, patrie secum salutem restituit. Nec solum externis malis hoc Regnum eripuit, sed et interna quiete composita, effecit, ut tota natio et Respublica Regni nostri Hungarie, submotis subleuatisque ciuibus bellis et internis turbib⁹, qui paulo ante, et voluntates et mentes huius gentis a se se distraxerant, vnione inuicem Jurata, nos dominum suum naturalem, genitoris et Aui, Regum suorum, Successorem et heredem, Regem declarauerit, suscepereit, et recognouerit, Sicque prefatus Johannes Gubernator Regnum illud, nobis et sub nomine nostro, constanti fidelitate tenuit, atque in hac constancia, cciam innumeris bellorum motibus aduersantibus perseuerauit. Postremo Regnum ipsum Hungarie, confini⁹ suis dudum amissis, recuperatis, magis auctum, magisque a parte infidelium Teucrorum, quam temporibus dictorum Aui et patris nostri Regum tenebatur dilatum, maiestati nostre, fideliter restituit, votua pacis tranquillitate gubernandum. Quod quidem, ut aperius confiteamur, vel sola vel maxime eius industria, sollicitudine et bellicis artibus seruatum est. Ut igitur vir tot inclitorum operum numero prestantissimus, cui nullus honos nisi meritus referri potest, et qui in tot preclaris actibus multum sanguinis sui et suorum effudit, gratam sibi maiestatem nostram presentiat, et exnunc aliquos beniuolencie nostre videat fauores, in futurum maiores experturus, ad omnium Prelatorum, Baronum et Nobilium Regni nostri Hungarie, nunc hic Posonij congregatorum, totum Regnum Hungarie representantium, supplicationis Instanciam nobis pro ipso viro, expressis tot meritis suis factam, ac de consilio, consensu, matura deliberacione et collaudatione eorundem, nullo discrepante habitis, volentes dignitatem illam Gubernatoris temporalem, quam hactenus dignis meritis ad prefinitum

tempus tenuit, in aliam perpetuam commutare, ipsum Johannem de Hwnyad, ac filios et heredes eorum vniuersos super Ciuitate et Districtu Bistricensi, ac eius pertinencijs, in partibus Transsiluanis habitis, in perpetuos et liberos Comites maiores, dictum vero Districtum in Comitatum perpetuum, sicuti pridem in Ciuitate nostra Viennensi in sede et habitu Maiestatis Regalis sublimi constituti, assistantibus nobis quampluribus Ducibus et Marchionibus, fratribus nostris, et toto consilio nostro, obseruatis omnibus illis ceremonijs, que in talibus obseruande sunt, solemniter nominauimus et creaui-
 mus, ita et nunc de nouo, hic intra metas Regni nostri Hungarie constituti, de plenitudine nostre Regie potestatis, no-
 minamus, preficimus, et creamus, eosdem Comitem Johannem ac filios et heredes suos. Sed et Comitatum predictum ab om-
 nium Wayuodarum, et quorumlibet Judicum et Justiciariorum illarum partium Judicatu, et omni Jurisdicione eximendo, so-
 lius nostre presencie, aut Palatini et Judicis Curie nostre Re-
 gie iudicio reseruamus, decernentes, vt ipsi Comes Johannes ac filij et heredes sui vuiuersi cera rubra quoad Sigillum in signum Excellentie Comitatus, ac alijs omnibus illis gratijs, honoribus, prerogatiuis et priuilegijs, quibus ceteri maiores Comites liberi et perpetui de Jure, vel de consuetudine vtun-
 tur, gaudeant, vtantur et fruantur, perpetuis semper tempo-
 ribus vniuersis, recepto tamen ab eodem Comite Johanne, in persona sua ac heredum suorum, firmissimo in talibus pre-
 stari solito, nobis et successoribus nostris, Regibus Hungarie, fidelitatis et obedientie Juramento, in forma infrascripta. Pre-
 fatum autem Districtum seu Comitatum Bistricensem cum Ci-
 uitate Bistriczia, ac Opidis, villis, predijs, et alijs quibuslibet ipsius et earum pertinencijs, videlicet Tributis, Censibus, pro-
 nentibus, terris Arabilibus, cultis et incultis, Vineis et Vinear-
 rum promontorijs, pratis, Syluis, nemoribus, pascnis, aquis,
 aquarumque decursibus, Molendinis et locis molendinorum, ac Jure Patronatus ecclesiarum, et generaliter quarumlibet vti-
 litatum integratibus, quoconque nomine vocitatis, sub suis veris metis, et metarum antiquis distinctionibus, eidem Comiti Johanni suisque filijs ac heredibus, et posteritatibus vniuersis,

ex certa nostra scientia, et animo deliberato, de Prelatorum et Baronum, ac Nobilium Regni nostri predictorum consensu et collaudatione, de manibus nostris Regijs dedimus, donauimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus, Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum et habendum, saluo Jure alieno. Forma autem Juramenti, quo ipse Comes Johannes nobis et successoribus nostris iurauit, heredes quoque sui iurare tenebuntur, hec est. Ego Johannes Comes Bistriciensis promitto, et iuro ad hec sancta dei euangelia, que corporaliter tango, quod decetere fidelis et obediens ero Vobis, Serenissimo Principi et Domino Domino Ladislao regi Hungarie etc. Domino meo gratiose, omnibusque successoribus vestris, Hungarie Regibus, ac Sacre ipsius Regni vestri Coronae, contra quoscunque homines, et nec auxilium, siue consilium unquam dabo, seu assentiam contra personam vestram, vitam vestram, salutem vestram, seu statum vestrum, sed vestri et successorum vestrorum, Regum Hungarie prefatorum, honorem et commodum semper et fideliter procurabo toto posse, dampnumque vestrum et successorum vestrorum, ac colum et fraudem contra vos, vbi potero, intercipiam, et quod vestris et successorum vestrorum traditoribus, et aduersarijs nunquam acquiescam, sed vos et successores vestros in rebus huiusmodi, dum ad noticiam mei pervenerint, fideliter ausabo et protegam, vobisque et successoribus eisdem totis viribus meis assistam, omniaque et singula ad eandem vestram Coronam spectancia fideliter tenebo, quemadmodum vester ac Regni vestri Hungarie fidelis Comes, suo vero naturali domino Hungarie Regi, iuxta Regales ac eiusdem Regni ordinationes, ac laudabiles consuetudines, obseruare tenetur et facere, dolo et fraude semotis quibuscunque. Sic me deus adiuuet et hec sancta eius euangelia. In quorum omnium memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras, authentici Sigilli nostri secreti, quo vt Rex Hungarie vtimur, appensione roboratas, Quas in formam maioris nostri priuilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Posonij, feria tercia proxima ante festum Purificacionis beate Marie virginis, Anno Domini Millesimo Quadrage-

simo Quinquagesimo Tercio , Regni autem nostri Anno Tredecimo.

Az anspachi levelek közöl.

CLXXV.

László király Hunyadi János eddig volt kormányzónak érdemeit, hű szolgálatait és hadjáratait, szinte ugyanazon szavakkal, mint az előbbeni oklevélben, elbadoán, át ezen érdemei tekintetéből Görgény és Déva váraval, s azok minden tartozandóságával Torda és Hunyad megyékben, valamint nemelly Temes megyében fekvő oláh kerületekkel, díjándékozza meg. Kelt Pozsonyban január 30-dikán 1453.

Commissio propria domini Regis.

Ladislaus dei gracia Hungarie , Bohemie , Dalmacie , Croacie etc. Rex , Austrieque et Stirie Dux , necnon Marchio Morauie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Potestas Regnancinm ad hoc diuinitus in terris erecta est, ut quemadmodum ad malorum vindictam , ita et ad laudem sit bonorum , et vt subiectum sibi promiscui populi fidelem cetum , regat beniuolentia , liberalitate attrahat , et vniuscuiusque merita , condignis retributionibus prosequatur. Quod et si quasi ex debito publici officij , et quadam generali principum regula fieri soleat, hij tamen clarioribus ornandi sunt titulis , et alcioribus magnificandi bonoribns , quos sincerior fides , magnanimes actus , et excellenciora merita , ceteris anteponunt. Hac itaque consideratione clarissimam fidem , virtutes magnificas , fortissima gesta , multiplicitaque obsequiorum genera , fidelis nostri sincere dilecti, Spectabilis et Magnifici viri , Johannis de Hwnyad , totius Regni nostri Hungarie , vsque ad hec nostre etatis tempora , Guber-

natoris magnanimi , et Wayuode Transsiluanii etc. qui sicut integritate ceteris clarior , ita potenti virtute , ab Incunabilis etatis nostre , Regij status et honoris nostri, conseruator et columpna fuit , non solum debita recognitionis gratitudine prosequi , sed et posterorum memorie hijs scriptis , et si non per omnia , saltem in parte , transmittere nobis in animo est , ne sua gesta insignia , vlla etate concidant , sed pocius late sui spargant splendorem , et sempiterna (apud futura secula) laude predicentur , ceterisque exemplo sint. Equum est enim eos suis non fraudare preconijs , qui actus Illustres , et preclara facinora ediderunt. In primis itaque , id nobis , prout fide dignorum hominum contestacione prodit , referendum occurrit , quod ipse Johannes , regnante condam Gioriosissimo principe domino Sigismundo , tunc rege , auo nostro beate memorie , annos Juveniles iaudabili Indole exegit , In quibus prematurum sensuim , et adultam semper grauitatem pre se ferens , studuit , vt quo plurimi , aliena ope , et suorum maiorum titulis irrumpunt , eo suis sudoribus , virtute , ingenio et vigilijs , ascenderet , pulcrum glorie genus existimans , prelucere posteris , et nascientis nominis decus , ac dignitatis inicium afferre. Adolescentia vero egregie traducta , corpus ad tollerandos labores et militarium exercitiorum actus assuefaciens , et habile reddens , futurorum inclitorum operum suorum fundamenta , certis presagijs iecit , et ingenuis moribus , quasi quibusdam gradibus , ad dignitates , honores , et gloriosam nominis famam , liberos sibi ascensus comparauit. Preclare enim Indolis Miles , et Imperiali obsequio dignus , tunc primum Regijs Militibus connumeratus , et successiue consilijs admissus , integra fide deuotisque obsequijs , prefato Auo nostro , sine pro susceptione Imperialium Infilarum , seu pro reparandis ruinis Regni sui Bohemie procedenti , sed et in alijs cunctis negocijs gerendis , et rebus bellicis ad tempora vite sue , fideli semper sollicitudinis diligentia , inseparabiliter adhesit , pro cuius etiam honoris amplitudine , sepias capitis periculum , bello et armis adiit , adeoque se ei in omnibus reddidit acceptum , vt singulari quodam regio amore dignus habitus et fatus , ac per eum prima hereditate in hoc Regno nostro donatus fuerit , alioribus adhuc

eotunc sublimandus honoribus , nisi ipse Auus noster , e vita excessisset. Succedente vero tandem Excellentissimo principe domino Alberto , similiter Romanorum et Hungarie Regi etc. genitore nostro felicis recordij , prefatns Johannes , cepte dum fidelitatis opera , continuo cremento augens , et in ipsius genitoris nostri obsequijs , ac expedicionibus bellicis , quas Idem siue aduersus Teucros , laudabili semper exitu , confecit , nunc prudentis consiliarij , nunc vero strenuissimi militis agens officium , adeo fuit continuus et vtilis , vt ab eodem genitore nostro primum de Milite , ad numerum Baronum Regni , Banus videlicet Zewriniensis , qui clarus Baroniae titulus est , insignibus meritis , creatus sit , vbi et gloria tandem aduersus Teucros , eotunc illis partibus oppido infestos , prelia , ipse et Egregius condam alter Johannes de ipsa Hwnyad Miles , sibi sanguine frater , fortissimaque strenuitate par et socius victorioso semper fine , sepius confecerunt. Consequenter ipso eciam domino genitore nostro , licet satis premature , vt tamen domino placuit , vita functo , dum Regnum nostrum Hungarie , nobis eotunc apud incunabula et alienam educationem etatem agentibus , Idoneo tutore orbatum , et intus grauissimis odijs exortis fluctuaret , et foris , grassante dictorum Teucrorum tirannide , innumeris affligeretur malis , vtpote cum iam ipsi Teucri vastare agros , diripere villas , homines sine discretione sexus et etatis , vel trucidare vel abducere , impune consueverant , et pene totas inferiores ipsius Regni nostri Hungarie partes , vsque ad fluuium Ticie , et Item ex altera vsque ad interiora loca Regni nostri Sclauonie , vel miserabiliter vastarant vel occuparant , adeoque grauissimo metu iam totum Regnum concusserant , vt illud in pendenti ferme ruina positum , miseram sui , blasphemorum Christi , manibus , solam restare putaret occupationem , prefatus Johanaes de Hwnyad , medio tempore Wayuoda Transsiluanus et Comes Temesiensis creatus , factus eciam Capitaneus Nandoralbensis , et aliarum inferiorum parcium , eis titulis non minus quam acceperat , dignitatis et glorie restituit , illiusque sue sublimacionis primordia , pulcherrimis quibusdam victorie generibus consecrauit. Fudit enim in primis victrici bello in terra Seruie prope Castrum Nandoral-

bēnse Izák Wayuodam Teucrorum , qui eotunc Castrum Zenderew , cum tota ipsa terra Seruie , occupatum tenebat. Consequenter vero dum paucis post diebus, alter Teucrorum exercitus , nonnullas iam pridem de nostris adeptus victorias, amplio milite superbis et gloria viuidus , partes nostras Transsiluanas , solita fiagicia , ac bominum et rerum predam acturus, subintransset , memoratus Johannes Wayuoda cum illarum parcium gentibus , pro fortissimi ducis officio, strenuo illi occurrit congressu , vbi dum collatis signis , et consertis manibus, mars vtimque (igy !) crudesceret, adeo laudabiliter hostem conflixit , vt ipse quoque aduersi exercitus dux , qui Mezijthbeg vocabatur , vñacum filio suo vicecapitaneo occisus , refusam predam , proprio et filij casu suppleuerit , suis omnibus complicibus vei fusis vel captis , et paucissimis fuga saluatis. Ex quo opere huic Regno ea accessit vtilitas , vt parcium Transalpinarum et Moldauie Wayuode qui adhuc progenitorum nostrorum temporibus , Sacre huius Regni Corone rebellando , Teucris se subiecerant , ipsius Johannis Wayuode , tum consilio inducti, tum metu concussi, rursum huic Regno , cum tota sua terra se restituunt , pristina fidelitatis obsequia nobis vsque in diem banc exhibere obligati. Quibus peractis , extante adhuc satis recenti huiusmodi felicium rerum fama , huic viro meritissimo , ex hys Illustribus principijs , gloriosior et longe excellentior, digna laude per omne euum celebrandus , alterius victorie titulus accessit. Dum enim Teucrorum dominus hunc supratactum suorum interitum , indigne ferens , et totis viribus vlcisci desiderans , magnum sue potentie vñdique coactum robur , numero octuaginta Milia hominum , prout de hoc certa relacione edocti sunus , sub conductu Base , sui videlicet principalis vicesgerentis , armis et numero instruxisset , ipseque Basa huiusmodi atrocem , et acerbe vltionis minacem exercitum , in primis per partes Transalpinas ductaret , ea quoque fere tota vastata , amplissimam hominum et rerum predam referret , intendens dehinc euestigio in predictas partes nostras Transiluanas vastator succedere , pretactus Johannes Wayuoda , aggregatis quibus potuit gentibus , inimicam multitudinem , longe ei impar numero , adusque illarum parcium extrema persecu-

tus , vel vincendum vel moriendum esse statuit , hic vero suas artes , fortitudinem et bellicam industriam cernere erat. Inuadere enim hostem quam inuadi sacius ducens , arduum et magnum , ac suorum viribus longe impar bellum fortiter suscepit. Quo prudenter administrato , felicissimeque gesto et confecto , eterna laude memorabilem victoriam reportauit. In qua re et antiqua gentis hungarice gloria famaque redditia est , et suum nomen , omnibus in locis , eo facto maxime celebratum , eximij cuiusdam triumphi speciem exhibuit. Fusca enim innumerabilis multitudo hostium , moribundis longe lateque cadaueribus , amplissimum certaminis campum thabefecit , indelebilem cunctis secuiss miserande sue cladis historiam dereliquens , amplissimisque thesauris , et omni precioso supellectili , in predam nostrorum deuentis et diuisis. Tot felicibus autem vir Magnificus animatus victorijs , alias alijs insignes actus accumulans , grandem et sumptuosissimam tandem Egregiorum militum expeditionem coegit , cum qua Regnum Seruie seu Rascie et Bulgariae , transgressus , et vsque ad oras Romanie penetrans , que omnia Teucrorum dominus , antiquis ab annis , occupata tenebat , Ciuitatem Sophiam , et quamplures aiias Ciuitates , Opida , Castra , totasque pene terras illas , infide gentis domicilia , igne et gladio , vastauit. In quoquidem progressu , crebris , precipuis vero sex prelijs , continuas adeptus victorias , ingenti hostilium hominum et Rerum preda onustus , saluum reduxit exercitum , infinitis hostium captis banderijs , que in ecclesia beate Marie virginis Budensi , in sui eternam laudem , per futura secula , pendebunt , vtpote , tot triumphorum illustrium pulcerrima et preclara monumenta. Ex quibus secutum est , vt ipse Teucrorum princeps tremefactus , totum Regnum Rascie , cum eiusdem terre Castris , que antiquitus occupata , quasi huius Regni claves , tenebat , manibus Illustris principis Georgij , Despoti Rascie , huius Regni membra fidelis , nomine et ex mandato Regni Hungarie recipienti , restituit , que per eum , vsque ad hec nostre etatis tempora , pacifice et fideliter possidentur. Rex eciam Bosne , eo respectu , ad pristine obedientie , quam negauerat , redijt gremium , in qua hucusque constanter persuerat. Quid multa , horum gloria meritorum , harum fama

virtutum, cum prefatus Johannes Wayuoda, non solum Regnolis gratissimus, verum etiam remotis et exteris, notus esset, breui altioris dignitatis sedem ascendit, et quod laudum suarum cumulus est, vnamini omnium Prelatorum, Baronum et Procerum Regni consensu, et singulari amore, in nostra absentia, et sub nostro nomine, totius Regni Hungarie Preses factus extitit et Gubernator. In quoquidem officio, quam iuste, integre, fortiterque Regnum illud nostro nomine administraverit, tenuerit, quantaque diligentia in tutando Regno, vsus fuerit, fidem faciunt forcia sua acta, tam aduersus Teucros quam intrinsece guerre —— sopitos autores, et presertim duo alia quedam fortissima prelia, que tandem grandi gencium numero sumptuosissima impensa coacto, cum ipsius Teucrorum principis persona, et tota sua potencia, in propriaque ipsius terra media, magnanimi strenuitate peregit. In quibus et si occulto Judicio dei, qui solus nouit, cur persepe fideles suos in conculationem blasphemorum sancti nominis sui, exponat, fortuna sue parti nouereata extiterit et plures Egregij Milites occubuerint, duplum tamen dampni semper refudit hostibus, cruenta eis in omni actu victoria derelicta. Nec cesi nostri hoc loco penitendas sortiti sunt exequias, que et si optabilius fuissent in patria, speciosius tamen pro patria facte extiterunt. Laudibus etiam huius viri non immerito addici potest, quod in his aduersorum casum vicibus, inter ipsa quoque discrimina (in quibus non solum carissimos plures et fratres et amicos, ac familiares, sibi belli calamitate raptos amisit, sed etiam proprij sanguinis multum effudit) sibi animum defuisse, aut fortitudinem lassatam esse, nunquam potuit visum iri, quinymmo vir fortissimus, magnanimum excelsumque maxime mentis conseruans vigorem, sua prudencia de captiuitate, quam in ultimo dictorum duorum preliorum inciderat, libertati restitutus, patrie secum salutem restituit. Nec solum externis malis hoc Regnum eripuit, sed et interna quiete composita, effecit, ut tota natio et Respublica Regni nostri Hungarie, submotis sublatisque ciuilibus bellis, et internis turbinibus, qui paulo ante, et voluntates et mentes huius gentis, aq[ue] se distracterant, vnone inuicem Jurata, nos dominum suum natura-

lem, genitoris et Aui, Regum suorum, successorem et heredem, Regem declarauerit, susceperit, et recognouerit, Sicque prefatus Johannes Gubernator Regnum illud, nobis, et sub nomine nostro, constanti fidelitate tenuit, atque in hac constantia, eciam innumeris bellorum motibus aduersantibus, perseuerauit. Postremo Regnum ipsum Hungarie, confinibus suis dum amissis, recuperatis, magis auctum, magisque a parte infidelium Teucrorum, quam temporibus dictorum aui et patris nostri Regum tenebatur dilatum, maiestati nostre fideliter restituit, votiu pacis tranquillitate gubernandum, quodquidem (vt apercius confiteamur) vel sola vel maxime eius industria, sollicitudine, et bellicis artibus seruatum est. Vt igitur vir tot inclitorum operum numero prestantissimus, cui nullus honos nisi meritus, referri potest, et qui in tot preclaris actibus, multum sanguinis sui et suorum effudit, gratam sibi maiestatem nostram presentiat, exnunc aliquos beniuolencie nostre videat fauores, in futurum maiores experturus, Castra nostra Ger-gén, in Comitatu de Torda, ac Dowa vocata, in Comitatu de Hwnyad, parcium nostrarum Transsiluanarum, habita, simulcum cunctis Districtibus, Opidis, Possessionibus, Villis et Predijs ad eadem pertinentibus, Item Districtus Wolahales Swdya, Monostor, Bosár et Swpan, vocatos, in Comitatu Temesiensi, existentes, simulcum cunctis huiusmodi Castrorum, Districtuum, Opidorum, Villarum et Prediorum vtilitatibus et pertinentijs, videlicet Tributis, Terris arbitribus, cultis et incultis, vineis et vinearum promontorijs, Pratis, Siluis, Nemoribus, Pascuis, Aquis, Aquarumque Decursibus, Molendinis et locis Molendinorum, ac Jurepatronatus Ecclesiarum, et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum dictorum Castrorum, Districtuum, Opidorum, Villarum, et Prediorum Integritatibus, quo quis nomine vocitatis, sub suis veris metis, et metarum antiquis limitibus, de omnium Prelatorum, Baronum et Nobilium Regni nostri (in hac Congregacione generali eorundem, hic nobiscum existencium, totum scilicet Regnum nostrum Hungarie representancium) consilio, consensu, et collaudacione, ymmo eis omnibus potentibus et instantibus, prefato Comiti Johanni, suisque filijs et heredibus et posteritatibus

vniuersis, de manibus nostris Regijs, cum omni eo pleno Jure, quo nostre Regie incumbunt donacioni, dedimus, donauimus et contulimus, ymmo damns, donamus, et conferimus Jure perpetuo, et irreuocabiliter, possidenda, tenenda et habenda. Saluo Jure alieno. In quorum omnium memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras, autentici Sigilli nostri secreti, quo, vt Rex Hungarie vtimur, appensione roboratas, Quas in formam maioris nostri priuilegij redigifaciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Posonij feria tercia proxima ante festum Purificacionis beate Marie virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Tercio, Regni autem nostri Anno Tredecimo.

Commissio propria domini Regis, de consilio delibera-
cione et collaudacione Prelatorum et Baronum Nicolaus
Vicecancellarius.

A müncheni kir. levéltáról.

CLXXVI.

*László király a pannonhegyi sz. Márton egyháza con-
ventjének megparancsolja, hogy Rozgonyi János erdélyi vaj-
dát, Rozgonyi Rolánd és Osvát székely ispánokat Komárom
megyében fektő Sz. Mihály és Kis-Vigmán faluk birtokába,
mellyek most Zicsi Lukács kezeinél állítólag foglalás után
vagynak, miután ő az azon falvakban létező minden királyi
jogát az említett Rozgonyiaknak adományozta, igtassa be. Kelt
Pozsonyban január 31-dikén 1453.*

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie
etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux necnon Marchio Moraue

etc. Fidelibus nostris Conuentui Ecclesie Sancti Martini Sacri Montis Pannonie Salutem et gratiam. Cum nos pro multiuodis et fidelibus seruicijs, fidelium nostrorum Magnificorum Johannis de Rozgon Wayuode Transsiluani , necnon Rolandi et Osnaldi de eadem Rozgon Comitum Siculorum , totum et omne ius nostrum Regium , si quod in possessionibus Zentmihaly et Kiss Vigman in Comitatu Comaromiensi nunc apud manus Luce de Zich occupatue vt dicitur habitis qualitercumque haberemus, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs prefatis Johanni Wayuode , necnon Rolando et Osualdo de Rozgon ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis premissis sicuti prefertur se habentibus vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus , velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime introduci. Ideo fidelitate vestre firmissime committimus , quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonia fideignum , quo presente Sebastianus de Telche vel Michael de Geche , aut Stephanus litteratus de Azar sine Blasius de Bikol alijs absentibus homo noster de Curia nostra Regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies dictarum Possessionum consequenterque Juris nostri Regij in eisdem habiti vicinis , et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis , et presentibus , accedendo introducat memoratum Johannem Wayuodam , ac Renaldum et Osualdum de Rozgon in dominium earundem , et ipsius Juris nostri Regij, Statuatque easdem et Idem eisdem premissae nostre donationis titulo perpetuo possidendas , si non fuerit contradictum , Contradictores vero si qui fuerint , euocet eosdem contra annotatos Johannem Wayuodam , et Rolandum , ac Osualdum de Rozgon nostram in presenciam rationem Contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem , cum Contradictorum , et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum qui premissae Statucioni intererunt nominibus terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Posonij feria quarta proxima ante festum Purificationis Virginis gloriose. Anno Domini Millesimo Quadrin-

gentesimo Quinquagesimo Tercio. Regni autem nostri Anno
Tredecimo.

Czech János közléséből.

CLXXVII.

*László király Hunyadi Jánosnak, kit egy előbbi leveleben
Erdélyben Besztercze városa s kerülete örökösl grófjává nevezett ki, eddigi családi címerét, mely egy orrában arany gyűrűt tartó hollót ábrázolt, egy koronát tartó oroszlánnal fejér mezőben bővíti. Kelt Pozsonyban febr. 1-sején 1453.*

Commissio propria domini Regis.

adislaus Dei gratia Rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie etc. Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Moraue etc. Ad perpetuam rei memoriam. Libet comitari mores principnm nobilitatis splendore instructos, Libet equidem munificentie pariter Jura sequacibus Regie dignitatis ministeria innato lumine decorata veluti quidam fulgentes radij in subditorum merita profunduntur. Cum enim inter virtutes ceteras munificentie decus summe sit laudis in principe, Iuuat magnopere in hoc exordio nostri regiminis summo studio ipsam amplecti vt per eam in nobis pariter cum etate crescentem subiectorum conciliemus animos et obsequij cursum in eis quasi quodam brauio preparemus, Solet namque hoc proprium velud pro lege habere regum nobilitas vt debere se quod sponte tribuit existimet, et nisi in suis beneficijs creuerit nichil se se vñquam prestitisse putet, Hec igitur occasio, hec denique fuit nobis consideratio, vt fidelem nostrum grate sincereque dilectum Spectabilem et Magnificum Johannem de Hwnyad pridem huius Regni nostri Hungarie Gubernatorem vtpote magnificis virtu-

tibus multorumque Illustrum operum numero ac magnis meritis plenum et prestantem, in honorem et dignitatem perpetni Comitis in et super Ciuitate nostra et Districtu Bistricensi parciū nostrarum Transsiluanarum subleuaremus, ac preficere-mus, prout in alijs nostris literis superinde confectis, lacins hoc ipsum et clariss ac ordinacius est expressum, Restat vt ceptum erga eum emeritum amorem nostrum, pluribus et maioribus indicij continuantes, aucto honori suo, auctiora decoris insignia atque ornamenta adjiciamus, Hactenus siquidem ex gracia predecessorum nostrorum diuorum hungarie regum, prefatus Comes Johannes pro armis seu nobilitatis insignijs progenitoribus suis et domui benefico munere collatis, Cornum in campo flauo seu celestino alas paululum eleuantem sub colore naturali depictum, ac formam annuli aurei in ore gestantem habuit, et in omni usu palam pre se tulit, Nos vero ex nunc in signum noui decoris et magnificate dignitatis sue, de consilio prelatorum et Baronum nostrorum damns eidem et superaddimus prioribus armis suis supratactis, Leonem integrum coloris rubei in campo albo sursum erectum, sparsisque post se se pedibus et ore aperto pugnanti ac frementi et animoso similem, atque in altero anteriorum pedum, veluti manu quadam auream coronam tenentem, vel quasi offerentem. Ita quod vtraque arma ipsa cum suis supradistinctis coloribus per crucem transuersam dupplicata in uno eodemque clipeo collocentur, et deferantur, Ipsi autem clipeo super ponatur galea aurea coronata, cum suis solitis ornamentiis hinc inde diffusis, pro crista vero inseratur forma ale similiter auree desuper prominentis. Que profecto armorum additamenta ne ab re per nos facta aut sine virtuoso rerum tijpo prestita videantur, significacionem eorum et causam exprimere non negleximus. Que enim forma leonis rubri in campo albo in statu et modo supra expresso addita conspicitur, significat antefatum Comitem Johannem superioribus nostre absencie temporibns quibus vide-licet post sedatum huius regni nostri disturbium ipse Comes Johannes officium Gubernacionis Generalis cum suo honore et onore sustulit nostro nomine et supportauit ea omnia que pro defensione Regni nostri et nostro Jure tuendo opportuna fuere

in sincera fide et solicitudine que sinceritas per colorem album designatur, egit, exercuit et operatus est, In quibus quoniam virtuosa bella plurima suo et suorum sanguine resperso magno animo et leonina vt dicere solent audacia plerumque confecit, pugnanti leoni et cruento non indigne assimilatus est, quod autem additum est leonem ipsum altero suorum anteriorum pedum coronam auream tenere et offerre aperte designat, quod Comes Johannes supradictus, Corone nostre Jura et possessionem eorundem suis laboribus, suisque sudoribus ab impugnancium manibus erecta et fideliter conseruata, deuota promptitudine maiestati nostre obtulit, ac restituit suaque precipua assistencia, nos ad eorum regimen feliciter introduxit. Hec igitur arma seu nobilitatis insignia, que superius expressimus, et que in principio seu capite presencium literarum nostrarum suis appropriatis coloribus figurata sunt et distincta vtpote virtutibus eximijs, operibus magnificis, et illustribus meritis, prefati Comitis Johannis apta vti prediximus et congrua eidem Comiti Johanni et per eum suis heredibus et posteritatibus vniuersis vtriusque sexus animo deliberato et ex certa nostra sciencia, prelatorum eciam et Baronum nostrorum ad Id accedente consilio, ad vsum et decorem noue sue dignitatis supratacte deditius, donauimus et contulimus, atque ex mera plenitudine nostre specialis gracie presentibus elargimur, vt ipse ac sui heredes et posteritates vniuerse pretacta arma seu nobilitatis ac dignitatis insignia more aliorum Comitum perpetuorum armis vtencium, vbique in prelijs, hastiliudijs, duellis, Torneamentis, et Bellis, ac alijs omnibus exercicijs militaribus et nobilibus, necnon Sigillis, Anulis, velis, Cortinis, et vexillis, et generaliter in quarumlibet rerum et expedicionum generibus sub mero et pleno Comitis perpetui titulo, quali eos ab omnibus et singulis cuiuscumque condicionis preeminencie, status, gradus vel dignitatis homines existant, insignitos, dici, nominari et teneri volumus, ac eciam reputari, gestare et ferre, necnon omnibus gracijs, honoribus, et libertatibus quibus ceteri Comites perpetui armis vtentes, quomodolibet de Jure vel consuetudine freti sunt, gaudere atque frui valeant. Tantoque ampliori studio ad honorem et obsequia nostre Re-

galis dignitatis eorum inantea solidetnr intencio quanto se se
largiori fauore regio decoratos conspiunt et munere gracia-
rum. In quorum omnium memoriam firmitatemque perpetuam
presentes literas nostras secreto Sigillo nostro quo vt Rex
hungarie vtimur in pendenti communitas eidem duximus con-
cedendas. Datum Posonij feria quinta proxima ante festum pu-
rificacionis beate Marie virginis gloriose , Anno Domini Millesimo
Quadringentesimo Quinquagesimo Tercio. Regni autem
nostri Hungarie Anno Tredecimo.

Commissio propria Domini Regis ex Consilio et
Deliberacione Prelatorum et Baronum nostrorum
Johannes Episcopus Varadiensis Cancellarius.

Az anspachi levelek közöl.

CLXXXVIII.

*László király Hunyadi János bessterczei örökös gróf
kérelmére Bolkács és Zsitve szász falvak birtainak a szász
székek kiváltságával egyezőleg teljes hatalmat ad, miszerint
határaikban akaszlósát, kereket és más illy büntetési jeleket
állíthassanak, és minden állású és sorsú rablókat, tolvajokat,
csalókat és más gonosztéreket letartóztathassanak, végkép
elitélhessenek, és rajtuk a véritéletet végre is hajthassák. Kelt
Pozsonyban február 1-sején 1453.*

Nos Ladislauus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie,
Croacie etc. Rex, Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio
Moraie etc. Memorie commendamus tenore presencium Signi-
ficantes quibus expedit vniuersis, Quod nos cum ad humili-
mam supplicacionem instanciamque fidelis nostri Johannis de
Hwnyad Comitis Districtus Bistriciensis, pridem Regni nostri

Hungarie Gubernatoris, per eum nostre Maiestati propterea porrecte, cum etiam ob deuotionem, quam ad beatissimam Virginem Mariam gerimus, sed et ex desiderio pacem et tranquillum statum Regni, et nostrorum Regnicolarum manutendendi, ne malefactorum et nociorum hominum offensa Justorum fraudulenta et tyranidem machinantium iniquitas in amplum excrescat sed virga equitatis deleatur Justi autem pacis amenitate gaudeant, sub protectione principis gloriosi. Fidelibus nostris Judicibus, Villicis et Juratis Senioribus ceterisque Saxonibus villarum seu possessionum Bolkach et Situe vocatarum, quarum directa medietas dicti Comitis Johannis extitit, altera vero medietas ad Ciuitatem nostram Cibiniensem et ad ecclesiam beatissime Marie virginis in eadem fundatam pertinere dignoscitur, id gloriose duximus annuendum et concedendum, ymo annuimus et concedimus presentium per vigorem vt ipsi Judices, Villici, Jurati Seniores ac ceteri Saxones presentes et futuri in prescriptis villis ac earum territorijs in locis congruis et conuenientibus patibula, rotas ac cetera penarum signa iuxta morem et consuetudinem Septem Sedium nostrarum Saxonicalium, quarum vti dicitur vtuntur iuribus, erigere, vniuersosque fures, latrones predones, domorum incensores, falsarios ceterosque malefactores, qui dei timore postposito inpremissis et alijs publicis criminibus, et factis detestabilibus procedentes in personis detinere, detentosque prece pretio, fauore et amore quibuslibet postergatis in hac parte, Deumque et eius iustitiam ferendo pre oculis iuxta eorum demerita publicatorumque criminum facinora Jurisordine obseruato, Judicandi, definitiuaque sententia condemnandi, suspendenti, decollandi Comburendi, ceterisque penis condignis feriendi aliaque et singula in prefatis villis siue possessionibus ac earum pertinencijs, siue territorijs que de iure in his iuxta Regni nostri consuetudinem fieri consueuerunt faciendi, exercendi, et peragendi plenam omnimodam habeant potestatis facultatem, nostra autoritate ipsis hac in parte atributa et iusticia mediante. Harum nostrarum quibus secretum Sigillum nostrum appensum est, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Posonij in vigilia festi purificationis

beatissime Marie virginis gloriose Anno Domini Millesimo
Quadrinquentesimo Quinquagesimo Tercio. Regni autem nostri
Tredecimo.

A gróf Bethlenek peréből Bolkács és Zsitve ellen.

CLXXIX.

*László Magyar-, Cseh-, Dalmát- és Horvátország királya,
Osztrákhon fejedelme stb, meghagyja Magyar- és Osztrákhon minden lakosainak, kiket a doleg illet, hogy a pozsonyi polgárok ellen Pozsony városa tanácsa előtt folyó pereiket, némi kicsalt királyi levelek s más költött színek alatt, Magyarország szokásos jogainak megsértésével, a pozsonyi tanácsról, a tár-nokséket mellőzve, egyenesen a királyi személynök elé felvinni, mint azt eddig nemelleyek tették, többé ne merészeliék, egyszer-smind felhatalmazván Pozsony városa tanácsát, az illy tör-vénytelen selebbvitel el nem fogadására, sőt saját királyi leve-leinek is, mellyek ezt parancsolnák, mint kicsaltaknak, figye-leme nem vételére. Kelt Pozsonyban február 6-dikán 1453., megerősítetett Bécsben május 7-dikén 1453.*

Ladislaus dei gracia Hungaric , Bohemie , Dalmacie , Croacie etc. Rex , Austrieque et Stirie Dux , necnon Marchio Moraie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis , cuiuslibet condici-onis hominibus tam Regni nostri Hungarie , quam Ducatus Austrie predictorum , quos infrascriptum negocium tangit , vel in futurum tanget , Salutem et graciam. Plurium relationibus percepimns , quomodo nonnulli forent ex vobis , aliquas lites seu causas pro quibuscunque rebus contra fideles nostros Ciues Posonienses , aut aliquos ex ipsis coram Judice et Jura-tis Ciubus Posoniensibus , pro tempore habentes qui violatis consuetudinibus — — et libertatibus prescripti Regni nostri

Hungarie, huiusmodi causas, per surriptitias literas nostras, et alijs coloribus adinuentis, dimissis medijs Judicibus, vide-licet Magistro Tauernicorum nostrorum, et Juratis septem liberarum Ciuitatum nostrarum, a conspectu et Judicio dictorum Judicis et Juratorum Posoniensium, directe ad Judicium personalis presencie nostre aduocarent. Et quia nos libertates, et antiquas consuetudines dicti Regni nostri Hungarie nolumus infringere, ideo fidelitati vestre, et cuilibet vestrum firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo deinceps nullus vestrus in quibuscumque causis a dictis Judice et Juratis Ciuibus Ciuitatis nostre Posoniensis, obmissis dictis medijs ad nos directe appellat, Sed si quicunque vestrus de Judicio dictorum Judicis et Juratorum Ciuium contentus non fuerit, prouocet prius in presenciam Magistri Tauernicorum nostrorum, et Juratorum dictarum septem liberarum Ciuitatum, ac coram illis prosequatur et experiatur causam suam, secundum cursum antique consuetudinis Regni, Si vero nec de Judicio ipsorum Magistri Tauernicorum et Juratorum ipsarum septem liberarum Ciuitatum talis fuerit contentus, poterit tandem in nostram personalem presenciam appellare, Secus facere non ausuri. Alioquin presentibus committimus prefatis Judici et Juratis Ciuibus dicte Ciuitatis nostre Posoniensis, vt ipsi nullam appellacionem vestram contra consuetudinem Regni ab eis, obmissis dictis medijs, in personalem presenciam nostram admittere debeant, nisi prius causa illa a presencia eorum deferaatur in presenciam dicti Magistri Tauernicorum, et ipsorum Juratorum Ciuitatum liberarum, nec contra hoc aduertant quascumque literas nostras, quas literas nos expressis surriptitias reputamus, Presentes autem perfectas semper reddi volumnus presentanti. Datum Posonij in festo Dorothee Virginis Anno Domini 1453.

Ujra kiadatott szóról szóra megegyezőleg, Datum Vienne feria secunda ante festum Ascensionis Domini, Anno eiusdem 1453.

Pozsony városa levéltárából.

24*

CLXXX.

László király, Bécs városa közönségének kérelmére, megelőzések, nevezetesen László királynak 1279-ról, Andrásnak 1297-ról, Lajosnak 1306-ról, és végre Zsigmondnak 1402-ről a vámoknak mikénti fizetése, s a bécsei kereskedők vagyonainak más bécsei lakosok elleni követelések örve alatt tilalmazott letartóztatása iránt kelt parancsaikat átvira, minden részleteikben megerősítő, és azokat az azokban rendelt büntetések alatt mindenki által szorosan megtartani rendeli. Kelt Bécsben február 24-dikén 1453.

Nos Ladislaus dej gratia Rex hungarie Bohemie Dalmacie Croatie, etc. ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Morauie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit Vniuersis Quod fideles nostri Magister Ciuium Judex et Jurati Consules Ciuitatis nostre Viennensis, nostre Serenitatis accedentes in presentiam, in ipsorum et vniuersorum Ciuium et Mercatorum eiusdem Ciuitatis nostre nominibus et personis, exhibuerunt nobis quam plures literas plurimorum diuorum Regum hungarie videlicet Bele Stephani Ladislai Andree Caroli Lodouici ac Sigismundi, nostrorum scilicet predecessorum super diuersis dispositionibus Tributorum. ac alijs libertatibus in quibus ijdem predecessorum nostri Reges hungarie ipsos Ciues et Mercatores, ipsius Ciuitatis nostre Viennensis conseruarunt, inter quas specialiter, quatuor erant, effectum et sensum aliarum in secontinentes, Vna videlicet Ladislai filij Stephani, filij condam Bele quarti Regum hungarie felicium recordationum, suo maiorj autentico Sigillo, a tergo Sigillata, Tenores et continentias, literarum predictorum Bele et Stephani Regum hungarie super dispositione et Limitatione solutionis Tributi, de quibuscumque rebus mertionalibus de Vienna et Austria, in Regnum nostrum Hungarie tam in Curri-

bus quam nauibus deferendis , modo et ordine in eisdem de-
scripto et specificato , transsumptive et ratiificative in se ha-
bens , et alia condam Serenissimi domini Andree similiter Re-
gis Hungarie , nostri predecessoris super simili Limitacione
solutionis tributi confecta Tertia uero condam Serenissimi
principis domini Ludouici similiter Regis Hungarie nostri pre-
decessoris limitationem solutionis tributi super aquas de Ca-
rinis suie nauibus magnis , descendentes seu ascendentes , in
se continens , Et quarta gloriosissimi condam principis domini
Sigismundi Imperatoris et Regis Hungarie , Aui nostri Caris-
simi similiter nostri predecessoris , super nominato siendo
arresto mercatorum descendantium cum mercibus suis in Hun-
gariam emanata tenore subsequentium , Supplicantes nostro
culmini Regio , ijdem Magister Ciuium Judex et Jurati Consul-
les , nominibus quibus supra humiliter et devote , ut easdem
literas condam Ladislai Andree Ludouici et Sigismundi Impe-
ratoris Regum hungarie ratas gratas et acceptas habentes no-
strisque literis uerbotenus inseri facientes pro eisdem Magi-
stro Ciuium , Judice et ceteris Ciuibus et Mercatoribus Ciuitatis
nostre Viennensis Vniuersis Innouantes perpetuo ualituras
confirmare et confirmatas obseruarij facere dignaremur Qua-
rumquidem literarum prime videlicet dicti condam Ladislai
(filij Stephani) filij Bele Regis , tenor talis est Nos Ladislaus
dei gracia Rex hungarie , Tenore presentium significamus qui-
bus expedit Vniuersis Quod Hannsgrauius Rector Mercatorum
de Vienna et de Austria ad nostram accedens presentiam , ex-
hibuit nobis patentes literas domini Stephani Illustris Regis
Hungarie patris nostri Carissimi felicis recordationis , super
confirmatione literarum Regis Bele , Aui nostri Carissimi , pe-
tens humiliter cum instantia , ut ipsas ratas habere , et nostris
literis patentibus dignaremur confirmare , quarumquidem tenor
talis est Nos Stephanus dej gratia , Rex Hungarie Significamus
Vuiuersis presentium per tenorem Quod Sijbrinus dictus Lou-
bul , exhibuit nobis literas patentes karissimi patris nostri Re-
gis Bele , inclite recordationis , petens ut ipsas confirmare
dignaremur , nostrarum patrocinio literarum , quarum tenor ta-
lis est , Bela dei gratia Rex Hungarie , fidelibus suis Comiti

Jauriensi : et Tributarijs de Jaurino de Abda et de Fijnregtu, Salutem et gratiam Literas venerabilis patris S. Episcopi Jauriensis super forma exigendorum tributorum, in Jaurino Abda, et finregtu, more antiquitus obseruato recepimus in hunc modum, uidelicet de quolibet Curru teutonico ueniente in Hungariam, Tributarij debent habere quattuor denarios, et Comes Jauriensis duos denarios Regales, Item de curru transeunte de Hungaria Tributarij debent habere octo denarios, et Comes duos, Item si uenerint Currus in naui, cum mercimonijs de quolibet curru, Tributarij debent habere quattuor denarios, et Comes duos, Si vero nauis ascendat cum mercibus, ipsa nauis estimetur et redigatur ad quantitatem Curruum, et de quolibet Curru, Tributarij debent octo denarios et Comes duos Item Si Teutonici boues, superius deferant, de quolibet boue duos denarios, et Comiti vnum denarium, de bobus Teutonicorum Item de curribus hungarorum Tributarij duos denarios et Comes de duobus Curribus hungarorum unum denarium habeat, Item de bobus hungarorum superius deferentium, unum denarium de duobus bobus, Et de quattuor bobus Comes unum denarium Item de Curru mellis, Tributarij debent habere tria pondera, et Comes unum pondus Item de qualibet Tunella uini Tributarij octo denarios, et Comes duos, Item de curru salium hungarorum, duos sales et dimidium, cum portione Comitis Jauriensis. Item de centum marcis piperis, Tributarij debent habere unam Marcam piperis Et de centum cirotecis duas Cirotecas, et sic de alijs, minutis mercimonijs, Item de curru hospitum latinorum unum fertonem Item in finregtu de Curru Teutonicorum quantumcumque oneris habente, unum denarium. De reliquis autem mercimonijs, bobus, scilicet, et alijs nihil dare tenentur, In finregtu — Item Teutonici pedites nihil dare debent, Item in Abda de duobus Curribus Teutonicorum quatuor denarios. Vnde fidelitati vestre mandantes precipimus, firmiter et districte, quatenus ultra formam antiquitus obseruatam. In tributis nihil exigere penitus presumatis, alioquin transgressores nostri mandati in rebus et persona grauiter puniemus, Datum Anno domini M.CC.LX-o Nos igitur peticionem eiusdem considerantes fore iustum et legitimam admis-

simus , presentibus confirmantes , Datum in Bijkche Anno domini M.CC.LXX. Nos itaque considerantes , petitiones dicti Hengraw superius nominati esse iustas et legitimas , querimoniam eiusdem regio admisimus cum fauore , et predictas literas , progenitorum nostrorum ratas habentes et acceptas , presentibus de uerbo ad uerbum inseri faciendo , patrocinio et munimine patentium literarum nostrarum duximus confirmandum , Datum in Insula Chech in octaua Beate Margrethe Virginis , Anno domini M.CCLXX-nono Alterius uero litere uidelicet , condam domini Andree Regis tenor is est , Andreas Dei gratia Hungarie Dalmatiae Croatie Rame Seruic Gallitie , Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex , Omnibus Cristi fidelibus , presentes literas inspecturis salutem in domino Sempiteruam ad Vniuersorum noticiam tenore presentium uoluimus peruenire . Quod nos pro reformatione status et comodo , ac utilitate Regni nostri , Omnia tributa de nouo istituta , que loco inconsueto exiguntur duximus omnino abolenda . Volentesque de Cetero ut Vniuersi Mercatores per Regnum nostrum transeuntes libere , et absque aliqua molestia transire ualeant , et nullus eisdem inferre presumat nocumentum . Preterea tributarij vbique locorum in Regno nostro constituti , tributum indebitum , et iniustum super eosdem Mercatores exigere nullatenus presumant , sed iustum tributum , quod tempore domini Bele Regis felicis recordationis Aui nostri carissimi exigi consueuerat , more debito et consueto exigant super ipsos , scientes , qnod si qui secus facerent , et eosdem Mercatores ratione tributi indebiti molestarent , extunc eosdem rebus et personis facheremus condemnari . Et insuper possessiones eorundem in quibus falsum tributum exigeretur ad manus nostras , deuolui facheremus , uolumus etiam , quod si qui ex nostris Baronibus , in suis possessionibus tributum potencialiter exigi facerent , suam dignitatem amittere possint eo ipso , In cuius rei memoriam , perpetuamque firmitatem , presentes concessimus literas duplicitis sigilli nostri munimine roboratas , Datum per manus Discreti uiri Magistri Gregorij Albensis ecclesie prepositi Aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri , Anno domini Milesimo Ducentesimo Nonagesimo septimo . Regni autem nostri Anno

octauo , Tertie vero litere, uidelicet condam domini Lodouici Regis tenor iste est Lodouicus dei gratia Rex hungarie fidelibus suis Tributarijs , de Roijska de Jaurino , de Komaron de Situateu , de Strigonio de Zwb , de Wisegrad et de Veteri Buda , nunc constitutis et constituendis in futurum , Salutem et gratiam , Noueritis quod nos et domina Regina genitrix nostra karissima cum prelatis et Baronibus nostris , matura et salubri deliberatione prehabita exactiones tributorum , aquaticorum , modo infrascripto , duximus moderandum . Quod de quibuslibet Carinis seu nauibus , de Vienna uel aliunde , in Regnum nostrum remigantibus , pannis et alijs , quibuscumque rebus mercimoniialibus , preter fructus et ollas oneratis , Mercatores et in singulis locis dictorum tributorum , de singulis uestigijs , seu pedis humani longitudinibus per medium et latitudinem ipsius nauis seu Carine meciendis , singulos florenos soluant pro tributo , sine diminutione et augmentatione ampliorj , nec Tributarij ipsos Mercatores , ad ampliorem tributi solutionem uel piperis aut alterius monusculi prestationem , compellere audeant , modo aliquali , Immo neque ab beneuolo dantibus ipsa munera recipere presumant , ne in consuetudinem deducantur , et ex hoc tandem ipsi Mercatores successiue infestantur Ceterum de qualibet Carina seu naue piris uel pomis , ac alijs fructibus referta , tres , et de Carina ollis onerata duos florenos et non plures recipere possint Tributarij prenotati , De Carina autem de regno nostro uersus Viennam eunti , medietas tributi , supradicte mensure uestigij recipiatur , in locis prenotatis , Et ut presens nostra constitutio , solutionis tributi inuiolabiliter perseveret , Statuimus , quod quicumque nobilium tributa propria habentium contra premissa . Statuta nostra , ampliorem tributorum exactionem fecerint , Vel quidquid de premissis infregerint , iure tributi sui , et possessione , in qua tributum exigitur , priuentur Et eadem possesio cum tributo manibus regis confiscantur . Et per Palatinum applicentur , nostra autem tributa conservantes honoribus , suis spolientur , et tamquam transgressores mandatorum Regalium puniantur , per Palatinum prenotatum , Statuimus etiam , ut nullus a peregrinis equitibus et pedestribus , quocumque euntibus , et hominibus in regnum nostrum

causa commorandi cum uxoribus liberis et familia uenientibus,
 necnon hominibus pedestribus, attributum recipere presumat
 De hominibus autem de Regno nostro causa residentie exeun-
 tibus, quadraginta denarij exigantur pro tributo, contra hoc
 autem facientes uelut fures et latrones publicos per Palatinum
 commisimus puniendum, Tricesimis tamen saluis remanentibus
 a mercatoribus prenotatis Et hoc uolumus ubique, in foris et
 locis publicis palam facere promulgari, Prout etiam premissa,
 uigore aliarum literarum nostrarum anuleo Sigillo nostro con-
 signatarum decreuimus sanxiendum, et uobis similibus dedissem
 firmis in edictis, Datum Posonij in festo Natiuitatis beati Jo-
 annis Baptiste Anno domini M.CCC.LX-o sexto Quarte uero
 litere uidelicet condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis
 Tenor sequitur in hec uerba Nos Sigismundus dei gratia Rex
 Hungarie Dalmacie Croatie etc. Marchioque Brandenburgensis
 etc. Sacri Romani imperij Vicarius generalis et Regni Bohemie
 Gubernator, Notum facimus tenore presentium Significantes
 quibus expedit Vniuersis, quod licet nos quibusdam rationibus
 seu inductionibus moti, Nonnullis nostris fidelibus regnicolis
 annuerimus et facultatem prebuerimus, et pro damnis eis in
 Austrie, aut alijs ducatibus seu prouintijs ad ipsam austriam
 pertinentibus illatis et irrogatis, Omnes et quoslibet Mercato-
 res ac alias Ciues et populos de dictis ducatibus et prouintijs
 signanter de Ciuitate Viennensi ubilibet in regno nostro ar-
 restare et cum rebus ac bonis eorundem prohibere facere, ua-
 lerent atque possent, Tamen quia inter nos et Illustrem prin-
 cipem dominum Albertum Ducem Austrie tanta amicabilis con-
 cordia, et vnio caritatiua stabilita est, ut ipsum regni nostri
 gubernatorem instituerimus, certis nostris literis, superinde
 concessis, nihilominus ad ea, que regnorum nostrorum hone-
 stam utilitatem necnon fructuosum commodum respiciunt ac
 profectum, Igitur nos inter alia, per que regnorum nostrorum,
 ac Ducatus Austrie hominibus et incolis prouenire possent uti-
 lia, premissas arrestationes, et prohibitiones aboliendum du-
 ximus et penitus deponendum, decernentes, uigore presen-
 tium ac per nostrum regium statuentes edictum, ut inantea
 omnes mercatores, ac alterius sortis conditionis et preemi-

nentie homines de Vienna uel alijs Ciuitatibus oppidis et uillis totius ducatus Austriae , cum mercantij rebus uenalibus , ac bonis ipsorum commutabilibus , in regnum nostrum tute , se- cure , et absque arrestationis ac prohibitionis formidine et im- pedimento quolibet seruatis dumtaxat , et saluis libertatibus , consuetudinibus et constitutionibus , ciuitatum ipsius regni no- stri , solutisque , tricesimo et tributis licitis et consuetis , uenire et recedere , quotiescumque maluerint , ualeant atque possint , Quocirca vobis Vniuersis prelatis Baronibus Comitibus , Ca- stellanis , nobilibus , et officialibus , Item Ciuitatibus et liberis Villis , ipsorum Rectoribus , Judicibus , et Villicis ac alijs qui- buslibet nostris et regni nostri fidelibus , quibus presentes in- notuerint , firmissimo precipimus regio sub edicto , quatenus prefatos mercatores , ac quoslibet homines de Austria , pre- sertim de Vienna contra premissse relaxationis , et assecurati- onis nostre formam , Arrestare ac prohiberi facere , aut alio quoquimodo aggrauare presumatis , gracie nostre sub obtentu . presentes etiam perfectas , semper redi iubemus presentanti- bus , Datum Posonij , septimo die festi beati Michaelis Archangeli , Anno Domini Milesimo quadringentesimo secundo , Nos igitur humilimis et deuotis Supplicationibus , annotatorum Ma- gистri Ciuium et Judicis et Juratorum Consulum per ipsos eo- rum et predictorum Vniuersorum Ciuium et Mercatorum Ciui- tatis nostre Viennensis Nominibus , modo prenarrato , nostre prece subiectua oblatis maiestati Regali benignitate uti de Justitia et equitate tenemur exauditis et admissis prefatas li- teras , memoratorum regnm , non abrasas , non cancellatas , neque in aliqua eorum parte suspectas , Immo mere et sijncre ueritatis integritate prepollentes , presentibusque de nerbo ad uerbum insertas quoad omnes earum continencias Clausulas et articulos , consilio et assensu approbamus et ratificamus , eas- que cum omnibus et singulis superius in tenoribus predictarum literarum limpидius contentis limitatis et specificatis , de pleni- tudine nostre potestatis Regie , ex certaque scientia nostre Maiestatis pro prefatis Magistro Ciuium Judice , ceterisque Ciuibus et Mercatoribus , Ciuitatis nostre Viennensis , Sepe fate eorumque successoribus et posteris Vniuersis Innoantes

perpetue ualituras , confirmamus , Decernentes easdem , per omnes et singulos preacti regni nostri et Corone subditos obseruarj debere , inhibentes districtius , ne amodo in posterum aliquis ex prelatis Baronibus Comitibus Castellanis nobilibus et alijs nostris subditis , cuiuscumque status et conditio-
nis existat , dispositiones preactas , necnon libertates infrin-
gere , aut eis contraire presumat , quoquomodo sub penis
supra , in dictis literis expressis , ac alijs quas in contrasaci-
entes decernere pro tempore uidebitur opportunum , iu quo-
rum omnium uigorem et testimonium presentes concessimus
literas nostras pendente Secreti Sigilli nostrj , quo ut rex
Hungarie utimnr munimine roboratas , Datum Vienne , die fe-
sti beati Mathie Apostoli Anno domini Milesimo Quadringen-
tesimo . quinquagesimo tertio , regni autem nostri Anno Tre-
decimo .

A csász. kir. titkos levéltárból.

CLXXXI.

*Hunyadi János, Beszterce örökösi grófja , az ország fő-
kapitánya , és a királyi jövedelmek kezelője , István győri örka-
nonok személyes kérelmére , István királynak azon levelét ,
melly által a győri egyház örkanonokságának Győr megyében
eső , Bálon notű helységét a kamaraanyereség , a kincstári adó-
zások és gyűjtemények s az esztergomi érseknek járandó ga-
bonadíszma alól felmenti , megerősítvén , a királyi adó- és ér-
sedi dérmasszedőknek megparancsolja , hogy az említett hely-
séget ezen fizetések megtételére szoritani ne merjék . Kelt Győr-
ben martius 30-dikán 1453.*

*Nos Johannes de Hwnyad Perpetuus Comes Bistriciensis ac
Capitaneus Regie Maiestatis in Regno Hungarie constitutus,*

Administratorque Prouentuum Regalium, Memorie commen-
damus tenore presencium significantes quibus expedit vniuers-
sis. Quod honorabilis Dominus Stephanus Custos et Canonicus
ecclesie Jauriensis in nostri veniens presenciam, quasdam li-
teras Serenissimi principis quondam domini Stephani dei gra-
cia Hungarie etc. Regis priuilegiales, nobis producere curauit,
quas quidem literas in specie vidimus et easdem legi per or-
dinem Jussimus. Quibus perfectis clare constabat, quod pos-
sessio Custodie ecclesie Jauriensis Balon appellata in Comitatu
eiusdem loci Jauriensis existens, a solucione prouentuum lu-
cri Camere, ac daciarum et collectarum fisco Regio, necnon
decimatarum frugum et Bladorum Archi Episcopo Strigoniensi
de eadem possessione annuatim prouenire debentum per eun-
dem dominum quondam Stephanum Regem ob refrigerium et
salutem anime sue in perpetuum exempta foret et supportata.
Quibus exhibitis prefatus dominus Stephanus, Custos et Cano-
nicus ecclesie Jauriensis supplicauit nobis humiliter et denote,
vt prescriptam possessionem dicte sue Custodie Balon appella-
tam in prescripta gracia exemptione tenere, et conseruare
dignaremur. Et quia nos sicuti quempiam Regnicolarum sic et
presertim prefatum dominum Custodem, in suis Juribus legit-
timis tempore nostro destitui ac defraudari minime uolumus.
Quociroa vobis vniuersis dicatoribus, et exactoribus prouen-
tuum lucri Camere ac daciarum, et collectarum Regalium, ac
decimatarum frugum Archi Episcopalium ecclesie Strigoniensis,
in Comitatu Jaurensi constitutis et in futurum constituendis,
presencium notitiam habituris, nomine et in persona Serenissi-
mi principis domini Ladislai hungarie etc. Regis domini nostri
naturalis firmiter precipimus et mandamus, quatenus a modo
in posterum prefatam possessionem Custodie ecclesie Jaurien-
sis Balon vocatam, consequenterque populos et Jobbagiones
pro tempore in eadem commorantes, contra formam premissae
graciosa exemptionis per prefatum Stephanum regem suis li-
teris mediantibus facte, ad dandos et soluendos prouentus lu-
cri Camere ac daciarum et collectarum, necnon decimatarum
arctare et compellere, rationeque non solucionis earundem,
eosdem in personis, rebus ac bonis eorum quibuslibet impedi-

molestare , seu quoquomodo dampnificare nusquam et nullatenus presumatis modo aliquali , presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in Oppido Jauriensi predicto sub appensione Sigilli nostri in die Parasceue. Anno domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo Tercio.

Czech János közléséből.

CLXXXII.

Hunyadi László örökö s beszterczei gróf, Dalmát- és Horátország bánja, tudósítja Pozsony városát, hogy kivánságához képest atyja Kothwicz nevű házi-emberét 6 lovaggal Neziderbe átküldötte az ottani szekér őrzésére , mire nézve felszólítja a mondott várost, hogy azon segyvereseket jól fogadja és zsold-dal ellássa. Kelt Györben martius 30-dikán 1453.

Prudentes viri Amici nobis grate dilecti Sicuti a Domino genitori nostro unum suum familiarem ad vestra Stipendia qui Currum in Neusydel custodire debeat , petivistis Ecce Idem Dominus et genitor noster mittit illac hunc Caspar Kothwycz familiarem suum cum Sex Equis Ideo requirimus vos quatenus ipsum libenti animo suscipere eidemque ad singulos menses ad Sex equos solvere non postponatis prout Id domino et genitori nostro assumsistis. Scriptum Jaurini in die parasceve Anno Domini etc. L tercio.

Ladislaus de Hunyad
perpetuus Comes Bystricensis
Regnorumque Dalmatiae et Croaticae Banus.

Kivűlről: Prudentibus et Circumspectis viris Magistro Ci-vium ac Judici Juratis ceterisque Ciuibus Ciuitatis Posoniensis Amicis nobis grate dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXXIII.

Kassa városa Globacz sandomiri nádorhos a várost illető dolgokban küldött követének Rüdigeri Fülöpnak, a táros titoknokának, meghatalmazó-levelet ad. Kelt aprilis 17-dikén 1453.

Magnifice ac Generose Domine nobis sincere honorande.
 En cum ad eandem V. M. in quibusdam factis nos et nostros tangentibus V. M. proponendis hunc commendabilem Magistrum Philippum Rudigerj nostre Ciuitatis Secretarium, per nos sufficienter informatum, harum sub confidentia duximus destinandum, Rogantes presentibus affectuosius, quatenus eidem in referendis audienciam benignam atque fidem dignemini adhibere creditiuam. Datum feria tertia proxima post Dominicam Misericordia Domini Anno etc. Lijj-o.

Judex et Consules
 Ciuitatis Casscha.

Kicülről: Magnifico ac Generoso Domino in Globacz nuncupato Palatino Zandomiriensi etc. Domino nobis sincere honorando.

Kassa városa levéltárából.

CLXXXIV.

Hunyadi László örököslő beszterczei gróf, Dalmát- és Horvátország bánja, tudósítja Pozsony városát, hogy ő ugyan kiránságukra megigérte volt, miként addig, mig atyjával találkozhatik, a Neziderbe küldött Gotheicz zsoldját ki fogja fizetni; minután azonban most közelebbről atyja által ugy értesítetett, miszerint ezen zsold fizetése a várost illetné: felszólítja, hogy jötérendőre ezt tegye meg, igérren hogy a Giskrával a nezideri harmincad iránt felmerült ügyét barátságosan kívánja elintézni, mihelyt a királyhoz személyesen fölmehet. Kelt Nagy-Szombatban april 30-dikán 1453.

Ladislaus de Hunyad Comes perpetuus Bystriciensis necnon Regnorum Dalmatiae et Croatiae Banus.

Prudentes et Circumspecti viri nobis gratae et sincere dilecti. Scientes quia nuper vobis promiseramus, Quod interim quousque ad Dominum nostrum Genitorem iremus super Tricesima de Neuzydel Gaspar Gothwycz familiarem nostrum cum Sallario nos teneremus, nunc autem per ipsum dominum nostrum Genitorem taliter sumus instructi ut eidem Gaspar de annuo Sallario suo, de pecuniis vestris solvere et satisfacere debetis. Ideo vestras dilectiones presentibus requirimus nichilominusque committimus quatenus a modo in posterum prefato Gaspar super Sallario suo de pecuniis vestris satisfactionem impendere et exhibere debeatis. de illis autem negotiis vestris cum Johanne Gyskra ex parte prefate Tricesime habitis nos personaliter tractare, et ea in statum peroptatum deducere volumus. Quoniam sciendum nos in brevi erga Dominum nostrum Regem constitui velle. Ex Tyrnavia in profecto beatorum Philippi et Jacobi Apost. Anno Domini M. CCCC. L. tertio.

Kicülről: Prudentibus et Circumspectis viris Magistro Ci-

vium necnon Judici Juratis ceterisque Ciuibus Civitatis Posoniensis nobis grata et sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXXV.

Hunyadi László besszterczei örököös grófi Ulrik, Cillei grófot barátságosan megkeresi, hogy, miután atya a nezideri harminczadot több másokkal az ő tudtáral és egyetértésével adta Pozsony városának haszonbérbe, most pedig Brandisi Giskra János az iránt a király előtt többféle kérdéseket támasztana, ügyekeznék a dolgot oda rezérelni, miként Giskra alaptalan követeléseiivel elmozdítottan, Pozsony városa tovább is megmaradjon a kérdéses harminczad birtokában. Kelt Nagyszombaton május 3-kán 1453.

Illustrissime princeps domine noster prestantissime Memo-
retur vestre dominationis Siblimitas quemadmodum factum sen-
negotium pretextu Tricesimarum et signanter in Neusydel
more solito exigi et recipi consuetarum ob quam Magnificus
Johannes Gyskra de Brandis cum Ciuibus Posoniensibus, qui-
bus Dominus et genitor noster eandem sed et cuncta alia in-
cumbentia negotia ipsis Civibus non abs intentione et annuen-
tia sed penitus et omnino Vestre dominacionis nutu voluntate-
que et mandato disposuit collocavitque et arendavit coram
Regia Maiestate conqueritur et littigatur. Eapropter affectuosis
rogatibus flagitamus Vestram Dominacionem summopere, qua-
tenus v. d. circa negotia dictorum Ciuium taliter et adeo in
presentia Regie Serenitatis adesse laborareque et prodesse
velitis et dignemini, ut huiusmodi lites ratione prescripte Tri-
cesime per annotatum Johannem Gyskram inchouate V. D. ami-
niculo et assistentia sopiri et condescendi possint et valeant

sedari. Ex Tirnavia in die Inventionis Sancte Crucis Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

**Ladislaus de hwnyad perpetuus
Comes Bystriciensis.**

Kicülről: Illustrissimo principi Domino Ulrico Cilie Ortemburge Zagorięque Comiti ac Regni Sclavonie Bano Domino nostro prestantissimo.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXXVI.

Hunyadi László, Besztercze örökösl grófja, Dalmát- és Horvátorsság bánja, Pozsony városát megkéri, hogy bizonyos Myssel nevezetű Nagy-Szombatban lakó zsídót, kit 60 arany adósságért megidézett volt, addig míg ez e térgyban a királytól felmentő levelet eszközölned, ezen tartozásáért zaklatni ne engedje, sőt inkább személye iránti tekintetből pártfogolja. Kelt Nagy-Szombatban május 3-dikán 1453.

Ladislaus de Hwnyad Comes perpetuus Bistriciensis, necnon Regnum Dalmatiae et Croatiae Banus. Prudentes et Circumspecti viri nobis grate et sincere dilecti. Scitis qualiter Judeum Myssel dictum, inhabitatorem Ciuitatis Tirnauiensis super solutione sexaginta florenorum auri prouocaueritis. Quare easdem vestras dilectiones presentibus attente rogantes requiri mus, quatenus prefatum Judeum Myssel interim quousque a Serenissimo Domino nostro Rege sibi ipsi libertates uel expeditorias impetrare valuerit, vt ipsum et in posterum ratione huiusmodi negotij preteriti quispiam molestare non audeat, pro predictorum sexaginta florenorum non solutione in nullo im-

pedire , molestare vel quoquomodo dampnificare non permittatis , ymmo potius ob respectum nostri protegere velitis . **Ex** Tyrnaua in die Inventionis Sancte Crucis Anno Domini 1453.

Kirülről : Prudentibus et Circumspectis viris Magistro Ciuium necnon Judici , Juratis ceterisque Ciuibus Ciuitatis Posoniensis nobis grata et sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CLXXXVII.

László király meghagyja Kassa városának , hogy az Axamith vezérlete alatt a felsővidéket szorongató rablók ellen rendelt sereg vezéreül kinevezett Hunyadi László besszterczei grófot és Dalmát - s Horvátország bánját egész erejéből segíse . Kelt Bécsben május 11 - dikén 1453.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae Croatiae etc. Rex , ac Austrie et Stirie Dux , necnon Marchio Moraie etc. Circumspecti ac prouidi fideles nobis sincere dilecti . Certa relatione didicimus Quomodo nonnulli latronculi sumpta occasione , nostre absentie , sub nomine et ductu cuiusdam Axamith congregati in terra nostra Scepusiensi , et partibus illic viciinis , erectis fortalitijs , plurimas hominum et rerum predas faciunt ac Incolis illarum partium multa ingerunt mala et nocuimenta . Et quod adeo iam eorum presumptio inualuit , vt nouissimis diebus plures nostros fideles ad eos compescendos congregatos in Campestri Bello conflixerunt . Cupientes igitur tempestive eorum malitie resistere , Fidelem nostrum Spectabilem et Magnificum Ladislaum de Hwnyad Comitem Bystricensem ac Regnorum Dalmatiae Croatiae predictorum Banum , contra prefatos malefactores in subsidium illius terre duximus deputandum . Quapropter inter ceteros etiam Vniuersitatem ve-

stram prefato Comiti Ladislao in hac re adiungentes requirimus eidem firmiter mandando , quatenus presentibus visis cum vestris Ingenijs exercitualiter insurgendo precipiente dicto Comite Ladislao illac quo ipse dixerit , contra prefatos predones , accedere , et ea omnia facere debeatis que idem docuerit facienda. Committimus etiam , quod predictum Comitem Ladislaum toties quoties voluerit pro congregazione gentium facienda , et alias in Ciuitatem vestram intromittere , et in hoc negotio fauere debeatis. Secus sub pena nostre grauissime indignationis facere non ausuri. Datum Vienne in festo Ascensionis Domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio , Regni autem nostri Anno tredecimo.

Kiválról: Prouidis et Circumspectis Judici Juratis ceterisque Ciubus ac toti Communitati Ciuitatis nostre Cascbaw , fidelibus nostris sincere dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CLXXXVIII.

László király ujabban tudósítván Kassa városátsze -, mint a Szepes megyében és annak vidékén hatalmaskodó rabló Axamith ellen, — ki már oly vikmerősségre vetemült, hogy az ellene öszvegyülekezett nemelly hű királyiakkal sikor is öszvesz- csapott, — Hunyadi László dalmát- és horevátországi bánt nevezte ki a küldendő sereg vezérevé, meghagyja a nevezett városnak, hogy, mi helyt Hunyadi László vagy emberei által felszólíttatik, azonnal minden hadszreivel általánosan keljen fel, és a rablók ellen minden, mit ez parancsoland, tegyen meg. Kelt Bécsben május 18-dikán 1453.

Commissio Domini Regis.

**Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croatie etc .
Rex , Austrieque et Stirie Dux , necnon Marchio Moraie etc.**

25*

Fidelibus nostris Judici, Juratis, ceterisque Ciuibus et totu
 Communitati Ciuitatis nostre Cassouiensis Salutem et gratiam.
 Certa relatione didicimus Quomodo nonnulli latronculi sunpta
 occasione nostre absentie sub nomine et ductu cuiusdam Axamith,
 congregati in terra nostra Scepusiensi et partibus illic
 vicinis, erectis fortalitijs, plurimas bominum et rerum predas
 faciunt, ac Incolis illarum partium multa ingerunt mala et no-
 cumenta. Quodque adeo iam eorum presumptio inualuit, vt
 nouissimis diebus plures nostros fideles ad eos compescendos
 congregatos in Campestri bello confixerunt. Cupientes igitur
 tempestive eorum malitie resistere fidelem nostrum Spectabi-
 lem et Magnificum Ladislaum de Hwnyad Comitem Bistricien-
 sem ac Regnorum nostrorum Dalmatiae et Croatiae Banum contra
 prefatos malefactores in subsidium illius terre duximus depu-
 tandum. Quapropter fidelitati Vniuersitatis vestre firmiter pre-
 cipientes mandamus, quatenus visis presentibus dum et quam-
 primum per dictum Comitem Ladislaum aut homines suos, cum
 literis suis requisiti fueritis, incontinenti omnes viuersaliter
 cum omnibus vestris ingenijs exercitualiter insurgentes, illac
 quo prefatus Ladislaus Comes commiserit proficisci et contra
 prefatos predones ea omnia agere debeatis, que ipse dixerit
 facienda. Secus sub pena grauissime nostre indignationis fa-
 cere non ausuri. Datum Vienne feria sexta proxima ante fe-
 stum Penthecostes Anno Domini Millesimo quadringentesimo
 quinquagesimo tercio, Regni nostri anno tredecimo.

Kassa városa levéltárából.

CLXXXIX.

László király előre bocsátván , hogy az Axamith ellen eddig ett minden rendeletei sikér nélkül maradtak , sőt ez tovább erjeszkedve , már Kassa vidékét is háborítani kezdi , tudósítja Kassa városát , hogy elhatározta magát , személyesen megindulni az ország ezen ellensége ellen ; mire nézve kötelességevé teszi a mondott városnak , hogy egész erővel felkelvén , a közelebbi szent János napján , midőn ő osztrák és morva , valamint némelly magyar seregeivel azon vidékeken lenni szándékozik , minden hadi erőműveivel vele egyesüljön . Kelt Bécsben junius 4-dikén 1453.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae Croaticae etc. Rex ac Austrie et Stirie Dux necnon Marchio Moraue etc. Fidelibus nostris Judici Juratis ceterisque Ciubus et toti Communitati Ciuitatis nostre Cassouiensis Salutem et gratiam. Surgentibus pridem in terra nostra Scepusiensi quibusdam, malefactoribus , qui rapto viuere assueti sub ducatu cuiusdam Axamyth nonnullos fideles nostros rebus et bonis spoliabant, cum ad exturbandos eosdem terrigenarum illarum partium facultas non sufficeret , scripseramus certis nostris baronibus et quorumdam Comitatuum nobilibus , vt in auxilium illius terre procederent , contra malefactores memoratos. Sed cum in ea re mora longior fuisset protracta, seu negligentia quedam commissa , inualuit malitia , numerusque auctus est hominum prauorum adeo, vt iam, sicuti crebrescentibus querelis terrigenarum illorum docemur , plura non solum in terra illa , sed et prope Cassouiam et alias fortalitiae erexerint , ex quibus illarum terrarum Incolis post crebas predas , sub censu coactis, more incendij vterius repere ac etiam alias circumvicinas par-

tes , penetrare et inuadere moliuntur. Condoluimus autem affectioni illius Regni nostri , cuius inter alia Regna nostra specialiter cura menti nostre impressa est. Et quia huic morbo, qui tantum inualuit , non quelibet partialis prouisio sufficit, decreuimus non parcere etiam proprio persone nostre , sed pro commodo et pace subditorum nostrorum libenter assumere defensionis laborem , et etatem nostram assuesfacere portandis oneribus officij nostri. Itaque resecatis nonnullis alijs nostris negotijs licet perarduis , hys diebus personaliter nos ponemus ad Campum , ducturi nobiscum bonam copiam gentium et de Austria et de Morauiā , cum quibus et adiumento vestro , ad finaliter extirpandos de omni terra illa malefactores predictos dante Domino procedimus. Quapropter fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus , quatenus incontinenti visis presentibus , nullo alio mandato expectato , vniuersaliter et singula capita exercitualiter insurgere et vsque ad festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime venturum , cum omnibus vestris Ingenijs bellicis , ad nos , qui interim illac ad vos approximabimus venire debeatis , acturi nobiscum omnia ea , que pro defensione Regni et exterminio latronum predictorum iunctim facienda erunt. Secus facere non ausuri. Datum Vienne feria secunda proxima post festum Sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio , Regni autem nostri Quartodecimo.

Commissio Domini Regis ex
Deliberatione Consiliariorum.

Kassa városa levéltárából.

CXC.

László király Kassa városának azon kérésére , miszerint az általa Giskra Jánosnak a király ügyei előmozdítására kölcsönzött összeg adójába számítassék be , a Zsigmond és Albert király által polgárainak minden az országban lévő harmincsadtól adott mentesség pedig erősítessék meg , a várost különös kegyelméről biztosítván , annak tudtára adja , miként ezen tárgyban magyar tanácsosai nélkül , kik most körülötte nincsenek , nem végezhet ; de , mihelyt Magyarországra jön , ezen kéréseiket magyar tanácsosaival tárgyalás alá veendi , és mit tanácsuk után tehet , megteendi. Kelt Bécsben junius 12-dikén 1453.

Lasslaw von Gots gnaden zu Hungern , zu Behem , Dalmatien Croacien etc kunig , Herczog zu Osterreich und Margraue zu Merhern etc.

Erbern , weisen , lieben , getrewn. Als Ir Uns yecz durch ewr boten habt anbringen lassen und bittet ew solh gelt. So Ir dem edeln unserm lieben getrewn Janen Giskra zu hilff wider unser Veindt geliken sullet haben an ewren jerlichen gaben und Schatzstewren abczechiehen uncz daz Ir des entrichtt wurdet und ew zubegnaden. Daz Ir mit ewr kaufmanshaft in hungern dreissigist frey würet , Das haben wir vernomen. Nu sullet Ir an Zweifl sein haben ew kayser Sigmund und Kunig Abrecht unser lieben herren een und vatter seligen gnediclich gehalten. Daz wir ew desgleichen auch tun wellen dabey Ir erkennen und emphinden sullet unser gnaden. Dann auf solh ewr begerung , mugtt Ir wol versteen daz notdurft und ew nucz ist daz wir darum handeln nach unserr hungrischen lantherrn und Rét Rat die yetz nicht bey uns seinn. Vnd so wir in vnser kunigkreich Hungern kommen was wir ew dann nach Irem rat gnaden beweisen sullen und mugen, Des seiun wir ew wil-

lig. Geben zu Wienn an Montag vor sand Veitstag. Anno Domini etc. Lijj-o Unserr kronung unsers Reichs des Hungrischen etc. im vierczehenen Jare.

Cummissio Domini Regis in Consilio.

Kivülről: Den erbern weisen unsern lieben getrewn den Burgermaister Richter und Rat der Stat Kaschaw.

Kassa városa levéltárából.

CXCI.

László király Kassa városának Dominyek Henrik polgártársa által küldött levele rátáloszolrán, azt nyomorúságában részvételéről és arról beszélja, hogy az azon idéken hatalmaskodó rablók ellen közelebbről tette meg sereget küldend, egyszersmind addig is a városnak gondos őrzésére inti. Kelt Bécsben junius 19-dikén 1453.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae, Croacie etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux neconon Marchio Moraie etc. Prouidi fideles nobis grati et sincere dilecti. Scripta vestra per fidelem nostrum grate dilectum Henricum Dominyck Conciuem vestrum nostre Maiestati transmissa accepimus et seriem eorum non sine compassione intelleximus, cum non solum vestre fidelitati, quinetiam nobis ex afflictione malefactorum partium in illis pululantibus, quam patimini, perturbationes atque dampna accrescant, ducti si quidem nostri regiminis exposcente officio talismodi compassione, decreuimus notabilem expeditionem aduersus malefactores prenotatos, ad reprimendos eo-

rum prauos conatus , instaurandam , quam per operam in bra-
chio dextre exoelsi , vestre fidelitati dabimus votuam . hys ita-
que consolati sitis animo fortes , tamen custodiam Ciuitatis
vestre cura peruigili tenentes , neque opera vestra bona suc-
cessu temporum obliuiscemur , prout prefatus Henricus Domi-
nyck nostre Serenitatis parte vestram fidelitatem de hys clari-
nus informabit , cui adhibete credentes plenam fidem . Datum
Wienne feria tertia proxima ante festum beati Johannis Baptiste
Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo ter-
tio , Regni autem nostri Anno quartodecimo .

Kivűlről : Prouidis Judici , Juratis ceterisque Ciuibus ac toti
Communitati Cluitatis nostre Cassouiensis Fidelibus nostris sin-
cere dilectis .

Kassa városa levéltárából .

CXII.

*Az erdélyi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Boj-
thori István Hunyad megyei Bojthor helységében lérő részjó-
szágát Hunyadi János besztercsei grófnak, és fiainak László-
nak s Mátyásnak, 203 aranyért, egy udvarházért Hunyad vá-
rosában és a Thóti falujában eső kenésségért, eladt a olly fel-
tétel mellett, hogy ő s örökösei a hadseregben szolgálni ne
kötelezetessenek. Kelt junius 22-dikén 1453.*

Capitulum Ecclesie Transsiluanensis , Omnibus Christifideli-
bus tam presentibus quam futuris Presens Scriptum Inspectu-
ris Salutem in omnium Saluatorem , ad vniuersorum noticiam
harum serie volumus peruenire , Quod Magnifico viro , domino
Johanne de Hwnyad , Inter cetera , Comite perpetuo Bystrici-
ensi, ab vna, et Nobili Stephano de Boythor, partibus ab altera,
coram nobis personaliter , constitutis , per Ipsum Stephanum
de dicta Boythor , sponte fassum extitit pariter et relatum , per

hunc modum, Quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus, Ipsum ad presens vrgentibus, repellendis et euitandis, Totalem porcionem suam possessionariam In Jamdicta possessione Boythor, In Comitatu de Hwnyad existentem habitam, Ipsum omnis Juris titulo concernentem, cum omnibus suis vtilitatibus, et pertinencijs quibuslibet, ad eandem spectare et pertinere dinoscendis, prefato Magnifico domino Johanni Comiti perpetuo Bystriciensi, et per eum Ladislao et Mathie, filijs suis, prudcentis et tribus florenis auri puri, plene, coram nobis persolutis, necnon vna libera Curia, seu fundo Curie, in opido Hwnyad predicto habita, secus quendam fluuium Egredu vocatum, vbi aqua Zalasd appellata, cadit, in ipsum fluuium Egredu, quam et quod pronunc prouidus Johannes Sutor, et Relicta Nicolai filia videlicet condam Johannis Bwza cognominati, Inhabitarent, absque quibusuis dacis et taxis, necnon kenezatu, in possessione Thoti habito, similiter cum cunctis suis vtilitatibus, prouentibus et redditibus atque emolumentis quibuslibet, quemadmodum Socer suus Sorb, habuit, tenuit et possedit, dedisset vendidisset et perpetuasset, ymmo dedit vendidit et perpetuauit, Jure perpetuo et Irreuuocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, Prefatus eciam dominus Johannes Comes, contra, sponte fassus exitit in hunc modum, Quod ipse predictos Kenezatum necnon Curiam, seu fundum Curie, consimiliter, cum cunctis suis vtilitatibus, et pertinencijs quibussupra, in sortem huiusmodi porcionis possessionarie, eidem Stephano, de predicta Boythor, et per eum suis heredibus et posteritatibus vniuersis, dedisset tradidisset et assignasset, ymo dedit tradidit et assignauit, atque asscripsit, Jure perpetuo et Irreuuocabiliter tenendos, possidendos, pariter et habendos, coram nobis, Ita ut de premisis (cigy!) omnibus, ipse Stephanus, aut sui heredes nullo vnuquam tempore, Exercituare aut ad Exercitum Ire debeant et teneantur. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes literas nostras priuilegiales, Sigillo nostro pendenti, munimine roboratas, eisdem duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Johannis Baptiste, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo tercio, Ho-

**norabili et discretis viris , dominis Andrea preposito , Antho-
nio decretornm doctore , Michaele custode , Gregorio de Lippa
decano ceterisque Canonicis dicte Ecclesie nostre salubriter
existentibus et deuote.**

A müncheni kir. levéltáróból.

CXCIII.

*Hunyadi János bessztercsei örököös gróf , ország főkapi-
tánya , a moysei (Mojszin falu Mármáros vármegyében) ke-
nésséget , jóllehet azt már előbb Dolhai Mihálynak adományozta
volt , minthogy hitelesen értesítetett , hogy az Mihályt és mind
két Jánost , Grád fiait , Jugát Radult , Ivánt és Zayt , Maij fiait ,
Szelestei Wlad valamint Grada Györgyöt illeti , a király sze-
mélyében az említett birtokosoknak kenésség gyanánt vissza-
adományozza . Kelt Kolozsvárt junius 29-dikén 1453.*

Nos Johannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriziensis Su-
premnus Capitanens Regie Maiestatis in Regno Hungarie con-
stitutus etc. Memorie commendamus tenore presentium signi-
ficantes qnibus expedit vniuersis , licet nos Kenezyatum Moy-
sey vocatnm Michaelis et vtrinsque Johannis filiorum Grad *)
Iwga Radul Iwan et Zay Maij filiorum Wlad de Zeleste necnon
Georgij Grada , Michaeli de Dolha in pérpetuum dederamus , ta-
men a certo experti sumus quod dictus Kenezyatus ipsorum
Michaelis et vtriusque Johannis et aliorum quorum supra exi-
stit , ob hoc nos dictum Kenezyatum simulcum vniuersis eius-
dem Kenezyatus pertinentijs puta terris Arabilibus cultis et
incnltis agris pratis pascuis Siluis nemoribus Montibus vallibus

*) Itt is két János egy testvér , Grád fia , fordul elő , mi új erőssé-
get ad I. k. 47. l. kifejtett állításunknak.

vineys vinearumque promontorijs aquis fluuijs aquarumque decursibus ac generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum integratibus quoquis nominis vocabulo vocitatis ad eundem Kenezyatum pertinentibus sub suis veris metis et antiquis in persona Regie Maiestatis eisdem Michaeli et vtrique Jobanni ac alijs fratribus eorum prenotatis ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis more Kenezyatus dedimus donauimus et contulimus ymmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendum tenendum pariter et habendum. Saluo Jure Alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Koloswar in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum Anno domini M-o CCCC-mo L-mo tertio.

Az eredetiből.

CXCIV.

Az erdélyi káptalan bizonyását tesz arról, hogy László királynak Bécsben április 3-dikán kelt paranca következtében Hunyadi János besztercsei örökösi grófot és általa fiait, Lászlót és Mátyást, Görgény várába s tartozandóságaiba (25 egész helységbe és két részjöszágba Torda vármegyében) június 26-dikán minden ellentmondás nélkül Tholdalagi Tamás királyi emberrel egyetértőleg beigtatta. Kelt julius 13-dikán 1453.

Capitulum Ecclesie Transsiluanensis , Omnibus Christifidelibus , tam presentibus quam futuris , Presens Scriptum Inspecturis Salutem in omnium Saluatorem , ad vniuersorum noticiam , harum serie volumus peruenire , Quod nos literas Introductoryales pariter et Statutorias Serenissimi principis et domini , domini Ladislai dei gratia Hungarie , Bohemie , Dalmacie , Croacie etc. Regis , ac Austrie Stirie ducis , Marchionisque Mo-

rauie etc. domini nostri naturalis atque metuendissimi , nobis
 directas , Summa cum Reuerencia , Recepimus in bee verba ,
 Ladislaus dei gracia Hungarie , Bohemie , Dalmacie , Croacie
 etc. Rex ac Austrie et Stirie Dux , Marchioque Moraue etc.
 fidelibus nostris , Capitulo Ecclesie Albensis parcium Transsil-
 nanarum , Salutem et graciam , Cum nos pro fidelitatibus et
 fidelinm seruiciorum meritis , Sincerisque complacencijs fidelis
 nostri sincere dilecti Spectabilis et Magnificy Johannis de Hw-
 nyad , pridem dicti Regni nostri Hungarie Gubernatoris , nunc
 vero Comitis perpetui Bistriciensis , per eum Maiestati nostre ,
 et Sacre Corone Regni nostri Hungarie Sub locorum et tem-
 porum varietate , cum omni fidelitatis constancia , exhibitis et
 impensis , Castra nostra Gergen in Comitatu de Thorda , ac
 Dewa in Comitatu de Hwnyad , parcium nostrarum Transsilua-
 narum , habita , simul cum cunctis Districtibus , Opidis , pos-
 sessionibus , villis et predijs , ad eadem pertinentibus , ac Tri-
 butis , et Jure patronatus Ecclesiarum earundem , necnon cun-
 ctis vtilitatibus et pertinentijs earundem quibuslibet serie alia-
 rum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum de
 manibus nostris Regijs , prefato Comiti Johanni suisque filijs ac
 heredibus et posteritatibus vniuersis , in perpetuum duximus
 conferendum , velimusque ipsum per nostrum et vestrum ho-
 mines legitime facere introduci , Igitur fidelitati vestre preci-
 pientes mandamus , quatenus , vestrum mittatis hominem , pro
 testimonio fidedignum , quo presente Elias de Dedaacz aut Jo-
 hannes de Bathyzfalwa , uel Stephanus de Loosad , seu Michael
 de Wayonkerezth , siue alter Michael de Zengyel , siue Nico-
 laus de eadem , neue Thomas de Tholdalag , aut Laurencius-de
 Ira , uel Georgius Menhar de eadem , neue Bartholomeus de
 Chan , siue Blasius de Racosd , alijs absentibus homo noster ,
 ad facies dictorum Castrorum , Opidorum , Districtuum , villa-
 rum et prediorum , ad eadem spectancium et pertinere deben-
 cium , vicinis et commetaneis eorundem vniuersis , Inibi legit-
 time conuocatis , et presentibus accedendo , introducat prefa-
 tum Comitem Johannem in dominium eorundem , Statuatque
 eadem et easdem , eidem , simulcum Jure patronatus Ecclesia-
 rum earundem , premissae nostre donacionis titulo incum-

bente , perpetuo possidendas , Si non fuerit contradictum, Contradictores vero Si fuerint, euocet eosdem , contra prefatum Comitem Johannem , in presenciam wayuodarum nostrorum parciun Transsiluanarum ad terminum competentem , rationem contradiccionis eorum reddituros , Et post bee huiusmodi Introduccionis et Statucionis Seriem cum contradictorum et ewocatorum si qui fuerint; vicinorumque et commetaneorum qui premissae Statucioni intererunt, ac opidorum , possessionum, villarum , prediorum et locorum tributorum eidem Comiti Johanni Statuendorum , ad prefata Castra pertinencium , nominibus et termino assignato , eisdem wayuodis more solito rescribatis. Datum Wyenne tercia die festi pasee , Anno domini Millesimo Quadragesimo Quiquagesimo tercio , Regni autem nostri anno Tredecimo , Nos itaque mandatis ipsius domini nostri Regis obedire cupientcs , prout tenemur , vnam prefato Thoma , de dicta Tholdalag , homine suo Regio vnum ex nobis videlicet venerabilem virum dominum Andream prepositum, concanonicum nostrum, ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendas, nostro pro testimonio transmisimus fideignum , Qui demum exinde , ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima post festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste , proxime preteritum , ad facies dicti Castri Gergen vocati , consequenterque possessionum seu villarum immediate Infrascriptarum , ulputa Pytula , Peterlaka , Kerthwelsa , Telk , Ranolthsaia , Belken , Zenthmarthon , Zenthemreh , Hedbyk , Belke , Adrianus , Caswa , Lybanfalwa , Kenches , Zenthmyhälte , Kakwch , Sorbhaz , Alsoorozi , Felseworozy , Felsewkeher , Alsokeher , Nadasd , Item Scelwester , Hodak , et Zebench vocatarum , necnon maioris partis possessionis Hohihy , atque predij Orsowa dicti , omnino in dicto Comitatu de Thorda existencium , habitarum , ad predictum Castrum pertinere debencium , ac locorum Tributorum earundem , vicinisque et commetaneis eiusdem , et earundem vniuersis Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo , Introduxissent sepes datum Comitem Johannem in dominium eiusdem , et earundem , Statuissentque Idem et easdem , eidem simulcum Jure patronatus Ecclesiarum earundem , cum cunctis eciam

eiusdem et earundem vtilitatibus, et pertinencijs quibuslibet, premissae donacionis titulo, ipsi Incumbente, perpetue possidentas, Nemine prorsus contradictore apparente, tribus continuis diebus, in faciebus earundem Juxta Regni consuetudinem moram facientes, In cuius rei testimonium, perpetuamque firmitatem, presentes literas nostras priuilegiales, Sigillo nostro pendente, munimine roboratas, eidem duximus concedendas, Datum decimoctauo die Introduccionis et Statucionis prenotatarum, anno domini supradicto, Honorabilibus et Discretis viris, dominis, Andrea preposito, Anthonio decretorum doctore, Cantore, Michaele Custode, Gregorio de Lippa decano, Ceterisque Canonicis dicte Ecclesie nostre salubriter existentibus et deuote.

A müncheni kir. levéltárból.

CXCV.

Az erdélyi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy László királynak Bécsben április 3-dikán 1453. kelt parancsa következtében Hunyadi János volt kormányzót julius 3-dikán 1453. a besztercsei örökös grófság birtokába minden ellentmondás nélkül bevezette. Kelt julius 20-dikán 1453.

Capitulum Ecclesie Transylvanensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium Salvatorem. Ad uniuersorum notitiam harum serie volumus pervenire quod, Nos Literas Introductoryales, pariter et Statutoriales Serenissimi Principis et Domini Domini Ladislai Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatiae etc. Regis ac Austrie et Stirie Ducis, necnon Marchionis Moravie etc. Domini nostri naturalis, atque gratiosissimi nobis allatas summa cum reverentia recepimus in hec verba: Ladislaus Dei gratia

Hungarie , Bohemie , Dalmatie , Croatie etc. Rex , ac Austrie et Stirie Dux , necnon Marchio Moravie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Albensis partium nostrarum Transylvanarum Salutem , et gratiam . Cum nos pro fidelitatibus , et fideliū servitiorum meritis , sincerisque complacentiis fidelis nostri sincere dilecti Spectabilis , et Magnifici Johannis de Hwnyad , pridem dicti Regni nostri Hungarie Gubernatoris nunc vero Comitis perpetui Bistriciensis , per eum Maiestati , et Sacre Coronae nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis , et impensis prefatum Johannem de Hwnyad , ac filios , et heredes suos uniuersos super Ciuitate , et Districtu Bistricensi , ac eius pertinentiis in partibus Transylvanis habitis — — — — et perpetuos Comites maiores — — — — — in Comitatum perpetuum nominaverimus — — — — — creaverimus , Districtum vero seu Comitatum Bistricensem cum Ciuitate Bistrica , ac oppidis Viliis , Pre-diis , et aliis quibuslibet ipsius , et earum pertinentiis , tributis , et Jure patronatus Ecclesiarum serie aliarum literarum nostrarum donationalium — — — — — naliū — — — — eidem Johanni — — — — — heredibus uniuersis decrevcrimus conferendum , velimusque ipsum in Dominium eorundem per nostrum , et vestrum homines legitime facere introduci , Igitur fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus , quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum , quo presente Ladislaus aut Valentinus — — — — — necnon Johannes de Zawa , seu Biasius de Choron , sin Georgius de eadem , aliis absentibus homo noster , ad facies dictarum Ciuitatis , ac Districtus seu Comitatus , necnon Oppidorum , Villarum et Tributorum ad easdem pertinentium , vicinis et Commetaneis earundem vniuersis inibi legitime convocatis , et presentibus accedendo introducat prefatum Comitem Johannem — — — — statuatque easdem eidem premissae nostre donationis sibi incumbente titulo perpetue possidendas , si non fuerit contradicatum , Contradictores vero si qui fuerint , euocet eosdem contra prefatum Comitem Johannem in prescntiam Wayuodarum nostrorum partium Transylvanarum ad Terminum competentem rationem Contradictionis eorum reddituros , et post h — — —

— — Introductionis et Statutionis seriem cum Contradictorum et Euocatorum , si qui fuerint , vicinorumque , et commetaneorum qui preuisse Statutioni intererunt ac Oppidorum , Villarum Prediorum , et Locorum , tributorum eidem Statiuendorum , ad pretactum Districtum et Civitatem pertinentium , ac in eodem existentium nominibus ac termino assignato , eisdem Wayvodicis Transylvaniensibus — — — — — Datum Vienne tertio die festi Pasche Domini , Anno eiusdem Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo Tertio , Regni autem nostrum Anno Tredecimo . Nos itaque mandatis predicti Serenissimi Domini nostri Regis obedere cupientes , prout tenemur , vna cum prefato Johanne de iam dicta Zawa homine suo Regio unum ex nobis videlicet Venerabilem virum Dominum Andream Prepositum Ecclesie nostre predicte et Concanonicum nostrum ad prescriptas Introductionem , et Statutionem facendas nostro pro Testimonio transmisimus fide dignum , qui demum exinde ad Nos reversi Nobis uniformiter retulerunt , quod ipsi feria tertia proxima post festum Visitationis beate Marie Virginis proxime preteritum , ad facies dictarum Civitatis , et Districtus seu Comitatus , nec non Oppidorum , et Villarum utputa Bistrica , Lekencze , Németi , Besenyew , Also-Waldorf , Schepner Therpen , Nagh-Demeter , Pentek , Yaad , Azyw-Bestricie , Felsewaldorf , Vinda , Wysalu , Peterfalwa , Kys-Demeter , Zolna , Bwdak , Molnark , Zenth Iwany , Zeelk , Thath , Zenth-Ghewrgh , Dyse , Félegház et Naghsfalw in Comitatu de Doboka existentium habitarum , necnon Tributorum ad easdem pertinentium vicinis , et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime convocatis , et presentibus accedendo introduxissent prefatum Dominum Johannem Comitem in Dominium earundem , statuissentque easdem eidem simul cum Jure patronatus Ecclesiarum earundem cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet preuisse donationis titulo ipsi incumbente perpetuo possidendas nullo penitus Contradicte apparente , tribus continuis diebus in faciebus earundem iuxta Regni consuetudinem moram faciendo . In cuius rei Testimonium , perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales Sigillo nostro pendenti munimine roboratas eidem duximus

concedendas. Datum decimo octavo die Introductionis et Statutionis prenotatarum, Anno Domini supradicto. Honorabilibus. et Discretis Viris Dominis Andrea Preposito predicto, Anthonio Decretorum Doctore Cantore, Michaele Custode, Gregorio de Lippa Decano, ceterisque Canonicis antedictae Ecclesie nostre salubriter existentibus et deuote.

László királynak Prágában április 28-kán 1456. kelt megerősítő leveleből az anspachi levelek között a budai kamarai levéltárban.

CXCVI.

A kolosmonostori convent bizonyságot tesz arról, hogy Pestesi Bodor Miklós a maga és fiai, Balázs és János, valamint testvére szinte Balázs és ennek fia Tamás nevében is, azok minden terhét magára vállalván, Hunyad vármegyei Bojthor faluban eső részjösszágukat, melyet az említett helység egy negyedének épen harmadát teszi, Hunyadi János beszterczei örökösnak és általa fiainak, Lászlónak és Mátyásnak, bizonysos öszveg aranyért örökösen eladt. Kelt augustus 10-dén 1453.

Conuentus Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonstra Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presens Scriptum inspecturis Salutem in omnium Saluatorem. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire Qnod Nicolaus Bodor de Pesthes in sua ac Blasij et Johannis filiorum, necnon Blasij similitér Bodor fratris suorum, et Thome filij Blasij personis, quorum onera et quelibet grauamina si ijdem in subnotandis persistere nollent, per omnia superse assumptmendo nostram personaliter veniens in presenciam viua voce ac libera et spontanea sua voluntate confessus extitit in hunc modum. Quod ipsi pro certis et arduis ipsorum necessitatibus ipsos adhoc summe vrgentibus euitandis, totalem porcionem

ipsorum possessionarium in possessione Boythor in Comitatu de Hwnyad existentem habitam, puta directam et equalem tertiam partem quarte partis eiusdem totalis possessionis Boythor, ipsos Jure hereditario concernentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, videlicet Terris arabilibus cultis et incultis pratis fenenis siluis nemoribus aquis aquarumque decursibus, et generaliter cunctis et singulis vtilitatum integratibus. Jure ad eandem tertiam partem prescripte quarte partis pertinere debentibus et rite, Magnifico et spectabili viro Domino Joanni de Hwnyad perpetuo Comiti Bistricensi Summoque Capitaneo Regie Maiestatis in Regno Hungarie constituto, necnon Ladislao et Mathie filijs eiusdem eorundemque successoribus et posteritatibus vniuersis pro certa quantitate florenorum puri auri in perpetuum vendidissent et tradidissent, ymmo prefatus Nicolaus Bodor suo ac prescriptorum filiorum necnon fratrum et consanguineorum suorum nominibus et in personis prelibatam tertiam partem annotate quarte partis prescripte Possessionis Boythor vendit et tradidit coram nobis nullum Ius nullamue Juris ac Dominij proprietatem in ipsa tercia parte ipsis et ipsorum successoribus reseruando, Sed totale Jus totaleue Dominium eiusdem tercie partis in prefatos Dominum Johannem de Hwnyad necnon Ladislaum et Mathiam filios eiusdem eorundemque Successores transferendo, assumptens nichilominus antefatus Nicolaus Bodor se personaliter, annotatos vero filios fratres et consanguineos suos ad onera prescripta pretitulatos Dominum Johannem de Hwnyad necnon Ladislaum et Mathiam filios eiusdem, eorundemque Successores vniuersos perpetuis futuris temporibus in dominio prescripte porcionis possessionarie contra quoslibet iuridice Impetitores quiete et pacifice conseruare proprijs ipsorum laboribus et impensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Literas nostras priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, Datum feria sexta videlicet in festo beati Laurencij Martyris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Tercio.

Az anspachi levelek közöl.

26*

CXCVII.

László király, tekintve Hunyadi János volt kormányzó, most besztercsei gróf kitűnő érdemeit, Soggya, Supán és Thwerd oláh kerületeket Temes megyében minden tartozandóságaikkal neki és fiainak adományozza. Kelt Pozsonyban september 14-kén 1453.

Nos Ladislaus dei gracia Rex hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Austrieque et Stirie dux, necnon Marchio Morauie etc. Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod cum Regnum stabile nicipil magis quam amor subditorum perficiat expedit semper principibus grata munificencia suis se reddere liberales vt dum seruiencium animos continua beneficij sibi conciliant eos amore pocius quam timore promptos suis obsequiis allicant, firmosque in fide faciant et constantes, Considerauimus itaque hoc respectu clarissimam fidem virtutes magnificas multimoda obsequiorum genera et fortissima gesta fidelis nostri sincere dilecti Spectabilis et Magnifici Joannis de Hunyad pridem Regni nostri hungarie gubernatoris, nunc vero Comitis Bistriciensis, qui sicuti integritate fidei ceteris clarius, ita potenti virtute vsque ad hec nostre etatis tempora Regij status et honoris nostri et huius Regni conseruator magnanimus fuit et columpna. Que quidem Egregia et magnifica gesta tum propter sui magnitudinem, tum vero quia ea alia conscripta superinde Priuilegia nostra latiori sermone futuris commendarunt seculis ad presens quantum ad eorum specificationem preterire constituius, hoc tamen superinde in genere prout fidedigno testimonio docemur referre possumus et confiteri. Quod hoc idem Regnum nostrum hungarie quod preteritis annis nobis eotunc apud Incunabula et alienam educationem etatem agentibus toris Teucrorum grassante tirannide et intus grauissimis dissensionibus et paricidijs fluctuans in pendentii ferme ruina po-

situm extiterat, Ipsius Comitis Johannis vel sola vel maxime industria magnanimitate, Illustribus actibus et bellis maxima virtute confectis, crebrisque reportatis victorijs tam externis malis, quam ciuilibus bellis eruptum atque non solum seruatum est, sed et dilatatis confinibus magnifice augmentatum, nobisque et sub nostro nomine tentum, tutatum, gubernatum et postremo hijs diebus nouissimis eiusdem Regni possessio pacifica fideliter nobis est restituta, Cupientes igitur ad comoda et honorem huius viri benemeriti qui in tot actibus Regnique negotijs non solum carissimos plures et amicos ac fratres et familiares belli sibi calamitate raptos amisit, sed et eciam proprij sanguinis plurimum effudit nostre liberalitatis ne continuare solum sed eciam accumulare beneficia districtus nostros Walahales Swgyya, Swpan et Thwerd vocatos in Comitatu Themessensi existentes, simulcum corundem pertinencijs ac Thelenijs Tributis Jurepatronatus ecclesiarum, alijsque cunctis vtilitatibus et pertinencijs corundem vniuersis, Terris scilicet arabilibns cultis et incultis agris, pratis pascuis siluis nemoribus, alpibus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinornm Et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eorundem integratibus, quoquis nominis uocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis prefato Comiti Johanni suisque filijs ac heredibus et posteritatibus vniuersis ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato, prelatorumque et Baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro dedimus, donauimus et contulimus, ijmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter possidendos, tenendos pariter et habendos saluo Jure alieno harum nostrarum uigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam nostri priuilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Posonij in festo exaltacionis sancte crucis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio. Regni autem nostri anno quarto decimo.

László királynak Prágában junius 11-kén 1454. kelt megerősítő leveleből az anspachi levelek közül a budai kamarai levéltárban.

CXCVIII.

A császai káptalan bizonyágot tesz arról, hogy László királynak Possonyban január 31-dikén kelt beigatató-parancsa következtében Hunyadi János besztercsei örökösi grófot Rácsa és Szent-Erzsébet nevű, Tótországban Körös megyében fekvő, helyiségek fele részébe, mely Szent-Erzsébeti Jánosnak, Juga fiaának, magasszakadásával szállt a koronára, september 26-dikán minden ellentmondás nélkül beigtatta. Kelt october 11-dikén 1453.

A—B—C

Capitulum Ecclesie Chasmensis (Omnibus Christi) fidelibus tam presentibus quam futuris presencium notitiam habituris Salutem in (omnium) saluatore, Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, Quod nos literas Serenis(simi pr)incipis domini Ladislai dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Regis Austrieque et Stirie Ducis necnon Marchionis Moraue etc. domini nostri naturalis Introductoryas et Statutorias, nobisque, preceptorie loquentes et directas Suprema cum obediencia recepimus in hec verba, Ladislaus dei gratia (Hung)arie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Austrieque et Stirie Dux necnon Marchio Moraue etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chasmensis Sa(lu)lem et graciā, Cum nos pro fidelibus seruicijs (fidelis nostri sincere) dilecti Magnifici Johannis de Hwnyad Comitis perpetui Bistriciensis per eum huic Regno et Sacre Corone nostre exhibitis et impensis (mediata-tem possessionum) Racha et Zenhersebeth vocatarum necnon, pertinenciarum earundem (in) Comitatū Crisiensi existencium que condam Johannis filij Juga de eadem Zenhersebeth (— — — prefu)issent sed por defectum Seminis eiusdem ad sa- cram Coronam Regni (nostri) Hungarie consequenterque no-

stram maiestatem iuxta eiusdem Regni nostri consuetudinem
 rite et legittime deuolute esse perhibentur, Simulcum omni
 Jure nostro Regio si quod in eisdem qualitercumque habere-
 mus et nostram ex quibuscumque causis modis et rationibus
 concernerent maiestatem necnon cum cunctis suis vtilitatibus
 et pertinencijs quibuslibet premissis sic vt prefertur stantibus
 vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde
 (confectarum) prefato Johanni Comili ipsiusqne heredibus et
 posteritatibus vniuersis in perpetuum contulerimus, velimus-
 que ipsum per nostrum et vestrum homines in dominium ea-
 rundem et Juris nostri Regij predicti legittime facere introduci
 Fidelitati igitur vestre firmiter præcipientes mandamus quate-
 nus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedign(um) quo
 presente (Ladisl)aus uel Georgius Borothwa de Therstenicze,
 aut Emericus de Pekri sin Michael de Azywagh, seu Paulus
 — — — — — Alijs absentibus homo noster ad facies
 predictarum possessionum Raccha et Zenthalsebet consequen-
 terque (pertinenciarum earundem) et Juris nostri Regij predi-
 citi vicinis commetaneis earundem vniuersis inibi legittime con-
 uocatis et presentibus accedendo Introducat presatum Comi-
 tem (Johannem in dominium) earundem et Juris nostri Regij
 preacti Statuatque easdem et Idem eidem cum cunctis ipsarum
 vtilitatibus (premisso) nostre (donacionis titulo ipsi) incum-
 bente perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum
 Contradictores vero si qui fu(er)int eu(oct) eosdem contra
 presatum Comitem Johannem in presenciam Regni) nostri Scla-
 uonie Bani In sedem Crisiensem ad terminum competentem
 rationem contra(diccionis eorum reddituros, Et post hec hu-
 iusmodi Introduccionis et Statu(cionis seriem (cum) contradic-
 torum (et euocat)orum si qui fuerint vicinorumque et commeta-
 neorum (qui premisso Statucioni intererunt uominibus et termino
 assignato eidem) Bano more solito rescribatis. Datum Posonij
 feria quarta proxima ante festum purificacionis beate Marie
 virginis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinqua-
 gesimo Tercio Regni autem nostri Anno Tredecimo. (Nos)
 itaque premissis mandatis ipsius domini nostri Regis in omni-
 bus semper obedire cupientes vt tenemur (vnacum) prefato

Ladislao Borothwa de Therstenicze homine ipsius domini nostri Regis nostrum hominem fidedignum puta ex nobis Honorablem virum dominum Johannem — — — socium et canonicum nostrum ad premissam possessionariam Statucionem fid(eli)ter faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt istomodo quod (prefatus) homo ipsius domini Regis presente codem nostro testimonio feria quarta proxima post festum beati Mathei apostoli et ewangeliste proxime preteritum et alijs diebus ad Id aptis et sufficientibus ad facies predictarum possessionum Raccha et Zenthalsebeth consequenterque Medietatum earundem ac pertinenciarum vniuersarum necnon Juris Regij predicti vicinis et commetaneis earundem vniuersis Signanter vero Johanne et Frankone ac Benedicto Fanch de Gordwa, Georgio de Megubechye, Frankone de adam, Mathia Garazda et Petro Erdeli de Hachk, Petro — — — et Georgio So de Gathalowcz, Mathia de — — liczna Zenthpeter et Francisco officiale Magnisici Nicolai de Wylak Wayuode transsiluanensis per ipsum in dicta Raccha constituto antetakte possessionis Raccha. Item Paulo Kocha et Petro de Maykowcz, Ladislao Th — — — s de Ka — — cz, Michael literato de Thapalowcz, et Domecz wayuoda Magnisici Domini Ladislai de Gara Regni Hungarie Palatini, per ipsum in possessione Achyna constituto eiusdem possessionis Zenthalsebeth inibi legittime conuocatis et presentibus accendo Introduxisset prefatum Johannem Comitem de Hwnyad in dominium earundem Medietatum possessionum predictarum et pertinenciarum vniuersarum ac Juris Regij predicti statuisse easdem et Idem eidem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencijs vniuersis premissae Regie donacionis titulo ei incumbente perpetuo possidendas nullo penitus contradictore apparente diebus legitimis et congruis iuxta Regni consuetudinem in faciebus earundem permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri munimine roboratas alphabeto interciso eidem Comiti Johanni duximus conceden-

das. Datum Sedecimo die, dierum possessionarie Statucionis
prenotate Anno domini supradicto.

A müncheni kir. levéltárból.

Az idő által megevődött oklevél némely olvashatatlan helyeit, a mennyire biztosan lehete, az olvasó könnyebbésgére rekesztékekben pótoltuk ki.

CXCIX.

Az aradi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy László királynak Pozsonyban september 14-dikén kelt paranca következetében Hunyadi János beszterczi örökösl grófot Soggya, Supán és Thwerd Temes megyei oláh kerületekbe october 16-dikán 1453. minden ellentmondás nélkül beiglatta. Kelt october 30-dikán 1453.

Capitulum ecclesie Orodiensis Omnibus cristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harutn serie uolumus peruenire, quod nos literas Introductoryas et Statutorias Serenissimi principis domini Ladislai dei gracia hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Regis Austrieque et Stirie ducis, necnon Marchionis Moranie etc. nobis directas summa cum reuerencia recepimus in hec verba. Ladislaus dei gracia hungarie, Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex Austrieque et Stirie dux necnon Marchio Moraue etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis de Hwnyad Comitis perpetui Bistriciensis per cum maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et

impensis districtus nostros Wolahales Swggya, Swpan, et Thwerd appellatos omnino in Comitatu Them esensi existentes simnl cum eorundem pertinencijs ac Thelonijs Tributis et Jure patronatus ecclesiarum, alijsque cunctis vtilitatibus et pertinencijs eorundem prefato Comiti Johanni suisque hereditibus vniuersis serie aliarum literarum nostrarum donacionarium exinde confessarum in perpetuum duxerimus conferendos, velimusque ipsum per nostrum et vestrum homines in dominium eorundem legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes vel Nicolaus de Bagd aut Ladislaus de Nemphij sin Johannes literatus sew Valentinus de Feijereghaz siue Valentinus neue Nicolaus Pathoch de Irwgd, an Johannes filius Wayode de Gyarmath cew alter Johannes Waskij de Zarwasthelek, alijs absentibus homo noster ad facies prescriptorum districtuum ac pertinenciarum eorundem vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Johannem in dominium eorundem statuatque easdem eidem premissae nostre donacionis titulo sibi incumbente perpetue possidendas si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra prefatum Comitem Johannem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post hec huiusmodi Introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissae Statucioni intererunt nonnibus terminoque assignato eidem nostre personali persecucie fideliter rescribatis. Datum Posonij in festo exaltacionis sancte crucis Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tercio. Regni autem nostri anno quarto decimo. Nos igitur mandatis ipsius domini nostri Regis obedientes ut tenemur, vnam Johanne literato de Feyereghaz homine suo Regio predicto vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum demetrium de Pankotha socium et concanonicum nostrum ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio misimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos

reuersi , nobis concorditer retulerunt eo modo. Quod ipsi in festo beati Ambrosij Episcopi et Confessoris proxime preterito et alijs diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies predictorum districtuum Wolachicalium videlicet Swggya , Also-Supan et Thwerd appellatorum omnino in Comitatu Themessensi existencium ac pertinenciarum eorundem scilicet Lewkusfalwa, Pomaschienfalwa Radfalwa, Ziharnik , Thamadia , Othecefalwa, Felsew-Jerczenyk , Also-Jerczenyk Kezepsew Jerczenyk Cladwa , Grwij , Rekethyew Otheefalwa , Iswarecz ad dictam Swggya pertinencium , item Also Swpan Farkasesche Pogansalwa Clewchowa districtum prefati Swpan , nec non Banya Felsew-Glanda Also-Glanda, Prodansalwa, Zolthwr, Cherennyda Draxyn-falwa, Puryl, Mothnok, Boglyafalwa, Brekafalwa, Also-Igazfalwa, Felsew-Igazfalwa, Koschanesth, Gladnya et Stansalwa vocatarum districtus antefati Thwerd ac Theloniorum et Jurepatronatus ecclesiarum aliarumque vtilitatum et pertinencyarum eorundem districtum , vicinis et conmetaneis suis vniuersis inibi legitimate conuocatis et presentibus accedendo introduxissent prefatum Comitem Johannem in dominium eorundem statuissentque eosdem eidem , suisque heredibus vniuersis premissae Regie donacionis titulo perpetuo possidendos nullo penitus contradictore apparente tam in faciebus dictorum districtum quam nostri in presencia legitimis diebus et horis ibidem perseverando In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus emanandas. Datum per manus magistri Johannis lectoris et concanonici nostri Quinto decimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatorum Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio. Cantore absente presentibus ibidem honorabilibus viris dominis et Magistris Blasio custode , Stephano de Machalaka Ladislao de Basarag , Nicolao de Therwar et Elia Orodiensi ceterisque Canonis et fratribus nostris in dei ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus.

László királynak Prágában junius 11-kén 1454. kelt megerősítő leveléből az anspachi levelek között a budai kamara levéltárban.

CC.

László király Budaméri János árváját Annát, Sáros cár-megyében fekvő Budamér és több más helységekben, valamint Abauj vármegyei Kemencze helységében, melyek néhai őrje birtokában voltak, fűsítrán, asokat neki és egyedül fűrököséinek adományozza. Kelt Prágában november 25-kén 1453.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Morauie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos. tum ad nonnullorum fidelium humillimam supplicacionem, per eos pro parte et in persona Nobilis puelle Anne vocate, filie condam Johannis de Budamer, nostre propterea porrectam Maiestati, tum eci-am diuine pietatis intuitu, fragilitati et imbecillitati sexus muliebris, visceribus misericordie compacientes, ne temporum in euentu prefatam puellam Annam sub tectis diuagari contingat alienis, eandem de plenitudine nostre Regie pietatis et gracia speciali in possessionibus Budamer predicta, ac Somos Wysalu, Magyarsalu, Licherd Zenthimre, Suhadolina, Lyubolcz, Moscarmal, Nagyabram, Kisabram, Louakhaza, Dolnafw, Bolyar, Berethe, Lemes, Abos, Cherebe, Kwzeg, Kerekreth, Kiskassa et Pithilnek in de Saros, necnon Kemencze in Abawyvariensi Comitatibus existentibus et habitis, que scilicet possessio-nes antefati condam Johannis de prefata Budamer, patris vtputa ipsius puelle Anne prefuisse perhibentur, in verum heredem et successorem masculinum duximus instituendam, preficiendam et creandam, ymmo et ex certa nostra sciencia et animo deliberato instituimus, preficimus et creamus. dictas possessiones simulcum cunctis earum vtilitatibus memorate puelle Anne suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, sexus duntaxat masculini in perpetuam adscribentes heredita-

tem, saluis Juribus alienis. Harum nostrarum, quibus secretum Sigillum nostrum, quo vt Rex Hungarie vlimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Prague in profesto beate Catherine Virginis et Martyris. Anno Domini M.CCCC. LIII. Regnorum autem nostrorum Anno, Hungarie etc quarto decimo, Bohemie vero primo.

Székely Sámuel gyűjteményéből.

CCI.

Az aradi káptalan bizonyását tesz arról, hogy László királynak Perhelsdorfban augustus 15-dikén 1453. kelt parancsa következtében Hunyadi János hajdani kormányzót, most pedig beszterczei örököst grófot, Rudistha helységének birtokába Nándor-Fejérár mellett december 27-dikén 1453. minden elmentmondás nélkül brigtatta. Kelt január 10-dikén 1454.

Capitulum Ecclesie Orodiensis. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Salutem in salutis Largitore. Ad vuuersorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas Introductoryias et Statutorias Serenissimi principis Domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Regis ac Austrie et Stirie Ducis, necnon Marchionis Moraue etc. sumpma cum reuerencia recepimus in hec verba Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis, Salutem et graciam. Cum nos pro multimodis fidelitatibus, et fidelium seruiciorum meritis Fidelis nostri Spectabilis, et Magnifici Johannis de Hwnyad pridem Regni nostri Hungarie Gubernatoris, nunc vero Comitis perpetui Bistriciensis etc. cum sumpma fidelitatis constancia nobis

et Sacre Regni nostri Corone exhibitis et impensis possessio-
nem Rudystha vocatam prope Castrum nostrum Nandoralbense
existentem, que alias Kalegerorum de eadem Nandoralba pre-
fuisse, et per ipsum Comitem Johannem ab ipsis Kalogeris
sponte volentibus, pro certa Concambiali recompensa ipsis fa-
cta permutata esse, et nunc apud manus suas pacifice existere
dicitur simul cum cunctis suis utilitatibus Urburis videlicet nec
non Aurifodinis ac vniuersis suis utilitatibus, et pertinencijs
quibuslibet premissis sic ut prefertur stantibus, et se habenti-
bus, vigore aliarum literarum nostrarum Donacionium, me-
morato Comiti Johanni, et per eum Ladislao et Mathie filijs
suis, ipsorumque Heredibus, et posteritatibus universis in
perpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium eius-
dem per nostrum et vestrum homines legitime facere Introduci,
Ideo Fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus
vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo pre-
sente Johannes Bak de Berend, Johannes de Wask, aut alter
Johannes de Harsan, seu Georgius de Pathaij, seu alter Ge-
orgius de Kispathaij, siue Johannes Sydo, seu Johannes Fe-
yes de Ikwrhalmij alijs absentibus homo noster, de Curia no-
stra Regia ad Id specialiter transmissus ad facies prefate pos-
sessionis Rwdistha, consequenterque urburarum seu aurifo-
dinarum, ac aliarum utilitatum eiusdem, vicinis et commet-
aneis dicte possessionis convocatis et presentibus accedendo
Introducat prefatos Comitem Johannem de dicta Hwnyad ac
Ladislaum et Mathiam filios eiusdem in dominium eiusdem, ac
earundem, statuatque eandem simul cum cunctis suis utilitati-
bus, et pertinencijs eiusdem, premissae nostre Donacionis titulo
perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, Contradi-
ctores vero si qui fuerint, Euocet eosdem contra prenotatum
Comitem Johannem de prefata Hwnyad, et alios predictos, no-
stram personalem in presenciam, ad terminum competentem
racionem contradictionis eorum reddituros. Et post hec ipsa-
rum Introduccionis et Statucionis seriem cum Contradictorum
et Evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneo-
rum qui premissae Statucioni intererunt nominibus termino eci-
am assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Opido nostro

Perthelsdorff , in festo assumptionis beate Marie Virginis gloriose. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, Regni autem nostri Anno quartodecimo. Nos igitur mandatis ipsius Domini nostri Regis in omnibus obedire voleutes ut tenemur , una cum Johanne Bak de Berend homine suo regio predicto de Curia sua Regia ad Id specialiter transmissum ex nobis videlicet Honorabilem Dominum Magistrum Jacobum de Therwar socium et Concanonicum nostrum ad premissas Introductionem et Statucionem faciendas , nostro pro testimonio misimus fide digno. Qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. Quod ipsi feria quinta proxima post festum Nativitatis Domini proxime preteritum , et alijs diebus ad Id sufficientibus ad facies prefatae possessionis Rwdischa consequenterque urburarum seu aurifodinarum , et aliarum utilitatum eiusdem , vicinis et conmetaneis dicte possessionis convocatis signanter Gregorio Olah in persona Illustris principis Domini Georgii Despote Regni Rascie ac Elestdeak de pertinencijs Castri Nandoralbensis , nec non Calonich , Radosthawa , ac Nicolao Wayuoda Rasciano et presentibus Idem homo Domini nostri Regis presente dicto nostro testimonio accedendo Introduxisset prefatos Comitem Johannem de dicta Hwnyad ac Ladislaum et Mathiam filios eiusdem , in dominium eiusdem ac earundem Statuissetque eandem simulcum cunctis suis utilitatibus , et pertinencijs eisdem premissae Regie Donacionis titulo perpetuo possidendam , prefatis Regio , et nostro testimonio hominibus legitimis diebus et horis Inibi et ex post coram nobis permanentibus , Nullo penitus Contradictore apparente. In cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Literas nostras privilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboras eisdem duximus concedendas. Datum per manus Magistri Johannis Lectoris et Concanonici nostri quintodecimo die diei Introductionis et Statucionis predicatorum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Presentibus Ibidem Honorableibus dominis Cantore absente, Blasio Custode , et Magistris Stephano de Machalaka Ladislao de Basarag , Nicolao de Therwar et Elija. Ceterisque

Canonicis fratribus nostris in Dei Ecclesia regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárból.

CCII.

Hunyadi László, Besztercze örököse grófja stb. felszólítja Pozsony városát, hogy azon őt illető 10 arany forintra nézve, mellyet emberétől Steflaki Andrásról a „Csillag“ vendéglőben ellopottak, — mi iránt a gyanú a vendéglős húzi-szolgájára és gazdájára esik, — törkönyt és igazzágut szolgáltasson s eljárásáról nagy-szombati kapitányait tudósítsa. Kelt Nagy-Szombatban január 25-diken 1454.

Ladislaus de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis etc. Vobis Circumspectis viris Judici et Juratis civibus Ciuitatis Posoniensis, Amicis nostris dilectis significamus quomodo ex relatū fidelis nostri Andree de Steflak agnovimus, cui etiam pro redimendis nostris quibusdam pignoribus florenos decem auri dederamus, quod in suo hospitio apud Sternium residentem ipsi floreni decem auri ab eo essent subtracti, de quorum quidem florenorum alienatione ad nullum alium, quam ad familiam ipsius hospitis, puta Hausknecht et procuratorem habet suspicionem, de quibus etiam dicit, ut nullum Jus eidem facere Judex voluisse. Super quo vestram requirimus amicitiam, quatenus uti iura vestra concernunt, tam de hospite, quam etiam sua premissa familia, ratione predictorum decem florenorum auri satisfactionem impendere velitis, nam ut premittitur illa summula florenorum nostra est et nos concernit, verum etiam nos in dampno non libenter permaneremus. Alij vero famuli qui pariter in domo amissionis fuerunt, de inculpabilitate eorundem uti decens est iuramenum pronunciarunt.

Quidcunque vero in premissis feceritis Capitaneis nostris Tirnaviensibus rescribat. Datum Tirnavie in festo conversionis beati Pauli Apostoli Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

Pozsony városa levéltárából.

CCIII.

Hunyadi János besztercsei örökösi gróf és Magyarország főkapitánya, a király nevében megparancsolja Kassa városának, hogy ezen évi szokott újévi ajándékát Gúthi Ország Mi-hály nyitrai főispánnak és főajtónállónak fizesse ki. Kelt Budán január 29-dikén 1454.

Johannes de Hwnyad perpetuus Comes Bistriciensis necnon Regni Hungarie Capitaneus Generalis. Prudentibus et Circumspectis viris Judici Juratis ceterisque vniuersis Ciuibus Ciuitatis Cassouiensis Salutem cum fauore. Quia Serenissimus princeps dominus Ladislaus Rex Hungarie etc. dominus noster graciosissimus mediantibus alijs literis suis prouentus Strenuales in vulgo Bed anni presentis pro parte vestri prouenire debentes Magnifico Michaeli Orsagh de Guth Comiti Nytriensi et Janitorum Magistro dare deputavit, Nobisque id dominus noster dominus Rex per vos redi faciendum specialiter commisit, Unde universitatem vestram requirimus vobisque firmiter committimus in persona domini Regis, quatenus statim agnitis presentibus iuxta contenta literarum ipsius domini nostri Regis huiusmodi census Bed hominibus et familiaribus prefati domini Michaelis Magistri Janitorum sine retinencia effective reddere et persoluere debeatis. Tandem presentes facta soluzione prefati census erga vos pro expeditione vberiori reseruantes. Da-

tum Bude feria tercia proxima ante festum purificacionis virginis gloriose Anno domini MCCCCLiiij-to.

Kassa városa levéltárából.

CCIV.

László magyar király, részint Hunyadi János besszencsei örökös gróf kérelmére, részint azon érdemek tekintetéből, melyeket Dolhai Ambrus és Mihály, Szanissló fiai, Zsigmond és Albert királyoknak és neki tettek, azoknak Dolha, Zadnya, Kerecske és Kusnicza nevű falcait és Bronka nevű pusztáját, melyek eddig Beregh jármegyéhez tartoztak, mielől azokat a Dolhaiak, kiknek több jósságaik Mármaros megyében esnek. illi szélszerűbben használhatják, a Beregh megyei fő- és alispánok és szolgabirák hatósága alól kiveszzi, és Mármaros megyéhez csatolja. Kelt Budán febr. 12-dikén 1454.

Commissio domini Regis.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemic Dalmacie Croacie Rex ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Moranie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos tum ad Supplicacionis instanciam fidelis nostri dilecti Spectabilis et Magnifici Johannis de Hwnyad Comitis perpetui Bijztritziensis, ac generalis Capitanei in Regno nostro Hungarie constituto propterea maiestati nostre oblate. Tumque consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis que fideles nostri Ambrosius et Michael filij Stanislai de Dolha primum condam Serenissimis principibus Sigismundo Imperatori Auo ac Alberto regibus predecessoribus nostris patri nostro carissimis et tandem maiestati nostre vt certa relacione informamur exhibuerunt et impenderunt. Quorum respectu possessiones eorum Dolha pretactam Zarnya

Kereczkij et Kwsnitza vocatas, simulcum predio Boronica appellato que nunc in Comitatu de Beregh prope metas et confinia Comitatus Maromorosiensis existere perhibentur, Quod eedem tam pro Juribus nostris regalibus que ab eisdem habentes sumus exigendis quam eciam pro ipsis Nobilibus eo quod eciam altere possessiones et bona eorum in dicto Comitatu Maromorosiensi haberi asseruntur, vtilius et melius in dicto Comitatu Maromorosiensi quam in prefato Comitatu de Bereg conseruari posse dicuntur, rebus sic stantibus ab omni Judicio et Jurisdiccione et qualibet potestate Comitum vel vicecomitum et Judicum nobilium Comitatus de Bereg predicti pro tempore constitutorum Eximentes et exonerantes de predicto Comitatu de Beregh ad Jamfatum Comitatum Maromorosiensem duximus transferendas ac eiusdem Comitatus Maromorosiensis Comitum vel Vicecomitum et Judicum nobilium Jurisdiccioni auctoritati et potestati subdendas et annexandas, Ymmo eximimus transferimus et subdimus presencium per vi-gorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Comiti vel vicecomiti et Judici nobilium Comitatus de Bereg antedicti firmiter pre-cipientes mandamus quatenus a modo deinceps in ante in pre-fatas possessiones Dolha Zarnija Kereczkij et Kwsnijtza vocatas ac premium Boronica et earundem occasione in prefatos exponentes nullum Jus nullamue Jurisdiccionem exercere et exercerifacere contra formam huiusmodi exemptionis presu-matis quoquismodo gracie nostre sub obtentu, presentibus per-lectis exhibenti restitutis, quibus Sigillum nostrum personalem nostre maiestatis presenciam reputans propter absenciam ma-ioris Sigilli nostri Secreti duximus appendendum, Datum Bude-feria tercia proxima ante festum beati Valentini Martiris Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Re-gnum autem nostrorum Anno Hungarie etc. quartodecimo. Bohemie vero primo.

Commissio domini Regis domino Johanne
Comite perpetuo Bistriziensi referente.

Az eredetiböl.

27*

CCV

László király megengedi Hunyadi János beszterczei grófnak és ország kapitányának, hogy Trencsény várát és több más Vág menti várakat, melyeket még atyja Albert Cillei Ulrik grófnak 15,000 forintban elzálogositott volt, a mondott gróftól a magáéból előlegezendő 13,000 forinttal, melyekért δ azokat, mint értesére esett, kibocsátani kész volna, királhassa, és ezen öszveget a következő évi szerémi és lippai kerületbeli kamaraanyereségből kifoghassa, aztán a kérdéses várakat, mihelyt parancsolni fogja, neki kiadván. Kelt Prágában június 1-sején 1454.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Servie etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie etc. fidieli nostro Spectabili et Magnifico Johanni Comiti Bijstriciensi Generalique Capitaneo nostro in Regno Hungarie, Salutem et Gratiam. Ex intimatione vestra habemus, quomodo Illustris Princeps Dominus Ulricus Comes Cilie, Castrum nostrum Trencsiniense, ac alia Castra, iuxta fluvium Vag existentia, que apud manus suas ex impignoratione condam Domini Alberti Regis Hungarie Patris nostri pro quindecim Millibus florenis auri existere asserit, nobis pro tredecim mille florenis remittere vellet, atque vos si nobis placeret huiusmodi pecuniam, sub fiducia eandem rebabendi nomine nostro Ipsi Comiti solvere velletis, Unde quia Nos ex resignatione dictorum Castrorum per ipsum Comitem Cilie nobis fienda utilitatem et pacem Regni nostri Hungarie consequi speramus, ideo contenti sumus, ut stante veritate impignorationis pro summa predicta modo quo prefertur dicto Comiti Cilie facte uos dicta Castra ab ipso Comite Cilie pro dictis tredecim millibus flore-

nis auri pro nobis redimatis, et si pecunia huiusmodi per vos exposita fuerit, annuimus et concedimus, ut eandem pecuniam rebus premisso modo stantibus excipiatis de proventibus nostris Regalibus videlicet de lucro Camere nostre cultellorum Syrmensis et Lijppensis, in Anno Domini Millesimo Quadragesimo quinquagesimo quinto nobis postvenire debentibus quos nobis in casu premisso presentibus inscribimus, ita tamen quod ea, que de proventibus dicti lucri camere, cujus dicationi et exactioni hominem nostrum interesse volumus, ultra summam tredecim millium florenorum auri restabunt, et superabunt, Maiestati nostre sine defectu teneant — — reddere et administrare, Si vero proventus huiusmodi, se ex aliquo casu, quod non credimus, ad summam dictorum tredecim millium florenorum non extenderent, extunc omnem defectum habita veritate rationis nos vobis supplere — — — — de alijs proventibus nostris Regalibus, volumus tamen, ut Castellanos in dictis Castris interim ponendos pro — — — de fidelitate et obedientia jurari faciatis. Etque vos dicta Castra quantumque voluerimus, et mandaverimus, nobis — — difficultate, et occasione reddatis, et restituere sitis obligatis, Datupi Prage tertio die festi Ascen — — Domini anno eiusdem Millesimo Quadragesimo quinquagesimo quarto. Regnorum autem nostrorum anno — — garie etc. quartodecimo Bohemie vero primo.

**Commissio Domini Regis
ex deliberatione Commissariorum.**

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCVI.

László király, Hunyadi János beszterczei örökösi gróf és ország főkapitánya kérelmére, a Suggya, Supán és Thwerd Temes megyei olák kerületek iránt Pozsonyban september 14-dikén 1453-ban kelt adománylevelét, és az aradi káptalannak az azokbai beigatalásáról october 30-dikán ugyanazon éuben kelt bizonyítványát átirván, megerősíti. Kelt Prágában junius 11-dikén 1454.

Commissio propria domini Regis.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie dux necnon Marchio Moraue etc. Ad futuram rei memoriam significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod pro parte et in persona fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis Comitis Bystriciensis Generalisque Capitanei in Regno nostro hungarie exhibite et presentate sunt nobis quedam due litere, vna nostra super perhempnali donacione et coliacione districtuum nostrorum Wolahalium Swggija Swpan et Thwerd vocatorum in Comitatu Themessensi existencium, nec non aliarum cunctarum pertinenciarum et Tributorum eorundem Ipsi Comiti Johanni et suis heredibus vniuersis facta. Et alia Capituli Ecclesie Orodiensis super legitima Statuione eorundem priuilegialiter confecta. Suplicatum itaque extitit in persona prefati Comitis Johannis Maiestati nostre humiliter et deuote vt easdem literas ratas gratas et acceptas habendo nostrisque literis verbotenus inseri faciendo pro ipso Comite Johanne suisque heredibus Vniuersis innouantes perpetue valituras confirmare dignaremur. Quarum prime videlicet nostre litere tenor talis est. Nos Ladislaus dei gracia Rex Hungarie etc. (Lásd: *Oklevéltdr CXCVII. sz. a.*) Alterius vero scilicet dicti Capituli Orodiensis tenor sequitur

in hec verba. Capitulum ecclesie Orodiensis Omnibus cristi fidelibus etc. (Lásd : *Oklevéltár CXCIX. sz. a.*) Nos igitur huiusmodi supplicationibus pro parte et in persona prefati Comitis Johannis nobis modo quo supra porrectis Regia benignitate exauditis et clementer admissis, pretactas vtrasque literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas ijmmo mera et sincera integritate prepollentes presentibusque literis nostris de verbo ad verbum sine diminutione et augmentatione aliquali insertas quoad omnes earundem continencias clausulas et articulos eatenus quatenus eedem rite rationabiliter existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur acceptamus, approbamus, et ratificamus. Easque consideratis de nouo et ad memoriam reductis multiplicibus seruicijs et pluribus obsequiosis ac virtuosis operibus antefati Comitis Johannis ex habundanciori fauoris gracia pro eodem Comite Johanne ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis simulcum donacione et Statuione suprascriptis ac nominibus pertinenciarum pretectarum in ipsis literis Statutorijs designatarum innouantes perpetue valituras confirmamus Saluo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras pendentis Secreti Sigilli nostri quo vt Rex hungarie vtimur munimine roboratas. Datum Prage per manus Venerabilis viri domini Nicolai Barjus prepositi ecclesie Agriensis Vice Cancellarij nostri dilecti et fidelis feria tercia proxima post festum Penthecostes Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo quarto, Regnum autem nostrorum Anno hungarie etc. quinto decimo, Bohemie vero primo.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCVII.

A csandádi káptalan bizonyáságot tesz arról, hogy Simon-kereki Margit, Fejéregyházi Benedek özvegye, Komlóson Csánád megyében fekvő részjösszágát Hunyadi János beszterczei grófnak és örököseinek 100 arany forintért örökösen bevallotta. Kelt julius 23-dikán 1454.

Capitulum Ecclesie Chanadiensis Omnibus Christi fidelibus presentibus, pariter et futuris harum notitiam habituris Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Nobilis Domina Margaretha vocata relicta condam Benedicti de Fejeregház, filia videlicet condam Thome filij Pauli de Sijmonkerek personaliter coram nobis constituta, onere puelle Elijzabeth filie sue, quo ad infrascripta in se assumpmendo sponte confessa extitit in hunc modum. Quod ipsa certis permota respectibus totalem porcionem suam possessionariam paternam in possessione Komlos vocata in Comitatu Chanadiensi existente habita cum omnibus suis utilitatibus, et pertinencijs ad ipsam spectantibus Illustri ac Magnifico Domino Johanni de Hunyad perpetuo Comiti Bystriciensi etc. ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis, pro centum florenis auri puri, sibi vt dixit plene persolutis et receptis pro precio perpetuo vendidisset, imo dedit et vendidit nostra in presencia, Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, et possidendam, manus suas et totale Dominium suum de ipsa porcione possessionaria eximendo et in prefatum Dominum Johannem de Hwnyad, suos heredes et posteritates transferendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras patentes munimine pendentis Sigilli nostri roboratas fecimus emanari. Datum per manus Magistri Balthasaris lectoris socii, et concanonici nostri feria tercia proxima post festum beate Margarethe virginis, anno Domin

Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Prescntibus honorabilibus Dominis Thoina preposito, Stephano Cantore, Johanne Custode, altero Johanne Themesensi, Benedicto Orodiensi, Elya Ultramarusiensi, Clemente Thoroniensi, Matheo Sebessiensi Archidiaconis, ceterisque dominis Canonicis fratribus nostris in Dei Ecclesia Regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCVIII.

László király Raguza városának bceses ajándékaiért, mellyeket köretei Gondolai Marini Jakab, Bonai Sarachini Miklós, és de Lucharis lorag által nekie küldött, köszönetét nyilvánítván, azt tudósítja, miszerint azon igaz hüség tekintetéből, mellyel az említett város a magyar szent koronához régibb időkben és visszontagságok között is állhatatosan ragaszkodott, minden kivánságait teljesítette, az egynek kivételevel, melly szerint a királyi megerősítő pecsét mellé függesztetni ohajtotta az ország nagyjai pecsétjeit is; mivel az a királyi méltóságot kisebbítené és az előbbi királyok idejében is szokatlan volt. Kelt Prágában julius 28-dikán 1454.

Commissio propria domini Regis.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Austrieque et Stirie dux necnon Marchio Moraue etc.

*Nobiles et prudentes viri fideles nobis sincere dilecti, Jo-
cundo uoltu et placido pectore suscepimus hos Nobiles et Egre-
gios viros Jacobum Marini de Gondola ac Nicolaum Sarachini*

de Bona et paladinum petri de lucharis, Ciues nostre Ciuitatis Ragusiensis, oratores scilicet et Nuncios Comunitatis vestre, pulchra munera non solum rerum, sed et fidelitatis et deuocionis vestre, parte vestri, Maiestati nostre offerentes, que nobis tanto graciiora fuerunt, quanto et de tam longinquis partibus allata, et coram ceto Nobilium huius Regni nostri Bohemie, non sine optimi exempli fructu, nobis presentata extiterunt Super quibus rebus vniuersitatj vestre. meritas gratias dicentes fidem et affectionem vestram digna laude commendamus, parati ad omne commodum vestrum, Et quia sincerrima fides vestra quam ad progenitores nostros et sacram Coronam Regni nostri hungarie ab antiquo tempore non solum in prosperis, sed et in aduersis rebus, constantissima longanimitate tenuistis, multa apud vos merita accumulavit. fecimus vobis omnia ea, super quibus per dictos Oratores vestros, vestri parte suimus requisiti, dempto illo articulo, Vbi penes Sigillum nostrum literis confirmationis nostre appensum. Sigilla eciam Baronum Regni nostri hungarie optabantur appendi, derogaret enim illud quodammodo Auctoritati et dignitati nostre Regie potestatis, utpote, qui in rebus a potestate Regali dependentibus, subditos nostros, nobis consortes facere non solemus, quemadmodum nec predecessores nostri Reges facere soliti fuerunt, fecimus ergo rem consuetam, et nostro honore dignam et vestris rebus plenissimo robore firmam, amplius etiam, quitquit pro uobis facere poterimus, in cunctis rebus occurrentibus liberali benevolencia faciemus, Datum prage vigesima octaua die mensis July Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimoquarto Regnorum autem nostrorum Anno hungarie etc. quintodecimo Bohemie vero primo.

Kivűlről: Nobilibus et Prudentibus viris Rectori et Consilio Ciuitatis nostre Ragusiensis fidelibus nobis sincere dilectis.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCIX.

László király Raguza városát oda utasítja , hogy jövendőre senkit se fogadjon el érsekének , főpapjának , sőt polgárának se , kinek hűsége , erkölcsé és állása felől magának megnyugtató ismereket nem szerzett. Kelt Prágában julius 30-dikán 1454.

Commissio propria domini Regis.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie dux necnon Marchio Moraie etc. fidelibus nostris Nobilibus et prudentibus viris Rectori et consilio Ciuitatis nostre Ragusii Salutem et graciam Cùm nobis inter ceteras sollicitudines nostras eo maior cura sit , conseruandi status Ciuitatis illius , quo eadem longe extra ceteras terras nostras posita , ingruente casu sinistro , hostium insultibus , facilius patere potest , vigilancius ergo hiis rebus , intendimus ex quibus tranquilitas Ciuium ac salus reipublice Ciuitatis predicte , condependent , Quia igitur in ea re , et maius et primum est , vt Ciuitas ipsa suspectorum seu ignotorum hominum consorcio et communione vacua , proprietatum et probatorum Ciuium ac eciam prelatorum et Clericorum nota condicione secura , concordia , ac tuta pace , intrinsecus tranquilla sit , Ideo decreuimus et fidelitati vestre sub debito obediencie mandamus , quatinus , amodo deinceps ad nullius instanciam , quamcunque ignoratam seu suspectam personam nisi cuius fides virtus et condicio , vobis note , et probate sunt , in vestrum Archiepiscopum aut alium prelatum siue eciam Ciuem , assumere et admittere presumatis Datum Prage Ciuitate Regni nostri Bohemie penultima die mensis Julij Anno domini Millesimoqua-

dringentesimoquinquagesimoquarto Regnorum nostrorum Anno
Hungarie quintodecimo Bohemie vero primo.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCX.

Hunyadi László Besztercze örököös grófja, Dalmát- és Horvátország bánja, Pozsony városát felszólítja s meginti, müsserint N.-Szombat városának polgárait, a magyar királyuktól nyert és az ő tudokkal is élvezett kivállságaik ellenére, harmincsad fizetésére ne szorítsa, és ravassúl ne kivánja tölök e részbeni szabadalomleceleknek előmutatását: mivel az ország törcénye s ősi szokása szerint az illynemű oklevelek előadása csak a király vagy helyettesei előtt követelhető; — annak egyszersmind értésére adja, hogy ez ügyben addig is, míg az iránt a királytal személyesen szólhatna, a mondott polgárokat tehetsége szerint oltalmazni fogja; végre pedig figyelmezteti a várost, miként hasonló cisszaélései által a harmincsadra nézve, melly úgy sincs örököös birtokában, könnyen olly bajt szerezhet magának, mellyet később maga is meg fogna bánni. Kelt N.-Szombatban augustus 5-dikén 1454.

Prudentes et circumspecti viri, amici nobis honorandi. Ex querulosa significatione circunspectorum virorum Judicis et Juratorum ceterorumque ciuium Ciuitatis Tyrnauensis nominibus intelleximus multum disciplicenter, Qualiter vos nescitur quo ducti consilio contra libertates et prerogatiwas eorum, exemptiones a diuis Regibus huius Regni Hungarie ipsis concessas, quibus hactenus eciam ad vestrum scitum fruiti fuissent et gauisi, super eos ipsorumque res et bona Tricesimas exigere, rationeque preuia molestare niteremini et velletis, petendo ab eis machinatue iura eorum super huiusmodi exemptionibus

ipsis data coram vobis exhiberi et produci, in preiudicium hu-
iusmodi libertatis eorum, consuetudinisque dicti Regni deroga-
men valde magnum. Et quia ex antiqua consuetudine legeque
approbata huius Regni, iura quorumcunque non alias nisi Regie
Maiestatis aut eius vices gerencium presencia produci debent
et exhiberi. Ideo vestras Circumspectiones attente requirimus
et hortamur, quatenus interim quoisque cum Serenissimo prin-
cipe domino nostro Rege etc. domino graciosissimo pro hac re
personaliter colloquium faciemus ipsos, Ciues Tirnauenses vel
eorum aliquem ratione non solucionis Tricesime molestare
perturbareque et impedire non velitis, quum in quantum super
nos est auctoritate Regia superinde nobis concessa ipsos Ciues
Tirnauenses per quempiam et eciam per vos impedire non per-
mittemus, Sed eosdem contra quosuis protegere conabimur et
defensare. Talis enim abusua inductio per vos non debuisset
fieri, tum ex eo, vt ipsa Ciuitas Tirnauensis primitus extitit
ipsis exemptionibus predita, quam ipsa Tricesima vobis collata,
tumque propterea, quod ipsa Tricesima non est vobis per-
petualis et de leui posset contingi cum exactione insolite
Tricesime nocua impedimenta talia, que fortassis et per vos
condolerentur, inducere et inmanere. Aliud ergo petimus non
facturi. Ex dicta Tirnauia ipso die festi beatissime Marie vir-
ginis de niue Anno 1454. Ladislaus de hunyad Comes Bystri-
ciensis necnon Regnorum Dalmacie et Croatiae Banus etc.

Kicülről: Prudentibus viris Judici, Magistro Ciuum ceteris-
que Ciibus Ciuitatis Posoniensis amicis nobis honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CCXI.

Hunyadi János, Besztercze örökösi grófja stb. a hét szász széknek előjárót tudósítja, hogy a török szultán nagy erővel Ráczországbba utött olly szándékkal, miszerint Nándor-Fejér várat és Szendrőt megvívja s Magyarországra rontson, de Szendrő alatt léteben kímei által az ó Nándor-Fejér várt létét megtudván, e hírrre éjjel sietve visszahuzódott és most Zsófiánál áll, hogy sereget megerősítvén, még a tél előtt Magyarországot ragy Erdélyt megtámadja; — minél fogva meghagyja nekik a király nevében, miként a taborosásra készen tartásak magokat, és így mindenjárt további paranca vételével hosszá jöhessenek, a polgárokat bűrságokkal is szorítván a szükséges taborozási fegyverek megszerzésére. Kelt Keviben augustus 10-kén 1454.

Johannes de Hunyad perpetuus Comes Bistricensis etc. Circumspectis viris Judicibus Juratis ceterisque Ciibus Septem Scdium Saxonicalium Salutem cum fauore. Noueritis quod Imperator Turcarum cum magna sua potencia Regnum Razye subintrauerat eius proprio intencionis fine, vt castra Nandoralbense et Zenderew obsidiat et ad Regnum Hungarie suam gentem pro depopulatione eiusdem Regni mittat, Sed nos feria quarta proxima preterita ad Castrum Nandoralbense personaliter accessimus Imperatore Turcarum sub Castro Zenderew eodem die existente, videntes nostri exploratorem ipsius Imperatoris Turcarum, nostrum aduentum ad Nandoralbam factum Idem explorator citius vt potuit domino suo retulit: Quibus intellectis Idem Imperator Turcarum in media nocte mox suum exercitum versus propria mouit, festinansque ad Zofya pervenit, et nunc ibidem existit, non volens magis retrocedere, nisi ibi exercitum suum quiescere et maiorari facere et ab illink (így!) reuertere conatur, et vt credimus vsque Jemmem proximam venturam vei Regnum Hungarie aut partes Transsiluanas intendere vult,

Rogamus Igitur vos nibilominusque in persona Regie Maiestatis precipiendo mandamus quatenus, promptos vos ipsos teneatis ad exercituandum, vt dum per alias literas nostras vos auzauerimus, tum exercitualia parati in nostrum et Regni Hungarie procedatis subsequimur, Nam et nos cum toto Regno Hungarie prompti erimus cum eisdem turcis pugnaturi. et cum Birsagijs instituatis vt quilibet arma exercitualia habeat. Datum in Ceuinio in festo beati Laurentij martyris Anno Domini M-o CCCC-o L. quarto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXII.

Hunyadi János Besztercze örökös grófja stb. Miklós kü-küllővári főesperestnek és Henkel Györgynek, mint Erdélyben királyi pénzzedőknek, meghagyja, hogy Szeben városának 40 márka ezüstöt fizessenek ki: mivel ő ezen összeget az említett városnak rombolt állapotából helyrehozatala végett könyiyítésül béréből elengedte; biztosítja egyszersmind az említett pénzzedőket, hogy, ha a király ezen összeget számadásukban el nem fogadná, azt nekiék a magáéból kifizeti. Kelt Kőszegen november 27-dikén 1454.

Johannes de Hunyad Comes Bistriciensis etc. Venerabilis Nobili viris Nicolao Archidiacono de Kwkwlwar et Georgio Henkel Exactoribus argenti Regalis in partibus Transsiluanis constitutis Salutem et honorem. Nostis quia Ciuitas Cibiniensis est in illis partibus confinia plurimasque ruinas passa aliquid ad presens maxime indiget lewiacionis. Ad eius renouacionem de dictis prouenibus argenti eidem Ciuitati declinauimus quadraginta marcas argenti et si diceretis quod ex eo istam declinationem faceremus, vt domino Regi exigerentur. Si dominus

Rex de vobis ipsas in rationem non recipere, promittimus vobis quod de proprijs nostris eas vobis persoluemus. Rogamus ergo vos vobisque nichilominus stricte committimus, quatenus, statim habitis presentibus predictas quadraginta marcas Argenti eidem Ciuitati reddere velitis et debeatis, vt Ruinam eiusdem renouent, et Aliud non facturi, presentes tamen erga nos pro expedicione teneatis. Datum in Kwzeg feria quinta proxima ante festum beati Andree Apostoli Anno domini M-o CCCC-o L quarto.

Commissio propria domini Comitis Bistriciensis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXIII.

As aradi káptalan bizonysságot tess arról, hogy László királynak Budán február 6-dikán kelt parancsa következetében Hunyadi János besztercsei grófot és fiait Lászlót és Mátyást Kerekegyhás helysége és minden tarlazandóságai örökösi birtokba febr. 24-dikén minden ellentmondás nélkül bérbevettette. Kelt martius 10-dikén 1455.

Capitulum Ecclesie Orodiensis, Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentium noticiam habituris, Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam barum serie volumus peruenire, quod nos literas Introductoryas et Statutorias Serenissimi Principis et domini domini Ladislai dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Regis, ac Austrie et Stirie ducis, nec non Marchionis Moraue etc. domini nostri naturalis sumpma cum reuerencia recipimus in hec verba, Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie dux, necnon Marchio Moraue etc. fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis salutem et gra-

ciām, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Spectabilis et Magnifici Johannis de Hunyad Comitis perpetui Bystricensis, ac Ladislai et Mathie filiorum eiusdem, quomodo ipsi in dominium cuiusdam possessionis Kerekegház, ac pertinenciarum eiusdem videlicet Azony, Wereswynga, Kerekwynga, Baktonya, Bathonya, Irathos, Dombegház Keth Sopron, Zijhan, et Kijnged vocatarum, et aliarum villarum, et prediorum ad easdem pertinencium quoconque nomine vocitatarum. In Orodiensi et Chanadiensi aut in quibusuis alijs Comitatibus existentium et habitarum, ac quarumlibet vtilitatum earundem ipsos empacionis titulo concernencium legitime vellent Introduci, superquo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrū mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Caspar de Borz, aut Andreas de Balad, vel Nicolaus de Tempes in Comitatu Chanadiensi, Johannes literatus de Fejeregház, aut Valentinus de eadem, vel Johannes Bakij, siue Ladislaus de Perijen in Orodiensi alijs absentibus homo noster de Curia nostra Regia per nos ad id specialiter deputatus, ad faciem dicte possessionis Kerekeghaz vocate, ac Azony, Wereswynga, Kerekwynga, Bakthonya, Bathonya, Irathos, Dombeghaz, Keth Sopron, Zyhany et Egnyed vocatarum, et aliarum villarum, et prediorum ad eandem pertinencium quoconque nomine vocitatarum, vicinis et cometaneis earundem vniuersis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo introducat prefatos Johannem de Hunyad ac Ladislaum et Mathiam filios eiusdem in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Johannem de Hunyad Comitem perpetuum Bystricensem, ac Ladislaum et Mathiam filios eiusdem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis corum reddituros. Et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissae Statucioni intererunt, ac possessionum et villarum nec non prediorum statuendorum nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis.

Datum Bude in festo beate Dorothee virginis et martiris , anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Regnorum autem nostrorum anno hungarie quarto decimo Bohemie vero primo. Nos igitur mandatis ipsius domini nostri Regis in omnibus obedire cupientes ut tenemur unacm Valentino de Feyereghaz homine Regio predicto , in eisdem literis dicti domini nostri Regis inter alios nominatim conscripto de Curiaque sua Regia per ipsum ad id specialiter deputato, unum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum Michaelem de Thehniick socium et concanonicum nostrum ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio misimus fidedignum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. Quod ipsi in festo beati Mathie Apostoli proxime preterito , et alijs diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies predictarum possessionum Kerekeghaz, Irathos et Dombeghaz, nec non Azony , Wereswijnga et Kerekwijnga ac porcionum possessionariarum in possessionibus Bakthornya Bathonya , Kethsopron , Zyhond et Kijnyed vocatis et aliarum villarum et prediorum ad easdem pertinentium quocunque nomine vocitatorum in Orodiensi et Chanadiensi Comitatibus existencium et habitarum , vicinis et conmetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et signanter Reverendissimo in Christo Patre domino Petro Episcopo Ecclesie Chanadiensis Valentino Bessenew , filio quondam Laurencij similiter Bessenew de Zenthdemeter, Joanne et Ladislao Bessenew de eadem, Petro de Ravazd , et Ladislao Orros de Perijen et presentibus idem homo dicti domini nostri Regis presente dicto nostro testimonio introduxisset prefatos Johannem de Hunyad , ac Ladislaum et Mathiam filios eiusdem in dominium eorundem , statuissetque easdem eisdem cum omnibus suis utilitatibus ad easdem de Jure spectantibus , Ipsiis iure incumbenti perpetuo possidendas , prefatis Regio et nostro testimonio hominibus tam in faciebus earundem , quam eciam ex post coram nobis permanentibus legitimis diebus , nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboras eisdem duximus concedendas. Datum per

manus Magistri Johannis Lectoris et concanonici nostri quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis predictarum, anno domini supradicto. Cantore absente, presentibus ibidem honorabilibus dominis et Magistris Blasio Custode, Stephano de Mathalaka, Ladislao de Basarag, Nicolao de Therwar et Elia ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia Regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCXIV.

Hunyadi László, bessztercsei örököös gróf, Pozsony városát tudósítja, hogy, miután a só árában öt illető 200 forintot az utak bátortalansága miatt nem merte elküldeni, ezen összeg fölvétele és áthozása régett Modrár András hasi-emberéit küldötte hozzá. Kelt Nagy-Szombatban martius 2 -dikén 1465.

Prudentes viri Amici nobis honorandi. Quemadmodum nobis per Egregium virum Valentimum Capitaneum nostrum Ciuitatis Tirnaviensis intimastis, quod illos florenos ducentos auri de pretio salium nostrorum nobis provenire debentes ad presens propter discrimina viarum minime dirigere ausuri fuissestis, unde vestras scire volumus Amicitias, quod nos pro iam dictis florenis providum virum Andream Madrar familiarem nostrum specialem presentium scilicet ostensorem ad vestras transmitimus Amicitias destinandum. Cui prescriptos florenos ducentos auri in persona nostra dare et assignare velitis, qui vestras Amicitias reddet quittas et expeditas. Datum Tirnavie feria quinta proxima post Dominicam Letare Anno Domini etc. L-o quinto.

Ladislaus de Hunyad
comes perpetuus Bistricensis.

28*

Kiválról: Prudentibus et Circumspectis Viris Judici et Juratis Civibus Civitatis Posoniensis Amicis nobis sincere honorandis.

Pozsony városa levéltárából.

CCXV.

Hunyadi László örökö s beszterczei grófi megnyugtatja Pozsony városát az iránt, hogy az őt illető só árában neki 200 forintot házi-embere Modrár András' által minden hiányosság nélkül átküldött. Kelt Nagy-Szombatban martius 20-dikán 1455.

Nos Ladislaus de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis etc. Recognoscimus per presentes universis quibus incumbit quod quia providi et circumspecti viri Judex Jurati Ciues Ciuitatis posoniensis nobis per providum virum Andream Madrar familiarem nostrum specialem dederunt et assignarunt de pretio Salium nostrorum florenos ducentos auri, pro quibus quidem ducentis florenis auri nos prenominatos Judicem et Juratos Ciues preacte Ciuitatis posoniensis reddimus quittos et expeditos atque per omnia satisfactos harum nostrarum literarum ad quas Sigillum nostrum subimpressum est vigore et testimonio mediante. Datum Tirnavie feria quinta proxima post Dominicam Letare Anno domini etc. L-o quinto.

Pozsony városa levéltárából.

CCXVI.

Ulrik cillei, ortenburgi és zágóriai gróf, Dalmát-, Horvát- és Tótország bánja, Garai László nádor és Ujlaki Miklós erdélyi vajda és macsói bán irányában, — kikkel ő bizonyos föltételek alatt szövetséget kötött, — visszonosan kötelezi magát, hogy velük ezentúl örökre testvérei egyetértésben élvén, javokat minden erejéből előmozdítani és őket mindenki ellenében, — László királyt király, s a mennyiben Magyarország és alácselt részeinek joga vagy szabadsága i nem volnának kérdésben, — teljes erejével védelmezni fogja. Kelt Bécsben apríl 7-dikén 1455.

Nos Vlricus dei gracia Cilie Ortemburge Zagorieque Comes etc. necnon Regnorum Dalmacie Croacie ac Sclauonie Banus Memorie commendamus perpresentes, Quod fraternalm et amicabilem consideracionem affectumque caritatum habentes ad Magnificos ladislaum de Gara Regni hungarie palatinum et Judicem Comanorum affinem — Nicolaum de Wylak wayuodam Transsiluanum et Banum Machouiensem, fratrem nostros, carissimos, qui se sub certis clausulis et condicionibus literis suis mediantibus ad nos confederarunt, et colligauerunt, matura deliberacione, et bona voluntate nostra se erga eos, pariter federe et vniōnis vinculo, duximus asstringendum et obligandum, ymmo asstringimus, et obligamus per presentes tali moderamine, quod amodo et inantea temporibus perpetuis, volumus et debeamus, eos fraternali amore caripendere, nosque ad eos tenere cum bona et vera caritate, ipsorumque honorem et bonum toto posse, et omnibus viribus nostris, dirigere, promouere, et precustodire, dampnuinque eorum euitare precauere et defensare, nec non eos, dum ab ipsis aut altero eorum de super personaliter, literatorie vel per nuncios eorum requisiti fuerimus in quibuscunque factis et agendis

atque aduersitatibus , quomodocunque , vnde cunque , et quan-
 docunque , penes Serenissimum principem et dominum , domi-
 num nostrum gratiosissimum , dominum ladislaum dicti Regni
 Hungarie etc. Regem In factis et negotijs , Jura et libertates
 prefati Regni sui Hungarie concernentibus et eorundem Juri-
 um ac libertatum , defensione , ipsis affini et Fratri nostris ,
 suboriendo vel oceurrento nullatenus derelinquere , ymmo eos
 contra quoscunque homines cuiuscunque dignitatis , status ,
 condicionis aut eminencie existant , nemine preterquam pre-
 fato domino nostro Rege ladislao , et dicti Regni sui Hungarie
 ac parciū eidem subiectarum Juribus et libertatibus demptis ,
 et exceptis , sinceriter Juuare eisdemque constanter assistere ,
 et adherere atque fauores auxilia , et consilia impendere , dare
 facere et prestare , hec omnia supradicta presentibus assump-
 mimus pollicemur , et promittimus in verbo veritatis sub fide
 christiana et honore nostris annotatis affini et Fratri nostris
 carissimis , per nos firme Jnuiolabiliter et inconcusse obser-
 uanda , dolo fraude et sinistra machinacione in eo proculmotis ,
 In cuius rei robur et testimonium presentes Secreti nostri quo
 communiter vtimur appensione fecimus communirij , Datum
 Wijenne secundo die Festi pasche domini Anno eiusdem Mil-
 lesimo Quadragesimo quinquagesimo quinto.

Az anspachi levelek közöl.

CCXVII

Fridrik római császár, mint a körülmények mutatják, a francia királyhoz intézett leveleben megemlítvén, hogy ő a német birodalom híveivel a török háború megindításáról aggódik, miután értésére esett birodalmi határaihoz közelítése, ő felségét tudósítani kívánja, miszerint ő Jakab trieri érseket és válasszót hozzá küldötte, és nem csak a hit védelmének ezen ügyére nézve hanem arra is megbíza, hogy az ő felsége s nemelly a római birodalomhoz tartozó városok között támadott kedvetlenségeket is intézze el; mire nézve neki ezen ügyekben teljes hitelt adatni kér. Kelt Neustadiban május 2-dikán 1455.

Fridericus diuina Fauente clemencia Romanorum Imperator etc. Serenissimo etc. Quum necessarium sit hoc tempore nostro contra Turchos arma capessere qui nostram religionem presumdare nituntur et alias fraternitati vestre plene scripsimus et id vestra Serenitas per sese melius nouit Nos quidem cum nostris et Imperij sacri fidelibus, in hoc opere quantum in nobis fuerit laborare non negligemus confidentes fraternitatem vestram in tam pio negocio diligenti animo concursuram, ea propter intelligentes Serenitatem vestram ad partes Imperij nostri propinquare commisimus venerabili Jacobo Archiepiscopo Treuerensi sacri Romani Imperij per Galliam et Arelatensem Archicancellario principi Electori Nepoti nostro dilecto, ut tam super hac re defendende fidei nostre catholice quam super facte Ciuitatis nostre Metensis et alijs vicinis ciuitatibus, et opidis nobis et Imperio sacro subiectis quibus Serenitas vestra aliqualiter indignata refertur nonnulla nostro nomine vestre fraternitati referat cui ut plenam credencie fidem super his adhibere ac eum iuxta votum nostrum expedire velitis sumptuose cupimus voluntarij vbiicumque possimus complacere vestre fraternitati quam valere per longa tempora feliciter op-

tamus. Datum in Nouacuitate secunda die Mensis Maij Anno domini M-o CCCC-o Iquinto Regni nostri anno Sedecimo Imperij vero quarto.

(Reichsregistratursbuch P. fol. 231. b.)

A csász kir. titkos levéltáróból.

CCXVIII..

László király Konth Miklós egykori nádornak a Pozsony megyei Ilka helységet bíró Ilkai nemes család részére 1359-ben kiadott ítéletét szóról szóra átirván, megerősíti, egyszer-smind a netalán az említett Ilka helységében lappangó minden királyi jogot is a mondott családnak adományozza. Kelt Budán május 3-dikán 1455.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Morauie etc. Memorie commendamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quod fideles nostri Thomas filius Johannis, Bethlehem et Laurencius filius Blasij Zakal, Blasius filius Johannis, Petrus filius Stephani, et Michael filius Johannis, Nobiles de Ilka, nostram venientes in presenciam, in ipsorum ceterorumque fratrum proximorum cognationumque suarum, et cunctorum Nobilium de Ilka, nominibus et in personis exhibuerunt nobis quasdam literas adiudicatorias, condam Magnifici Nicolai Konth, tunc dicti Regni nostri Palatini super prefata possessione ipsorum Ilka, in Districtu Challokewz habita priuilegialiter confectas et emanatas, tenoris infrascripti, supplantes ijdem nobis in personis, quorum supra, humiliter et deuote vt easdem literas domini condam Nicolai Palatini, ratas, gratas, et acceptas habendo, literisque nostris priuilegialibus,

verbotenus inseri et inscribi faciendo , pro eisdem Nobilibus innouantes , perpetuo valituras confirmare dignaremur . Quorum quidem literarum tenor talis est . Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie Palatinus , et Judex Cumanorum , memorie commendantes tenore presencium significamus , quibus expedit vniuersis . Quod Regalis Maiestas , Reginalisque Celsitudo , volentes quelibet sua iura Regalia et Reginalia , ab indebita occupancium detencione in eorum proprietatem , Regni sui consuetudine requirente reducere , et iurisdiccioni ipsorum applicare , ne per importunorum occupatorum illicitas detenciones , suis iuribus amplius frustrarentur , cum Baronum suorum inito consilio , ad predicta iura sua Regalia et Reginalia in Congregationibus nostris ex officio nostri Palatinatus in cunctis Regni partibus et prouincijs celebrandis exquirenda , Aule sue Juenes Magistrum Nicolaum Menze et Michaelem Sudar appellatos , eorum veros et legitimos Procuratores , ac Syndicos speciales , pro ordinando vigore suarum literarum Procuratoriarum constituisserent , nosque inter ceteros Regni Comitatus , Congregationem Generalem in Posoniensi et Mosoniensi Comitatibus legitima proclamatione facta , feria secunda proxima post octauas festi nativitatis beate virginis , anno proxime transacto preterita , in Ciuitate Posoniensi celebrassemus , predicti Magistri Nicolaus et Michael Regij et Reginales Procuratores , in ipsa congregacione nostra , nostram exsurgententes in presenciam , populos de Ilka esse populos Castrenses Castri Posoniensis proponentes , prout litere nostre in eadem Congregatione nostra emanate nos informabant declaranter . Quo percepto Nicolaus filius Johannis , Michael filius Andree , Joannes filius Stephani , et alter Joannes filius Benk , ac Thomas filius Stephani de eadem Ilka , suis ac ceterorum proximorum , fratribus et cognationum ipsorum in personis exsurgententes , eorum predecessores Nobiles Jobagiones Castri Posoniensis extitisse asserentes , ipsos a Jobagionatu dicti Castri , mediantibus literalibus instrumentis exemptos ac in numerum et cetum Nobilium Regni translatos fuisse indicarant , ad eorundemque exhibicionem terminum vltiorem sibi dari a nobis postularant . Ad quorum exhibicionem octauas festi Epiphanie tunc venturas

duxeramus assignandas, a quibus quidem octavis festi Epiphanie domini, ipsius Instrumentalis exhibicionis discussio, qui cusdam prorogacionum cautelis intervenientibus, ad presentes octauas festi beati Michaelis Archangeli, mediantibus nostris literis prorogatorijs extiterat protelata. Ipsi denique octauis festi beati Michaelis Archangeli adherentibus, Magistro Simone de Sancto Saluatore, pro eodem domino nostro Rege, cum Procuratorijs literis eiusdem adherente, prefataque instrumenta in premisso facto exhiberi postulante, Nicolaus filius Johannis, Joannes filius Benk, et Thomas filius Stephani de eadem Ilka, pro se personaliter, pro alijs vero predictis cum procuratorijs literis Capituli Ecclesie Posoniensis comparentes, pro ipsis exhibere assumptis Instrumentis, primo quasdam literas priuilegiales Serenissimi Principis, domini Emerici, quondam Inlyti Regis Hungarie, Anno Incarnationis Domini, Millesimo Centesimo Nonagesimo septimo confectas, nobis demonstrarunt, in quarum tenoribus inter cetera habebatur, quod idem dominus Emericus Rex, quandam Jobagyonem de Castro Poson nomine Zerzouoj filium Sbima, qui in aduersitatibus et bellis, inter ipsum dominum Emericum Regem et fratrem suum habitis, a fidelitate sua non declinasset, verum utiliter pro corona dimicasset, ob meritum sue deuocionis, ad eximiam extulisset libertatem, statuendo, quod nullus Comitum, vel aliorum, in eo sibi ius aliquod presumeret vindicare, verum in aula sua tam ipse, quam sui heredes perpetua libertate congauderent. Dehinc quasdam literas Capituli Ecclesie Posoniensis, super quadam inquisitione, ad literatorium Edictum domini nostri Regis eidem domino Regi rescriptionales, tenorem literarum suarum Regalium eidem Capitulo directarum, de verbo ad verbum in se continentes, in dictoque anno iam proxime elapso, secundo die festi beate Lucie virginis confectas presentarunt, sua serie declarantes. Quod vniuersi Nobiles de Ilka, eiusdem domini nostri Ludouici adeundo presenciam, sue Regie Maiestati studuisserent enarrare, quomodo ipsi a Zerzouoy filio Sbima originem duxissent, semperque Predecessores ipsorum, et per consequens ipsi a tempore dicti Zerzouoy Protaui ipsorum, in dicta possessione ipsorum Ilka, libertate

per quondam Serenissimum Principem dominum Emericu Regem Hungarie mediante suo priuilegio prefato Zerzouoy concessa usi fuissent, eademque libertatis prerogatiua congaudent. Super quo idem dominus noster Rex scribens eidem Capitulo, ipsis firmis dedisset in mandatis, quatenus ipsorum mitterent hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus, ab omnibus quibus decet, specialiter autem vicinis ac commetaneis dicte possessionis Ilka diligenter et conscientiose indagando sciret et investigaret plenissimam veritatem, nunc prout veritas constaret premissorum sibi fideliter rescribi demandasset per Capitulum annotatum. Ipsum denique Capitulum, preceptis et mandatis ipsius domini Regis parere cupientes ut tenentur, cum Johanne filio Kenk homine Regio, dominum Petrum Chory ipsorum Capellanum ad premissa transmisissent, quod ipsi in festo beate Lucie virginis ad Prouinciam Challokewz accedendo, ab omnibus Nobilibus, quibus deceret, specialiter autem vicinis et commetaneis dicte Possessionis Ilka, talem super premissis sciuisserent veritatem. Quod vniuersi Nobiles de Ilka de Zerzouoj filio Sbima originem habuissent semperque predecessores ipsorum, et per consequens ipsi a tempore dicti Zerzouoj Protaui ipsorum, in dicta eorum possessione Ilka, libertate per quondam Serenissimum Principem dominum Emericu Regem Hungarie mediante suo priuilegio Zerzouoj concesso usi fuissent et eadem prerogatiua libertatis congauderent. Visis itaque premissarum literarum priuilegialium et Inquisicionalium, per iam dictos Nicolaum, Joannem et Thomam coram nobis exhibitarum tenoribus perfectis ac suo modo expositis, cum nos eundem Magistrum Simonem Procuratorem Regium et Reginallem in eo, si tenoribus preexhibitaram literarum, aliquo contraditorio obstaculo obviaret, vel aliquod ius in prefata possessione Ilka nomine Regio acquireret vel ne, ternario numero, ut nostro incumbebat officio quesuisse, Idem Magister Simon, Regalis Reginalisque Procurator proponens declarauit. Quod quia Regalis Reginalisque Maiestas, quaslibet possessiones a quibuscumque suis detentoribus, nomine iurium suorum impeditas nostreque deliberacioni deductas, quas predicti sui

detentores , euidentibus et legitimis Instrumentorum vigoribus, omni veritatis tramite , sibi pertinere valent conprobare , eisdem perpetuo Regio et Reginali , prout inueniremus eis Jure pertinere , relinqueremus possidendas. Pro eo premissarum literarum per ipsos Nicolaum , Joannem et Thomam presentatarum continencijs , nulla contradiccione obviaret , verum eandem possessionem Ilka nomine Regio et Reginali eisdem ut vigore preexhibitarum literarum ipsis agnosceret pertinere , resignaret. Verum quia prefati Regij Procuratores in iam dicta Congregacione nostra , Populos de Ilka , Populos Castrenses Castri Posoniensis esse asseruerant , prenominati autem Nicolaus , Joannes et Thomas , vigore prescriptarum literarum Priuilegialium condam domini Emerici Regis , prefatum Zerzouoj Protauum ipsorum a dicto Jobagionatu Castri Posoniensis exētum et in cetum Regni sui Nobilium , per ipsum dominum Emericum Regem aggregatum fuisse , seque et alias prenominatos , cum eorum proximis et cognacionibus , exhibicione premissarum literarum Inquisicionalium ipsius Capituli Posoniensis , ab eodem Zerzouoy propagatos extitisse declarando annotatam Possessionem Ilka , virtute earundem literarum Priuilegialium , dicti domini Emerici Regis , in dominio eiusdem possessionis Ilka , suos semper predecessores , et se ipsos pacifice perstissete indicabant , nec eciam earundem literarum Priuilegialium et Inquisicionalium tenoribus pretactus Procurator domini nostri Regis aliqua contradiccione obviarat. Ideo Prelatorum , Baronum , Regnique Nobilium in adiudicacione ipsius cause nobiscum adherencium moderato inducti consilio , annotatam possessionem Ilka , premisso iure eis pertinentem , prenominatis Nicolao filio Joannis , Michaeli filio Andree , Joanni filio Stephani , per heredum suorum heredes , iuxta seriem prescriptorum suorum Instrumentorum presencium literarum nostrarum Priuilegialium vigore reliquimus , et committimus pacifice et quiete perpetuo possidendam , saluo iure alieno. Incuius rei memoriam , firmitatemque perpetuam , presentes eisdem Nicolao filio Joannis , et Michaeli filio Andree , ac alijs prenotatis de Ilka , literas nostras Priuilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus conce-

dendas. Datum in Vissegrad , duodecimo die Octauarum festi beati Michaelis Archangeli predictarum , Anno Domini Mille-simo Trecentesimo Quinquagesimo Nono. Nos igitur humillimis et deuotissimis supplicationibus antedicti Thome filij Joannis, Laurencij, Blasij, Petri, et Michaelis , per eos suo et vniuersorum Nobilium de prefata Ilka nominibus et in personis , nostre modo premisso porrectis Maiestati , Regia benignitate exaudi-tis et clementer admissis , prefatas literas antefati condam Nicolai Palatini , non abrasas , non cancellatas , nec in aliqua sui parte suspectas , quinymmo mere et sincere veritatis integri-tate prepollentes , presentibus de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum continencias clausulas et articulos , eate-nus quatenus eedem rite et rationabiliter emanate sunt , vires-que veritati suffragantur , acceptamus , approbamus et rati-fi-camus , easque mera authoritate et potestatis plenitudine et ex certa sciencia nostre Maiestatis , pro eisdem Thoma, Lauren-cio, Blasio , Petro , et Michaeli , alijsque cunctis Nobilibus de Ilka , et eorundem vniuersis posteritatibus innouantes perpetuo valituras confirmamus. Et nihilominus consideratis fidelibus seruicijs dictorum Thome , Laurencij , Blasij , Petri et Michaelis per eos nobis , et sacre Regni Hungarie Corone exhibitis eandem possessionem Ilka in Comitatu Posoniensi , et districtu Challockwz habitam , in cuius pacifco dominio , ijdem Blasio, Thomas , Laurencius , Michael , eorum ac vniuersorum Nobili-um de eadem Ilka progenitores , ab antiquo perstissete , seque et eosdem Nobiles persistere asserunt eciam de presenti , si-mulcum iure nostro Regis , si quod in eadem Ilka qualitercum-que haberemus , aut nostram ex quibusuis causis modis , et racionibus concernerent Maiestatem , simulcum cunctis suis vti-litatibus et pertmencijis quibuslibet videlicet terris arabilibus, cultis et incultis , agris , pratis , pascuis , fenetis , siluis , rubeti-s , nemoribus , aquarum decursibus , vallibus , vineis , vinea-rumque promontorijs , aquis fluuijs , piscinis , piscaturis , mo-lendinis , molendinorumque locis , et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum integratibus , quovis nominis vo-cabulo vocitatis , sub eiusdem veris metis et antiquis limitibus, memoratis Thome , Laurencio, Blasio et Michaeli , alijsque cun-

ctis Nobilibus de eadem Ilka, eorumque posteritatibus vniuersis noue nostre donacionis titulo deditus, donauimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam possidendum pariter et habendam. Juribus alienis semper saluis. Harum nostrarum literarum, quibus secretum Sigillum nostrum quo ut Rex Hungarie vtimur, est clausum, vigore et testimonio mediante. Datum Vienne in festo inuencionis Sancte Crucis, Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo quinto.

Székely Sámuel gyüjteményéből.

CCXIX.

László magyar király és Zsigmond osztrák herczeg egymással atyafiságos egyezésre léprén, kötelezik magokat, hogy minden követelésekre nézve, mellyeket ők együtt vagy külön Fridrik római császár ellen indítanának, vagy az ellenök indítana, egymást kölcsönösen tanácsosan és tettel segítni fogják. Kelt Bécsben majus 14-dikén 1455.

Wir Lasslaw von gotes gnaden, zu Hungern, zu Beheim, Dalmaciens, Croacien etc. Kunig, Hertzog zu Osterreich, vnd Marggraue zu Merhern etc. vnd wir Sigmund von denselben gnaden, Herczog zu Osterreich, zu Steir, zu Kernden, vnd zu Krain, Graue zu Tyrol etc. geuettern. Bekennen vnd tun kunt offenlich mit dem brief, Wiewol wir baid, von angeporner Supp vnd freuntschafft, alles guts hilf, vnd beystannds, aneinander wol schuldig sein, yedoch nach gelegenheit, vnserr baider sachen, auch nach solichen widerwertigen leussen, so sich begeben, werden wir bewegt, besunder verphlichtung vnd aynigkait miteinander zehaben, vnd haben vns dadurch zueinander verainet, vnd verphlichten vns auch mit disem brief,

nachdem wir baid , zu dem Allerdurleuchtigisten fursten vnd herren , hern Fridreichen Römischen Kayser , zuallenczeiten merer des Reichs , vnd hertzogen zu Osterreich etc. vnserm lieben vnd gnedigen herrn, vnd vettern, vordrung vnd Spruch haben, vnd er, widerumb villeicht, auch vordrung und Spruch, zu vns haben mainet , Ob wir dan baid , oder vnser ainer , von dem obgenanten vnserm herrn vnd vettern dem kayser , ange- langt würden , oder ob wir baid , oder vnser ainer, In würden anlangen , vmb sachen vnd spruch , alsuerr die das Römisch Reich nicht berürten , das wir dann baid , wenn vnd alsofft das zeschulden kumt, aneinander darInn, getrewlich hilf, Rat, vnd beistannd , tun sullen vnd wellen , vnd von solicher yetz- genanter sach vnd spruch wegen , mit Rechten guten trewen, freuntschafft vnd lieb halten , vnd des also gegeneinander verpunden sein , Alles getrewlich vnd vnguerlich. Mit vrkunt des briefs. Besigilten , mit vnserr obgenanten kunig lasslaws, vnd hertzog Sigmunds aigen anhangunden lnsigeln. Geben zu Wienn an Mittichen vor dem heiligen Auffartag. Nach kristi gepurde im viertzehenhundert vnd funfundfunftzigisten Jar. Vnserr kunig lasslaws Reich des hungrischen etc. im funfcze- henten , vnd des Behemischen im anndern Jaren.

Ladislaus Rex

manu ppia.

Sigismund's dux

ppria manu

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CCXX.

László Magyarország királya István bosnya vajdának, Zandal fiának, meghagyja, hogy azon háborúval, mellyet Ragusa ellen a közte és ezen város közt fennálló béke megtörésétel indítani készül, előbbi békére intő levelei következésében is hagyjon fel; ellenkező esetben tudja meg, hogy õ ezen, a magyar korona iránt minden leghíresebb várost ellene minden módon védelmezni, erősen el van határozva. Kelt Bécsben mdjus 22-dikén 1455.

Commissio propria domini Regis.

Ladislaus dei gracia Rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Austrieque et Stirie dux, necnon Marchio Moraue etc. Spectabili Stephano Zandalij, Vayuode Boznensi, Salutem et graciam, Sepius scripsimus tibi, et Rogauimus te, vt cum Ciuitate Ragusiense, viueres in ea pace, que superiori tempore, inter te et ipsam confecta erat, Quodque non vexares et non turbares, Ciuitatem illam, Tu autem non contentus, superioribus malis, per te ipsi Ciuitati illatis, deinceps sibi bellum minaris, Quod certe vehementer dolemus, cum Ciuitas illa nullis hucusque terroribus, vel minis, a cultu nostro et Corone auersa sit, Quam ob rem hortamur te, et committimus tibi, quatenus habeas pacem, cum ipsa Ciuitate Ragusiense, Ita vt ab omnibus malis et detrimentis, quibus vsque Ciuitatem ipsam vexasti et turbasti, et presertim eo bello, quod nunc contra ipsam parare diceris, omnino desistas et abstineas, Alioquin scias reuera intentionem nostram adeo firmam esse vt eam Ciuitatem, que vt superius retulimus, Corone nostre et nobis fidelissima est, modis vijsque omnibus contra te tuebimur Datum Wienne, feria quinta proxima, ante festum Penthecostes, Anno domini Millesimoquadringtoncesimoquinqua-

gesimo quinto. Regnorum autem nostrorum Anno hungarie etc. quintodecimo Bohemie vero secundo.

A csász. kir. titkos levéltárkból.

CCXXI.

Hunyadi János Besztercze örökös grófja, az ország minden hatóságainak és rámszedőinek a király nevében szorosan megparancsolja, hogy a kereskedés régett bárhorá utazó pozsonyi polgárokat, vagy embereiket senkinek, de különösen Palotai Pécsi Balázzsnak, folyamodására, e tárgyban kiadott ellenkező levele ellent nem álltán, személyeikben, vagy vagyonukban letartóztatni ne merjék, hanem az ellenök követelőket Pozsony város tanácsa elejébe utasítsák, kinyilatkoztatván, hogy mind azon helyiségeket, melyekben ezen rendelete meg nem tartatik, a király részére le fogja foglaltatni. Kelt Budán május 23-kán 1455.

Johannes de Hunyad Comes perpetuus Bistricensis etc. Vniuersis et singulis dominis Prelatis, Baronibus, Proceribus Nobilibus, Comitibus, Castellanis, ipsorumque Officialibus. Item Ciuitatibus, Opidis et liberis villis, ipsarumque Judicibus et villicis. Item tributarijs, vicetributarijs, tricesimotoribus et theloniatoribus, necnon aliis cuiusvis status et condicionis hominibus Salutem cum honore. Quia circumspecti et prouidi viri Ciues Ciuitatis Posoniensis cum ipsorum rebus et bonis mercrimonialibus diuersas huius Regni Hungarie partes et nundinas pro victuum suorum necessaria acquisicione perlustrare babent et reuera perlustrabunt. Vestras igitur dominaciones, fratres et amicicias diligenter requirimus, et nichilominus quibus interest in persona domini nostri Regis firmiter precipientes mandamus, aliud omnino habere nolentes, quatenus

dum et quando prescripti Cines Posonienses aut alter eorum seu familiares ipsorum presencium scilicet ostensores ad vos et ad terras semitas , tributa et Officiolatus vestros , cum dictis suis rebus peruerent , extunc ipsos vbique libere , pacifice , illese , indempniter et sine impedimento aliquali abire et transire permittatis et permittifaciat. Et ipsos ad nullius instanciam , non obstantibus literis nostris harum in contrarium emanatis , signanter vero ad instanciam cuiusdam Blasij Pechij de Palotha in rebus aut personis delinere seu arestare , vel vestro astare Judicatui nequaquam compellere vel astringere presumatis , nec sitis ausi modo aliquali. Specialiter pro debitibus , delictis , excessibus et offensibus aliorum quorumcunque. Si enim aliqui contra dictos Ciues Posonienses quascunque accusaciones vel questiones habent vel habere sperant , hij id in presencia Judicis et Juratorum Ciuium dicte Ciuitatis Posoniensis legitime prosequantur. Ex parte quorum Ciuium prescripti Judex et Jurati omnem contra dictos Ciues querulanti merum Juris ac Justicie ac indilate satisfaccionis complementum exhibere et inpendere tenebuntur et teneantur , prout dictauerit Ordo Juris. Secus igitur non facturi. Quum nos ipsos Ciues Posonienses in persona domini nostri Regis , prout nobis est commissum totis nostris viribus defensare et protegere nec in aliquo dampno relinquere volumus. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima ante festum Penthecostes. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. — Item in quibusuis villis seu possessionibus huiusmodi mandata nostra non obseruarentur , mox tales villas et possessiones omnes domino nostro Regi occupabimus et occupare faciemus. Datum vt supra. — Commissio propria domini Comitis.

Pozsony városa levéltárából.

CCXXII.

*Salemi Julián szentirás tanára és sz. Ágoston remete szerzetének közönséges perelje azon jótétek tekintetéből, melyekkel Zsigmond osztrák herczeg, szerzete iránt viselteett, öt magát, nejét Ilonát és minden létező s leendő maradékait, szerzetének az egész világon levő minden tagja által szerzendő lelkijarai-
ban éltökben és halálokban részesíti, s bármellyikök halálának esetére lelkükért hasonló imákat rendel tartani, millyeneket szerzetének tagjaiért a rend szabálya parancsol. Kelt Avi-
gnonban a szerzetnek ünnepélyesen tartott káptalanjából május
25-dikén 1455.*

Illustrissimo. Principi. et domino. d. Sigismundo. Duci Austria Magnificoque comiti in Tyrol etc. preclarissime domine Helene conthorali sue omnibus et singulis eiusdem stirpis presentibus et futuris. frater Julianus de Salem de Sicilia Sacrepagine professor Prior generalis ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini licet inmeritus Sue dominacionis humilis orator Cum deuotissimo orationum suffragio celestium ac terrerstrium incrementa donorum Et si magnitudo beneficiorum que adominacione vestra Religioni mee amplissima semper liberalitate tributa sunt et in dies magnifice conferuntur omnem ipsius religionis facultatem tam vehementer excellat ut non modo ipsa nullis rebus aut meritis assequi Sed ne satis quidem digne admirari posse videatis Ideo id quod solum humilitas nostra potest. dominacioni vestre duximus offerendum perpetuum scilicet diuinorum suffragiorum officium quo dominacionis vestre sanctissimi propositi desideria fragilitatis humane procellis ac vite presentis scopulis liberata in salutaris effectus portum cicius ac felicius deducantur Ut igitur tot deuocionis vestre ac magnificencie meritis ipsum meum ordinem non modo ad nostra sulfragia invitantibus sed penitus obligantibus pro

illius facultate ac pietate respondeam vobis Omnia missarum oracionum Jejuniorum abstinenciarum predicationum officiorum Vigiliarum laborum Ceterorumque bonorum operum que per fratres nostri ordinis in vniuerso orbe constitutos operari dignabuntur clemencia saluatoris Tenore presencium participationem specialem concedimus in vita pariter et in morte Addentes insuper ac penitus decernentes ut cum obitus vestrum in nostro Generali aut prouinciali Capitulo fuerit intimatus omnia pro ipsius anima deuota suffragia iniungantur et acunctis fratribus fiant que pro nostris defunctis fratribus fieri precipit nostri ordinis constitucio generalis Incuius rei testimonium Sigillum Confraternitatis nostri ordinis duximus appendendum Datum in nostro solempni Generali capitulo in Auinion celebrato Anno domini Millesimoquadringtonentesimoquinquagesimoquinto Vicesimaquinta Mensis Maij.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCXXIII.

Lássló király rokonának Garai Lászlónak kérelmére nagyatjának Zsigmond királynak egy 1398-ban kelt levelét, — melyben ő saját 1397-beli néhai Garai Miklós egykor dalmát-, horvát- és tótországi bán, később nádor, és testvére János részére Apsara és Cherso dalmátorssági szigetek iránt kiadott adománylevelét és a nónai káptalannak ugyanazon évben augustus 9-dikén kelt, az említetteknek ezen szigetekbe minden ellentmondás nélküli beigatásáról szóló jelentését átirván, mindenekben helyben hagyja, — Garai László nádornak, Miklós bán és nádor fiának, részint még ősei részint maga által szerzett érdemei tekintetéből ujra szóról szóra átireva, mindenekben megerősíti. Kelt a hely kiltétele nélkül május 27-dikén 1455.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie, Comanic Bulgarieque Rex

ac Austrie et Stirie dux , necnon Marchio Moraue etc. Omnibus Christifidelibus presentibus et futuris. presencium noticiam habituris. Salutem in datore salutis. Rerum moderator omnium dominus non sine humanis rebus profuturo consilio promiscui sui populi cetum distinguens , regale fastigium preposuit, Idemque ceteris potestatibus inferioribus inequali gradu sibi inuicem distantibus, veluti quibusdam basibus — — — — — firmauit, vt solida eius auctoritate recta soueantur. honesta conseruentur, et ad virtutum emulacionem subiecti omnes ardentiori studio prouocentur, Quorum quidem singulorum fidem, deuocationem et obsequendi promptam voluntatem Et si congruo fauore regia excellencia prosequi debeat, recta tamen ratione congruit, ut horum uotis, quorum opera res suas dirigi. statum soueri. ac fame. et nominis sui gloriam , auctam — — — — — facile respondeat , illos munificencia attrahat , liberalitate mulceat , et non solum parta per eos dona conseruet. Verumeciam meritis et factis digna premia largiatur. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod fidelis noster sincere dilectus. Magnificus ladislaus de Gara huius Regni nostri Hungarie Palatinus et Judex Commanorum consanguineus noster meritissimus , nostre Maiestatis adieus in conspectum. Exhibit — — — — celstitudini nostre quasdam literas Confirmacionales Excellentissimi principis condam domini Sigismundi similiter huius Regni nostri Hungarie etc. Regis etc. aui nostri precarissimi , beate recordacionis, sub eius maiori dupplici Sigillo , in pendent communitas ; quibus mediantibus Idem Auus noster Donacionem suam , quam prius Magnifico condam Nicolao de Gara , similiter Palatino, patri memorati Ladislai moderni Palatini et Johanni fratri eiusdem — — — — — — — — heredibus et posteritatibus, de Insula sua. Absarij et kersij appellata in Regno Dalmacie intra ambitum maris habita, ac Juribus. utilitatibus et prouentibus ac quibuslibet emolumentis ad eandem Insulam pertinentibus , fecisse dinoscetur. simulcum Statuacione exinde secuta confirmasse dinoscitur , Supplicans Maiestati nostre humiliter et deuote , ut easdem literas. ratas. gratas. et acceptas habendo confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor

talis est , Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie
 Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex , ac
 Marchio Brandenburgensis , sacri Romani Imperii Archicama-
 rarius necnon Bohemie et lucemburgensis heres Omnibus chri-
 sti fidelibus tam presentibus quam futuris , presencium noticiam
 habituris , Salutem in eo qui Regibus dat feliciter gubernare.
 et uictoriouse triumphare , Celestis altitudo consilij. supra cun-
 cta tenens imperium in excelsis Ad hoc in — — — —
 Regum et principum constituit potestates. ut ipsi levatis in cir-
 cuitu oculorum circumspectibus , illis sue munificencie dexta-
 ram porrigant. adiutricem. et sinum pudent dilectionis , di-
 gnasque reddent merces , quos deuotionis et fidei sinceritas.
 uerusque seruor fidelitatis , ac alta sanguinis Nobilitas. merito
 recommendant Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie
 uolumus peruenire , Quod vir Magnificus dominus Nicolaus de
 Gara Dalmacie et Croacie predictorum. ac Sclauonie Regnorum
 nostrorum banus , sua. et viri Egregij Johannis fratris sui ute-
 rini. nati scilicet condam Nicolai Palatini de Gara predicta in
 personis. nostrum Regium adiens conspectum Exhibuit nobis
 quasdam duas literas. vnam videlicet nostram patentem. nostro
 maiori et autentico sigillo consignatam. super perhempnali
 collacione cuiusdam Insule nostre Absarij et kersij appellate
 in Regno nostro Dalmacie pretaxato. intra ambitum maris ha-
 bite et aliam Honorabilis Capituli ecclesie Nonensis clause ema-
 natam super legitima eiusdem Insule Statucione pro eisdem
 rite factas et confectas , tenorum subsequencium. Supplicans
 exinde nominibus quibus supra. maiestati nostre humiliiter et
 deuote. ut easdem ratas gratas et acceptas habendo nostrisque
 literis priuilegialibus. verbotenus inseri faciendo. pro ipsis et
 eorum heredibus, perpetuo valituras dignaremur confirmare.
 quarum vnius vputa nostre Regie litere. patentis tenor per
 omnia sequitur in hec verba Nos Sigismundus dei gracia Rex
 Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis
 etc. Cunctis christicolis presens carmen cernentibus quibus
 incumbit pandimus in hijs scriptis , Quod nos Regalis pericie
 perspicua contemplacione , que suis fidelibus subditis. sinum
 consuevit aperire amene dilectionis , recensisit et saga citer iu

animo nostro regali premetitis multipharijs preclaris fidelitatis
 bus , ac laudis preconio , sumpme attollendis. fidelium seruici-
 orum immensis meritis. ac virtuosis innumeris gestis. et sin-
 ceris vberimis proficisque complacencijs ac laudedignis fide-
 libus multimodis obsequijs , quibus fideles nostri dilecti Ma-
 gnificus vir Nicolaus de Gara. Dalmacie et Croacie predictorum.
 ac Sclauonie Regnorum nostrorum Banus. et vir Egregius Jo-
 hannes germanus suus. nati scilicet condam Nicolai Palatini
 de Gara predicta , a iuuentulis ipsorum gradibus preclare fide-
 litatis sincera constancia , pre ceteris suis consodalibus emi-
 nencius presigniti , de virtute ad virtutes. ingenti vrbanitate
 pr — — — — Jugiter et sollerter. sacro Regio dyademati , penultimoque nobis polorum Rege aminiculante ante-
 fato sacro Regio dyademati cum ingenti solita solemnitate,
 non sine ipsorum filiorum Nicolai palatini ope , et virtuoso ami-
 niculo coronatis , In vniuersis nostris et Regni nostri expedi-
 cionibus , validis et varijs , ac negotiorum diuersorum pro-
 speris et aduersis processibus iuxta nostrum inmensum decus
 beneplacituinque et honoris eximij augmentum. et tocius ipsius
 Regni nostri ingentem ad prosectum et comodum ac compen-
 dium opportunum. locis et temporibus plerisque Vicibus sum-
 pme incumbentibus , indefessa sollercia , et Strenua milicia,
 efficaci pericia , grauia cum eorum proximis et complicibus in
 suis personis ac cunctis bonis , in nostris obsequijs sufferendo
 pericula laudabiliter et feruenter insigniterque adeo studuerunt
 complacere et prodesse , feruido eorum nisu , et toto posse , ut
 uoster Regius animus , in Ilaritate desiderabili exinde presi-
 gnitus mitissime couquieuit. enactumque et consecutum est
 creberrime. ex eorum pretaxatis virtuosis gestis. ipsumque
 Regnum nostrum. decoris et utilitatis ingentis concupitum in-
 crementum. Que quidem gesta strenua suo modo singillatim
 exprimere longum esset. presentibus inserere tediousum. Ad
 memoriam tamen futurorum de vniuersalibus ad particularia,
 et de specialibus ad singularia descendendo et multa ad pauca
 reducendo, ac longa ad brevia et modica succinte restringendo,
 presentis epigramatis serie et tenore duximus aliqua ex ipso-
 rum factis meritorij et virtuosis complacencijs edisserenda

compendiose. Potissime clare reminiscentes quomodo temporibus dudnm impacatis et discriminosibns retralapsis , nobis minime in etate prouecta stabilitis et ipso sacro dijademate nondum coronatis Interim viris perfidis vtrisque Johanne tunc Bano , et priore in profundum malorum inmersis et infidelitatis facinore obfuscatis indicibilia pericula et dampna predicto Regno nostro Hungarie nequierer perpetrantibus et aduersus Reginales Maiestates Elizabeth videlicet socrum et Mariam conthoralem. nostras percaras circa opidum Gara in publica strata cum ipsarum Egregia comitua protunc progredientes, rabido cum insultu. insidiose irruentibus et easdem immaniter detinere , et cunctis preciosis Thesauris spoliare , ac crimen lese maiestatis committere , inibi uti liquet cunctis non uerentibus, prelibatus dominus Nicolaus palatinus. pater ipsorum. vnacum eisdem teneris prolibus. ac ceteris plenisque consanguineis et complicibus suis pro tuicione ipsarum dominarum suarum. sumpma cum diligencia , absque metu. leti contra et aduersus. ipsos perfidos viros. et eorum falleratam et sceleratam catheruam. Infideles scilicet Regie Maiestatis. diuicius imperterite bellando et pugnando. demum per eosdem infideles deuictus interemptus fuit decolatus et uita priuatus , ac vniuersis bonis suis mobilibus et immobilibus per eosdem prorsus destitutus et spoliatus , eodem Nicolao nunc Bano , deo volente precipiti et repantino ex recessu , de manibus ipsorum dempto et liberato, prefatus uero Johannes germanus suus ibidem detentus extitit et captiuatus. Nosque pro eo non modice turbationis et inquietudinis habuimus et concepimus anxietatem. Et idem vir Magnificus Nicolaus Banus postremo cum suis proximis et ceteris Regnicolis nostris versus Themeskewz pro ipsis infidelibus comprimendis. et ad proteruiam eorundem conterendum , ex nostro iussu potenter progrediens et flumen Danubij versus Sirimiam , dum Idem Johannes tunc Banus inibi existens grandem potentiam in obprobrium. contumeliam , et dispendum nostrum perperam accumulasset , intrepide transmeando. eundemque infidelem nostrum et suam dampnabilem choortem. fauente domino celi , in fugam uictoriose conuertit. et extra terminos Regni nostri abegit et eliminauit. et in remotis par-

tibus habitare coegit, Denique hys peractis in expugnationem Insule Ywanygh appellate ubi grandis cetus virorum armigerorum dictos infideles iniqua suggestione imitancium pululabat. et rigide hostiliter contra bonum statum Reipublice seuiebat, prefatus Nicolaus Banus una nobiscum, pretextu liberacionis Reginalium Maiestatum, iugiter insudans et toto nisu anche-lans, non modica bella ibidem peragendo, et uiriliter commit-tendo, mortis pericula suorum complicum minime euitans, no-bisque tandem altissimo domino volente, in cuius manu sunt oinnium Jura Regnorum. sacro Regio dyademate nostro ante-lato feliciter coronatis. et sceptra regiminis Regni cum trono glorie prospere adeptis denuo et ex nouo aduersus ipsum Jo-hannem, infidelem Banum, in districtum de Chewrwgh. reme-antem. Idem Nicolaus Banus cum ceteris plerisque nostris Ba-ronibus et proceribus ualida cum potencia proficiscens. et bel-lica certamina cum eodem. ingenti armatorum pluralitate ual-lato. imperteritus a — — — — — domino celi im-perante. inibi deuicit et uexillo suo proprio ablato nostre maiestati in signum victorie transmisso et representato ac Castris nostris Regalibus per eundem vi et temere occupatis inibi existentibus expugnatis et a suis manibus ereptis, alienatis pariter et ablatis, ipsum infidelem nostrum versus Castrum Posegawar, tunc sub sua dicione habitum. per semitas vvlpinas dimisso freno profugientem. ad idem Castrum persequendo potenter impulit et de eodem Castro per ipsum ac alias fideles nostros obsecco, ex subdola astucia Stephani filij Dyonisij Wayuode de Simonthornija tunc ibidem sub palliata infidelitate et simulata fidelitate existentis clam eggredientem et auulsum ad territoria Regni bozne assugare in brachio excuso non ces-sauit, Preterea annotato Joanne condam Bano infidele nostro, bozznenium exquisito perinmeno armatorum Equitum. et pe-ditum subsidio, districtum Regni nostri Belyn nuncupatum, pro se ipso vsurpare et vendicare machinante Idem fidelis noster Nicolaus Banus. preclare fidelitatis feruore Laudabiliter accinctus et suffultus vndam zaue. ex nostro Regio edicto cum sua armata et ualida legione transfretando, in ipsum nostrum infidelem et ipsius armatum cuneum. sicuti tiro fortis, et Athleta

egregius hostiliter et imperterite prosiliens , eundem infidelem nostrum in arena certaminis bellici ibidem pro tunc alternatim initι et mutua vicissitudine commissi , celico ex opitulamine debellatum et superatum — — — — in dictum Regnum Bozne impulsum et exulatum , pretaxatum districtum Belyn nostris dominio et dicioni reannectere suduit reintegravitque et iuxta posse restaurauit. Porro in expugnacione Castrorum boruth et Chebten vocatorum in Regno Rascie existencium. non sine nece et magna strage multaque sanguinis fidelium nostrorum effusione reobtentorum Idem Nicolaus banus, natus condam Nicolai palatini antefati , nobis cernentibus et bene recolentibus pro nostri honoris , et eximij decoris incremento — — — — suis consodalibus laudedigna fidelia obsequia nostre palam exhibuit maiestati. nichilominusque dictus Nicolaus Banus. in premissis et ceteris nostris expedicionibus vexillij proprij gentis sue — — — — sufficienti vbertate prepollentis aminiculo. uigoroze sussultus eciam in reoptencione. abolitione , et destructione Castri daboe nuncupati in districtu de Vzora situati. pro tunc per paulum Episcopum. fratre , ac filium. et cognatos nonnullos et complices memorati infidelis nostri condam Johannis bani , similiter nostros notarios infideles. nostris Regnicolis obesse et nocere ac queque dampna et pericula inferre , et irrogare protunc peruersa machinacione satagentes tenti et possessi. ipso iuuante idem Nicolaus Banus nobis iugiter adherendo per ipsius et ceterorum nostrorum fidelium periclam. subditorum industriam et opitulamina , prius dictos infideles nostros , ab ipso Castro excipiendo , et detinendo , ipsum Castrum concremari. et tandem in cinerem redigi fecimus et fauillam. Insuper pretextu recuperacionis et reintegracionis Dalmacie et Croacie Regnorum nostrorum predictorum , et Castrorum in eisdem existencium que manus boznensium uiolenta detinebat pro nostris culmine. et dominio cum ipsius Nicolai Bani suorumque complicum laborioso certamine et interitu , et bonoruin periclitacione nostre complacere dedicit maiestati. Ceteruim dum idem Nicolaus Banus honore banatus Machouiensis fungebatur , et eciam postea pro custodia et defensione confiuioruu Regni nostri per

Turcos et Rascienses plurimum lacessiti per nostram maiestatem deputatus ad emulorum nostrorum tenutas et territoria. in manu potenti plerisque vicibus transfretauit , et ibidem plurima bellica certamina cum eisdem Turcis et Rasciensibus nostris et Regni nostri hospitibus (*olr. hostibus*) uictoriose commisit ubi plurimi proximi sui milites et clientes ac notabiles persone interiere , Sed omnipotentis dei coadiuuante clemencia cum multis spolijs ac predarum recepcionibus ab inde cum votiuo triumpho feliciter continue redijt ac nobis Regnoque nostro et Regnicolis nostris quietem et pacis tranquilitatem per suos fidelissimos famulatus. ipsos inimicos dire perseundo plerumque reparauit Penultimo hijs laudabiliter prebabitis tempore cuius iam tercia instat reuolucio annualis , Cum nostra celsitudo assumpto fidelium Regnicularum nostrorum armigerorum ualido cetu ad partes nostras transalpinas se Mouisset et pertransito maiori — — — — parcium nostrarum transalpinarum et applicando ad Castrum nostrum Nikopol vocatum, vbi Turcorum immanissimorum contra christicolas seu iencium residebat multitudo et potenter progrediendo ipsum Castrum ductore cbristo previo Valido bellico certamine unacum ipso domino Nicolao sobole condam Nicolai palatini antefati et ceteris nostris fidelibus subditis , ibidem feruenter cum ipsis Turcis diuiciis dimicantibus ac lesiones. interempciones , et wlnera letaliter sufferentibus — — — — — et fideles Castellanos in eodem relinquendo Abhincque uersus climata ipsius Regni nostri Hungarie cum Palma victorie regrediendo. dum alpium cacumina wlgo Pazzata dicta Indaginibus strictis et semitis , non modica arundine compressis ascendissemus ubi multitudo Olachorum pestiferis iaculis et intoxicatis venenoque infectis sagittis nostros sequaces et subditos, de densis et opacis Siluis crudeliter feriens insidiabatur , memoratus Nicolaus Banus cum uexillo et compluribus suis me — — — — — pro tuicione nostre persone, et tocius Comitiae securiori pertransitu et libera securitate , adinstar seuentis leonis. sine formidine mortis nostro lateri indesinenter adherendo. et prefatos Olahos insidiantes manibus armatis vi repellendo, nos cum nostris subditis a prefatorum Olachorum detestabili-

bus insultibus et hosticis insidijs non sine interitu — — —
 — — — um notabili et defectu tueri et defensare uiriliter
 sategit uirtuose. Ultimo uero et precipue cum in anno proximo
 elapso valido fidelium — — — — — aggregato versus Bulgariam pro elidenda et reprimenda Turco-
 rum , nostrorum et Regni nostri capitalium inimicorum crudeli
 seuicia et impietate tyrannica. presertim cum ipsorum fidelium
 nostrorum Nicolai Bani sepedicti et Johannis germani sui , fili-
 orum vtputa olim domini Nicolai Palatini pluriesnominati pro-
 prium vexillum non mediocri numerositate strennuorum mili-
 tum procerum ac nobilium virorum armis bellicis sufficienter
 premunitorum condecenter suffultum habencium — — —
 — — — opeque et aminiculo eorundem interuenientibus
 processissemus et cum eisdem Turcis ac Baysath ipsorum Imperatore — — —
 campestri prelio bellica certamina — — — — —
 vicissitudine diucius aggredientes et non modicam falleratam
 ipsorum Turcorum coortem , polorum Rege opitulante in stra-
 gem et in exterminium acumine in area ipsius certaminis et
 prelij potenter concuentes , redigentes et miserabiliter op-
 primentes , Postremo nobis et nostris fidelibus subditis fortuna
 aduersante , et peruersa facie sinistre nostrum exercitum in-
 tuente , ex hostili ipsorum Turcorum terribili impetu et insultu
 eorundem , peruaesciente viribus prohdolor nostri exercitus,
 permittente — — — — — et oppressis, ac ipso-
 rum filiorum condam Nicolai palatini antefati et ceteris non-
 nullis vexillis simulcum prefatis nostris fidelibus subditis et eo-
 rum complicibus , loco certaminis in eodem , pro nostra et to-
 cius Regni nostri tuicione — — — — — et
 studiose lacius bellantibus per ipsorum Turcorum seuiciam im-
 petuosam elisis exterminatis et concassatis et necis miserabilis
 voragine — — — mptis versus predictas partes nostras Tran-
 salpinas terga vertendo , retroflexos gressus inuitis nutibus
 cum eisdem filijs. condam Nicolai Palatini , et ceteris paucis
 nostris fidelibus Prelatis et Baronibus vrgente aduersitate fa-
 cientibus. Et demum in fluvio Danubij diucius descendantibus,
 prefatum Johannem filium condam Nicolai palatini cum non-

nullis alijs (homi)nis nostris : pro custodia et conseruacione Regni nostri , de loco. ubi Thetis et aqua Danubij fluctibus maris in proximo coniunguntur et intrat, remisimus ad Regnum nostrum prenotatum , eodem domino Nicolao Bano fratre suo circa nos retento et demum per ampnes pelagi , in galeis versus ciuitatem Constantinopolitanam et ab eadem ad Dalmacie et Croacie Regnorum nostrorum predictorum clima diurne remigantibus Idem dominus Nicolaus Banus , natus condam Nicolai palatini , nos nullatenus deserere voluit. quinymmo nostris persone et obsequijs. sumpma promptitudine et pericia, industria et sollertia totis suis nisibus locis et temporibus im- cumbentibus vbique assistere didicit indesinenter , Et nichilominus multa alia ineffabilia gesta et Strenua facta. et virtuosâ merita prefati dominus Nicolaus Banus et Egregius vir magister Johannes germanus suus cingulo inuiolabilis fidelitatis circumamicti laudabiliter pro exaltacione nostri Throni Regalis votive exercuerunt. se ipsos et eorum bona, et complicum suorum personas , et capita , pro nostro decore , et profectu, ac tocius Regni nostri comodo et immensa vtilitate sine pauore leti et mortis metu leonina audacia suffulti constanter et perseueranter grataanter beniuole et libenter asperis casibus. vt inter fideles. fideliores submiserunt et exposuerunt fortune vniuersis , Et quamquam ipsi fideles nostri. nati condam Nicolai palatini sepius superius nominati , pre ceteris ipsorum participibus , preclare fidelitatis constancia , et virtuosarum d —————— digne premiandarum meritis , eminencius insigniterque illustrati , pro tot et multo pluribus. virtutum et gratuitorum meritorum insignis ingentisque nostre remunerationis dono et munificencie Regie brauio per nos sicuti bene meriti non indigne forent premiandi , Verum tamen in aliquali premissorum retribucionis beneficium, et ad particularem recompensacionem obsequiorum eorundem , vt regia munificencia exillerati , ad vberiora fidelitatis opera exercenda promp- cius incitentur , quandam Insulam nostram Absarij et kersij appellatam in Regno nostro Dalmacie antefato , intra ambitum maris habitam cum omnibus suis Juribus vtilitatibus pertinen- cijs dominio Jurisdictionibus proprietatibus prouentibus. red-

ditibus, ac limitibus et terminis Vniuersis quoquis nominis vocabulo vocitatis, et ab antiquo ad ipsam Insulam Absarij et kersij spectantibus. de manibus nostrijs Regijs, memoratis Viro Magnifico Nicolao bano, et Johanni germano suo de dicta Gara, ipsorumque heredibus, et heredum cunctis sobolibus et successoribus, Noue nostre donacionis titulo, mera auctoritate, et tocius potestatis plenitudine, ac ex certa scientia nostre regie maiestatis dedimus donauimus et in ewm contulimus ymmo damus donamus et perhempniter effectiue conferimus per ipsos, eorumque heredes, et posteritates vniuersas perpetuo et irreuocabiliter sub hijsdem prerogatiuis et ritu, quibus alij Nobiles ipsorum Regnorum nostrorum Hungarie Sclauonie et Croacie, eorumdem possessiones populos et Jobagiones proprios conseruare dinoscuntur, possidendas tenendas pariter et habendas pleno Jure, presencium patrocinio mediante sine duntaxat preiudicio Juris alieni Assumpmentes insuper nostro, et successorum nostrorum vt puta Regum Hungarie nominibus pretitulatos filios condam domini Nicolaj Palatini, et eorum omnes superstites in pleno et pacifica pretaxate Insule et suarum quarumcunque pertinenciarum dominio et possessione, iugiter, vbique. intra et extra Judicium, a cunctis Impetitoribus causidicis et actoribus indeinpniter et illese conseruare expedire. defensare penitus et tueri, presentis Vigore scripti nostri temporibus successiuis Vniuersis, Presentes quoque in formam nostri priuilegij redigi faciemus pro eisdem dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Strigonij feria Quarta proxima ante festum beati Barnabe Apostoli, Anno domini Millesimo Tricentesimo Nonagesimo septimo. Alterius siquidem, vtputa pretaxati Capituli Nonensis clause emannate literè tenor is est Serenissime princeps et domine noster naturalis. Humilima ac deuota recommendacione premissis Capitulum ecclesie Nonensis Vestre Serenitatis Capellani deuoti Oraciones ad dominum effundentes continuas debitas et deuotas, literas uestre celsitudinis recepimus cum reuerencia, qua decuit, in mansione sic continebantur. Fidelibus suis Capitulo ecclesie Nonensis, pro viris Magnificis Domino Nicolao Bano et Johanne germano eiusdem filijs videlicet condam Nicolai pa-

latini de Gara Statutorie. Interius uero sic Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Nonensis Salutem et graciam. Cum nos quandam Insulam nostram , Absarij et kersij vocatam , in dicto Regno nostro Dalmacie , intra ambitum maris habitam. Viro Magnifico domino Nicolao Dalmacie et Croacie predictorum ac Sclauonie Regnorum nostrorum Bano , et Egregio viro magistro Johanni germano suo , filijs videlicet condam domini Nicolai palatini de Gara , Pro ipsorum fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis , sincerisque complacencijs per ipsos nostro culmini ymmo toti Regno nostro locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis , ipsis et eoruui heredibus et posteritatibus Vniuersis , noue nostre Donacionis titulo , ac omni eo Jure , quo nostre ritu incumbit collacioni mediantibus alijs literis nostris , exinde confectis , perhempnali Jure duxerimus conferendam , ipsosque in dominium eiusdem per nostrum et Vestrum homines legittime velimus facere introduci Fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus , quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum , Quo presente Iwan filius Rachk de Werhrycha , vel Stephanus filius Bwzthijn de Buchinaluua , seu Symeon filius Balthasari de Nona seu Sthephanus de Pozdorya Alijs absentibus homo noster Ad faciem prefate Insule Absarij et kersij nuncupate , et suarum pertinenciarum , accedendo , Introducat prefatum dominum Nicolaum Banum et Johannem germanum suum. in dominium earundem. Statuatque easdem ipsis . premisso noue donacionis titulo perpetuo possidendas . si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint Citet ipsos contra memoratos dominum Nicolaum Banum , et Johannem in nostram specialem presenciam , ad terminum competentem rationem . contradiccionis eorum reddituros efficacem Et post hec ipsius Statucionis seriem vel nomina contradictorum et citarorum si qui fuerint cum termino assignato , eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis Datum Strigonij feria Quarta proxima ante festum beati Barnabe Apostoli , Anno domini Millesimo Tricentesimo Nonagesimo septimo. Nos uero mandata vestre excellencie exequi volentes ut tenemur Discre-

tum et honestum virum dominum Jacobum Archidyaconum et nostre ecclesie Canonicum vnam dicto Stephano de Poszda-
rija hominc Vestre celsitudinis, ad premissa pro testimonio duximus destinandum, Qui demum ad nos reuersi, nobis vna-
nimiter et concorditer retulerunt Quod ipsi die Vigesima Men-
sis Julij anni presentis ad dictum Absarum applicuerunt Cra-
stina autem die conuocatis pocioribus de dicta Insula omnia predicta ipsis exponendo qualiter secundum mandatum Regie celsitudinis introducunt et ponunt in corporalem possessionem et dominium perpetuum, predictos dominos Nicolaum Banum et dominum Johannem germanum suum in dictum Absarum et Insulam eiusdem, nec aliquis apparuit contradictor, ymmo omnes contenti fuerunt. et ipsos beniuole acceptauerunt, hijs obtentis accesserunt ad kersum. et ibidem similiter conuocatis omnibus de kerso, et eius Insula, eosdem dominos modo simili Introducendo et in corporalem possessionem Statuendo, et dominium perpetuum in dictum Kersum et ipsius Insulam, qui omnes contenti fuerunt, et ipsos beniuole assumpserunt, nec in aliquo quispiam contradixit. Datum none die Vigesimo Augusti Indicione quinta. Nos igitur humilimis et deuotis prefati domini Nicolai Bani supplicationibus, nominibus, quibus supra. nostre per eum subiectue oblatis maiestati Regia benignitate exauditis et clementer admissis, prefatas binas literas nostram scilicet patentem, et annotati Capituli Nonensis clause emannatam, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed prorsus omni suspicionis vicio destitutas presentibus verbotenus insertas, quoad omnes earum continencias et clausulas, ac articulos, acceptamus, approbamus, et ratiscamus. Eas nichilominus exigentibus et plurimum requirientibus fidelissimis obsequijs gratissimis complacencijs Strenuis actibus, et gestis virtuosis, per ipsum dominum Nicolaum Banum, pro nostrij Regij regiminis exaltacione, et honoris incremento, multipharie exhibitis, superius clare enodatis, et luculenter explicatis Regia auctoritate, et potestatis plenitude ex certaque nostre maiestatis sciencia ac de Prelatorum et Baronum nostrorum consilio prematuro, et vnam decreto eorundem, simulcum Donacione Insule pretaxate et le-

gittima eiusdem Statucione superius in earum tenoribus limpide expressis pro prefato domino Nicolao Bano , et Johanne fratre suo antedicto , ipsorum heredibus et posteritatibus vniuersis , innouantes perpetue valituras , confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante Saluo dumtaxat Jure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales , pendentis et autentici Sigilli nostri dupplicis munimine roboratas Datum per .manus Reuerendissimi in christo patris et domini , domini Johannis de Kanijsa , dei et Apostolice Sedis gracia Archiepiscopi alme ecclesie Strigoniensis , locique eiusdem Comitis perpetui, necnon primatis , et Apostolice Sedis predicte legati ac Aule nostre Regie maiestatis eximij Cancellarij , fidelis nostri et dilecti Anno domini Millesimo tricentesimo nonagesimo octauo Quarto. Idus mensis Marcij. Regni autem nostri Anno vndecimo. Venerabilibus in christo patribus et dominis Valentino tituli sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali. et ecclesie Quinqueecclesiensis Gubernatore, ac eodem Johanne ipsius Strigoniensis , Nicolao bebek Colocensis. Andrea Spalatensis , et altero Andrea Ragusiensis. Archiepiscopis , luca waradiensis, Martino Transiluanensis, Heberhardo zagrabiensis. Stephano chyko Agriensis. Johanne Jauriensis. Petro Waciensis. Johanne Boznensis. Demetrio Wesprimiensis, fratre Thoma Sirimiensis. Michaele Nitriensis. Georgio Chanaadiensis. Grisogono Traguriensis. Francisco Scardonensis. ladi-slao Tininiensis. Johanne Nonensis. Anthonio Sibinicensis, Nicolao Corbauiensis , et leonardo Sennensis ecclesiarum episcopis. ecclesias dei feliciter gubernantibus, necnon Magnificis viris Detrico bebek Regni nostri palatino et Comite Albensi. Styborio de Styborych Wayuoda nostro Transiluano et Comite de Zolnok Comite Frank filio condam Konya bani de Zechen Judice Curie nostre , codem Nicolao de Gara Regnorum nostrorum Dalmacie et Croacie predictorum ac tocius Sclauonic Francisco filio condam Comitis Stephani bebek Machouiensi Banis , honore Banatus Zewriniensis vacante Georgio filio Jakch de Kwsal Thauarnicorum , Stephano filio Johannis de dicta Kanysa Janitorum , Johanne dicto Gross dapiferorum , Emerico de

Peren pincernarum. Johanne filio ladislai filij condam Comitis Stephani Agazonum nostrorum magistris , eodem Styborio Comite Posoniensi Alijsque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores , Nos igitur supplicacione memorati ladislai palatini , modo quo supra per eum maiestati nostre humiliter et deuote porrecta , regali benignitate exaudita , et clementer admissa , prescriptas literas memorati condam domini Sigismundi Regis , cui nostri precarissimi , confirmacionales . non abrasas . non cancellatas , nec in aliqua sui parte suspectas Sed omni prorsus suspicionis ambiguitate carentes , ac de uerbo ad uerbum . sine diminucione et augmentatione aliquali presentibus insertas inscriptas et transsumptas quoad omnes eorum continencias clausulas et articulos , ratas et gratas habendo , acceptamus et approbamus . Et nichilominus habentes debitum respectum ad integerim fidem inclitas virtutes . et preclara merita , prefati ladislai palatini , consanguinei nostri meritissimi , qui sicuti claritate sanguinis , quo nobis proxima linea attinet sic et multimodis patrum , et suis virtutibus , et obsequijs , merito pre ceteris se reddidit honorandum Nam sicuti progenitores sui patrum nostrorum temporibus . Sic ipse tam eorundem patrum nostrorum , quam nostri tempore , prudentibus consilijs et potentibus armis , regij status semper conseruatores fuerunt et columpne . Et persertim (igy!) memoratus ladislans palatinus , post tempus illud . quo Excellentissimus princeps condam dominus Albertus similiter Romanorum , ac dicti Regni hungarie etc. Rex etc. genitor noster felicis reminiscencie vita functus prefatam dominanii Elizabeth Reginam genitricem nostram , egentem ope . viduam , nosque apud incunabula reliquerat Eo enim tempore succedente , et fides et status Regni ac Regnicolarum nostrorum , magno rerum inuolucro fluctuabat . ipsum utputa rectore potente et defensore uacans , a foris Teucrorum ferro . intrinsecus uero intestino morbo tremulum scindebatur . sine ordine . sine lege . et sine regimine , omnes indigene soluti disputationibus magnis et scismatibus mencium laborabant . velle suum cuique erat , nec voto uno viuebatur Inter que omnia prefatus Ladislaus palatinus persona , ac omni patrocinio suo , casibus fortune magna-

nimiter submissis integer et constans in fide ac fidelitate , nobis seruanda permansit. feruentibusque et tonantibus acerbissimis guerrarum fulminibus. precipuus ipse pro genitricis nostrae predicte statu , ac nostro Jure tuendo erectus stetit Hic denique inter suas magnasque bellorum paricidiorum furias quo plerosque eciam fideles prius ipsius genitricis nostre seruitores , ab eiusdem latere perterritos subripuerat. magnorum obsequiorum auctor , ac omnibus immobile fidelitatis exemplar fuit Non cessit insultantibus hostibus sed obviam processit Afflictus est bellis pro nostro nomine , et conflictus fugatus est, spoliatus est , in discrimine gladij preda factus est. nulla enim incalamitas , nullus furor nulla aduersitas , a fidelitate vera , et caritate. ac obsequio nostro , uel separare eum potuit vel abstractare. Ad extremum uero , dum pro Jure nostro seruando, remedia opportune querenda obiret, apud dominum Fridericum Romanorum Regem , captus indigne, ac vinculatus est Et quem terror , ac impetus hostium non vicerat, principis illius fraude oblata securitas vicit Cumque ibidem compedibus et vinculis addictus iaceret , captiuam personam eius , captiuam Castra sequuntur. Nam ea omnia, que in superioribus Regni nostri partibus habuerat , prefati domini Romanorum Regis bello et insultibus capta fuere. Ceteris eiusdem tenutis circumiacentibus Iniuriosa tyrannide deuastatis — perdurabat inter bec magnanimus, Ipse suarum aduersitatum victor detentus detentore suo fortior erat , ac Jure pocior , ita ut in illo captiuo corpore fidelis cordis eius libertas , capi non potuit , quinymmo in eodem ipso pectore — — — — ligato , liber intus , ac fidei memor animus mansit , mens quoque eius nostro desiderio estuans , statum. Jura. ac partes nostras , quas factis non poterat , voce ac uotis promouebat Quasquidem certe aduersitates iusto et honesto grauiores In quibus et passionis sue , et nostre compassionis satis aspera monimenta versantur pigeret referre tederetque nisi ipsas ad veram eius laudem accedere videremus , Cumque eas pro nobis , et nostro sustulerat nomine, conducunt meritis suis — — — — — — — — — facta heredibus suis , magno exemplo futura , haud indigne olim minimis iuuabit. Nec minoris autem precij erit quod sequitur,

Siquidem post menses plurimos absolutus Tandem a prefati domini Regis nunc Imperatoris Romanorum vinculis ad componendam pacem patrie , restituendaque hereditarja Jura nostra , rediuuam operam dedit , multos exemplo traxit , multos suas et consilio perduxit , ad vniōnem mencium . et quietem Regni captandam , breuique temporis interc — — — — cum aliorum nostrorum fidelium cooperacione efficit . Ut submotis differencijs , sedatisque cunctis dissensionibus furibundi bellorum intestinorum strepitus , et faces armorum soparentur , Quibus sane tunc actis rebus , et paci communi Vigor accessit , et future tunc Vniuersalis obediencie , iam feliciter in nostris manibus consummate fundamentum extitit , et robur stabilitum . Restat adhuc ad pacem ipsam turbandam , assuetus Teucrorum insultus , in qua re pariter sepedicti ladislai palatini succursus non defuit , Nam inter alias defensionis Regni nostri auctores , idem partem suam non post principia agens , sepenumero vexilliferas acies suas ad deturbandos eorundem Teucrorum impetus , in auxilium Gubernatoris generalis ; et aliorum idemtideū agencium mittere non destitit , inter quos plerumque multi , ex suis familiaribus , ac caris amicis Strenuissimi perduelles fideliter et fortiter depugnantes sanguine suo et periculo , patrie salutem promouerunt , Quid multa voluimus et rouoluimus circumquaque consideracionem nostram , eundem , nulli secundum , nulli imparem , reperimus , in omnium rerum exercicio . quod ad Regnum et Regni statum subleuandum agere , quicumque vñquam voluit aut potuit In quo uidelicet uel solo uel precipuo reluent , quibus humana integritas et laudari solet et gloriari Magnus corde , ad fidei debitum exequendum , clarus ad propositum et exemplar fidelitatis conseruandum , longanimus in aduersis , rectus in prosperis , patrie promotor , et pacis custos , quibus accedit magnus amor . magnumque desiderium eius , ad reparandas res nostras , nouissime volente domino feliciter actas . Dum enim inter hec premissa tempora , apud manus et educationem antefati domini Imperatoris inuite retenti prohibebamur per eundem a possessione huius Regni consequenda , que nobis vniuersali obediencia et oblata erat et parata , Idem ipse ladislaus Palatinus inter alias nostre re-

ducciónis consequende auidos , magna diligencia magnum laborem adorsus est , quo cicius feliciusque oblate possessionis et obediencie ipsius Regni nostri compotes efficeremur. Non peperit laboribus , non opportunitatem neglexit , non denique cooperari desijt , quousque , id quod ad nostrum decus , et honorem optabat , secutum est , Atque utprimum de manibus antefati Imperatoris in libertatom nostram deuenimus primus ipse inter alios primos , maiestati nostre in sedém nostram ducalem Wijennensem , deuota uisitacione obuiam uenit , demum , veniunt et alij. de toto corpore Regni , nosque eorum Regem et dominum naturalem , iam dudum antea recognitum , noua voluntate confitentes , fideli asistencia ad possessionem pacificam in regimen huius Regni conduxerunt Inter que omnia ipse Ladislaus palatinus magne dilectionis . magneque affectionis ad personam nostram indicia dedit , quibus ueluti quodam benefico condimento , cuncta premissa de ipsius virtuosis obsequijs tacta et dulcorauit in parte nostra et decoranit. Cum igitur equum sit , et maxime rationi conueniat Regali uero dignitati quam maxime expeditat benemeritorum votis respondere premissas literas , et omnia in eisdem contenta , prememorato Ladislao palatino et suis heredibus et posteritatibus vniuersis . perpetuo valituras , Ex certa nostra sciencia , et animo delibерato , Prelatorum eciam. Baronum et Regni nostri procerum prematuro ad id accidente consilio innouantes duximus confirmandas et confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante Saluo Jure alieno In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri duplicitis munimine roboratas , Datum per manus Reuerendissimi in christo patris , domini Dyonisij , sacrosancte Romane ecclesie , tituli sancti Ciriaci , in termis presbiteri Cardinalis Archiepiscopi Strigoniensis , primatisque et predicte Sedis Apostolice legati nati summi Cancellarij fidelis nostri dilecti Anno domini Millesimo quadragesimoquinquagesimoquinto. Sexto Kal. Junij : Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. Decimo sexto Bohemie vero secundo , Venerabilibus in christo patribus dominis , prefato Dyonisio Cardinali Strigoniensi. prefato. Ra-

phacle Colocensi. Mafeo Jadrensi, Laurencio Spalatensi, et Jacobo Ragusiensi Archiepiscopis Jacobo Sirimiensis Mathia Wesprimiensis, Petro Chanadiensis, Johanne Waradiensis Andrea Quinqueecclesiensis Matheo Transiluanensis, Augustino Jauriensis. Ladislao Agriensis, Nicolaq Nitriensis. Vincencio Waciensis, philippo Boznensis. (*hészag az eredetiben*) Demetrio Thininiensis, Jacobo Traguriensis, felice Scardonensis, Vrbano Sibinicensis, Ieronimo Macharanensis Thoma pharensis. Andrea Segnensis, ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, necnon Magnificis viris, prefato Ladislao de Gara, dicti Regni nostri Hungarie palatino Nicolao de Wy-lak, et Johanne de Rozgon Wayuodis nostris Transsiluanen-sibus Comite ladislao de palocz Judicecurie nostre Regie. Il-lustri Wlrico Cilie Zagorie Comite, ac Regni nostri Sclauonie Bano, prefato Nicolao de Wylak, et Johanne de Korogh. Baniis Machouiensibus, Zewriniensi, ac Regnorum nostrorum Dalmacie et Croacie Banatum. Item Comitatum Themesiensis et Posoniensis honoribus vacantibus, Johanne de peren Thauarnicorum, Michaele orzag de Guth Janitorum Symone de palocz, et paulo de Alsowlyndwa Agazonum, ladislao groff de Bozijn dapiferorum. et Symone Zwdar de Olnod pincernarum nostrorum Regalium magistris Alijsque quampluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

A csász. kir. titkos levéltáról.

ir Reich von gotaynaden Bras zu Leipzig zu Oetemburg und im Sejer zu Rur zu Dahlmaren (Troauer) und in
womindisthen landen - Selomen und tun kund offenklich mit dem brief des der ducke leuchtgyst furst

welches mit vnfried des briesch Besigkeiten mit vnfrem ankommenden fu sigel - Beben zu Wien car sand so
kamis weg zu Sumbenden Nach Kreis gebü de Mitzehens hundert / darnach im fünfundfünsteigsten jare

vlkunus comes.

manu appia

CCXXIV.

Cillei Ulrik gróf, Dalmát-, Horvátország és a vend tar-tományok bánja, elbádván, miszerint László magyar király írásban kötelezte magát, hogy öt, ha Fridrik császár által meg fogna támadtatni, mindenkép segítendő: háladatosságból László királynak hasonló esetbeni védelmezésére és segítésére kötelezi magát. Kelt Bécsben június 24-dikén 1455.

Wir Vreich von gots gnaden, Graf zu Cily, zu Ortemburg, vnd im Seger etc. Ban zu Dalmacien, Croacien, vnd in winn-dischen lannden. Bekennen, vnd tun kund offenleich mit dem brief. Als der durchleuchtigist Furst vnd herr, her Lasslaw, zu Hungern zu Behem, Dalmacien Croacien etc. kunig, Herzog zu Osterreich, vnd Marggraf zu Merhern etc. vnser gnediger herr, vmb der dinst willen, so wir seinen kunigkleichen gnaden getan haben, gnedigleich vertrost geredt versprochen, vnd sich des gen vns verschrieben hat, Ob der allerdurchleuchtigist furst, vnser gnedigister herr, her fridreich, von gots gnaden, Römischer Kaiser zuallenczeiten merer des Reichs, herczog zu Osterreich zu Steir etc., oder ander wer die wern, vns an vnsern werden herschefften lewten vnd gutern, in dhainen weg bekumern, bekriegen vberziehen, angreissen oder beschedigen wolten, oder wurden, daz er vns wider den oder dieselben, gnedige beschirmung hilff vnd bei-stand tun vnd vns darinn, nicht zuuerlassen welle, als dann das die brif vns von seinen kunigkleichen gnaden gegeben, chlerlicher ausweisent, Daz wir nach pillicher dankperkait vnd des guten willens wegen, So wir zu seinen kuniglichen gnaden haben, Imwiderumb gelobt vnd versprochen haben, globen vnd versprechen auch, wissentleich in kraft des briefs, Ob der vorgenant vnser gnedigister herr, der Römisch Kai-ser oder ander, wer die wern sein kunigleich Maiestat, seine

Landt vnd lewt bekumern bekriegen, vberziehen angreissen, oder beschedigen wolten, oder wurden, daz wir Im dann desgleichen, wider dieselben hilff vnd beystand tun, vnd Indarinn in dhainer weis, nicht verlassen sullen vnd wellen, wenn wir darumb briefleich mundleich, oder vnder augen von Im ermant werden, oder solichs sunst, an vns gelanget, alles getrewlich vnd vngeuerleich, Mit vrkund des briefs, Besigelten mit vnserm Anhanngenden InSigel. Geben zu Wienn an sand, Johanns tag zu Sunibenden, Nach Kristi geburde Virczehenhundert, darnach im fünfvndfünfzigsten Jare.

Vlricus comes.
manu, propria

A csász kir. titkos levéltárból.

Ezen levél első és utolsó sorait, valamint a gróf aláírását, hasonmásban is közöljük.

CCXXV.

Palóczi László országbiró bizonysságot tesz, hogy Veronika, néhai Pelsöczi Bebek Imre erdélyi vajda özvegye, kiskorú fiának Pálnak terheit is magára vállaltán, azon 1160 magyar forintban, mellyeket Hunyadi János besztercsei örökösi gróf jolsvai várának visszaváltására kölcsönzött, Kolozs és Doboka megyékben fekvő Buza mezővárosának, Lak, Nozsal, Gyulatelke, Budatelke, Gyöke, Örményes, Czenthe és Apáthi helyiségeinek fele részét elszálogostotta, és ezen birtok iránt a szavatosságot magára vállalta, melyet ha meg nem tehetne, a bizonysságot terüli országbiró, és osztályos rokona Palóczi Simon főlovászmester, Külső-Szolnok megyében eső Szolnok és Fejéregyház mezővárosaik és Hevesben lévő Ivány helyiségekből lesznek kötelesek a zálogba vevőnek eleget tenni. Kelt Vámosón július 25-dikén 1455.

Nos Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Sérénissimi Principis domini Ladislai dei gracia Hungarie, Bohémie, Dal-

macie, Croacie etc. Regis, memorie commendamus. Quod Magnifica domina veronica vocata, relicta Magnifici Emerici de Pelsewcz Waynode Transyluanensis presente Egregio Paulo filio suo puer in tenera etate constituto omne onus eadem domina super se, ac cuncta bona sua recipiendo, coram nobis constituta confessa est in hunc modum, Quod quia ipsam pro adempcione cuiusdam fortalicij ipsius Pauli filij sui in Oppido Ilsa vocato per Bohemos emulos huius Regni Hungarie fortificati a Spectabile et Magnifico Domino Johanne Comite perpetuo Bystriciensi Mille centum et sexaginta florenos auri puri, et veri ponderis hungaricales receperisset, et habuisset ideo ipsa Domina Veronica in sua, et dicti Pauli filij sui personis, annotatum Dominum Comitem Johannem super rehacione ipsorum mille centum et sexaginta florenorum auri volens certum reddere et securum medietates oppidi Bwza vocati, possessionumque Laak, Nozyal, Gywlathelke, Bwdatelke, Gywke, Ewrmenes, Czenthe, et Apathy vocatarum ipsius Pauli filij sui omnino in de Kolos et de Doboka Comitatibus parcium Transyluanarum existencium et habitarum ipsum Paulum pleno Jure concernencium, pro eisdem mille centum et sexaginta florenis auri prenotato Comiti Johanni impignorasset. Imo sub premisso onere in se assumpto impignoravit coram nobis tali modo, vt quandocunque ipse Paulus puer, aut familiares sui in persona eiusdem jpsas medietates Opidi, et possessionum ad idem spectancium predictarum pro premissis florenis redimere voluerint, liberam redimendi habeant facultatem. Ipseque Dominus Comes Johannes rehabitis florenis suis medietates Opidi et possessionum predictarum remittere debat, et teneatur, assumpsit nihilominus sepesata Domina Veronica in sua et dicti filij sui personis prefatum Comitem Johannem in dominio sepesatarum medietatum Opidi possessionumque ad idem spectancium contra quoslibet illegitimos immitatores, et causidicos usque tempus redencionis earundem, conservare tueri, et defendere proprijs suis, et eiusdem filij sui laboribus ac expensis, Casu vero quo prefata Domina Veronica memoratum Dominum Johannem Comitem in dominio ipsarum medietatum Opidi Bwza, et Villarum predictarum quo-

quomodo conservare , et usque tempus redempcionis protegere
 non posset , extunc nos Comes Ladislaus prenotatus scilicet et
 Magnificus Simon de Palocz Magister Agazonum Regalim
 frater noster conduisionalis qui personaliter coram nobis
 astans , et premissa sua personali astancia omnino suo modo
 affirmans ad infrascriptaque coram nobis obligans , communiter
 et pari voluntate assumpmimus , et obligamus , vt si annotata
 Domina Veronica , aut prelibatus Paulus filius suus dictum do-
 minum Comitem Johannem in dominio prescriptarum medi-
 tatum opidi . et possessionum predictarum quois colore que-
 sito temporis in eventu conservare nollent , aut non possent ,
 extunc nos , et prefatus Simon frater noster ipsi Comiti Jo-
 hanni in dominium totalium porcionum nostrarum et eiusdem ,
 Simonis fratris nostri Jus in Opidis Zolnok et Feyéregház
 Zolnok exteriori possessionisque Iwanij in Hewessensi Comi-
 tatibus existencium babitarum . vigore presencium mediante
 coram testimonio Capituli Ecclesie Budensis presente homine
 Domini Palatini pro premissis Mille centum et sexaginta flo-
 nis introeundi , ac easdem cum cunctis vtilitatibus , et perti-
 nencijs earundem titulo pignoris occupandi , tenendi , fructusque
 et vtilitates vsque tempus redempcionis earundem percipiendi
 securam liberam , asque omnimodam potestatis damus facul-
 tam . harum literarum nostrarum vigore , et testimonio medi-
 ante . Datum in Vamos in festo beati Jacobi Apostoli Anno
 domini millesimo quadragesimo quinquagesimo quinto.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCXXVI.

Hunyadi János, Bessztercze örökös grófja s Magyarország főkapitánya stb. előadván, hogy õ Sárkány helységét Muga Jánosnak és Csobánnak adományozta, de később hitelesen értesült, miszerint a nevezett falu Sárkányi Ádámnak. Jakab fiának, Lörincz unokájának öröksége, — azt minden tartozandóságaival és haszonvételeivel a király nevében említett Sárkányi Ádámnak adományozza. Kelt Besszterczén aug. 20-dikán 1455.

Nos Johannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriciensis, ac Supremus Capitaneus Regie Maiestatis in Regno Hungarie constitutus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod licet possessionem Sarkan vocatam Johanni muga et Choban contulerimus, tamen ex veridica relatione ipsius prouincie Nomine vniuersorum Ciuium ac populorum et Jobagionum dicte possessionis Sarkan ac aliorum nonnullorum proborum virorum edocti sumus, quod ipsa Possessio Sarkan vocata neminem alium nisi Adam filium quondam Jacobi filij Laurencij de dicta Sarkan hereditate concernat, et a dicto quondam Jacobo patre ipsius ad ipsum descendensa esset, per ea nobis his omnibus perceptis, tuncque etiam considerantes nonnullas fidelitates et fidelium seruitiorum merita prefati Adam filij quondam Jacobi, per ipsum Sacre huius Regni Hungarie Corone, tandemque nobis locis debitibus et temporibus opportunis exhibitas et impensas, eandem Possessionem Sarkan vocatam simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentijs quibnslibet sub vniuersis eisdem libertatibus et libertatum prerogatiis, sub quibus eandem Possessionem prefatus quondam Jacobus filius Laurencij ceterique progenitores dicti Adam tenuisse et possedisse perhibentur eidem Adam suisque heredibus et posteritatibus vniuersis et

quibusuis in persona Regie Maiastatis dedimus, donauimus et contulimus immo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendum pariter et habendam. Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Bistrica in festo beati Regis Stephani anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Commissio propria domini Comitis Bistriciensis.

Brassó városa levéltárából.

CCXXVII.

László király Eizinger Ulrik tanácsnokának meghagyja, hogy, mirel ő legközelebbi Kisasszony napján Magyarorszádba menni szándékozik, a nevezett nap előtti vasárnap azaz september 7-dikén népeirel együtt jól felszerelre hosszá jájön, vele együtt Pozsony felé menendő, élelmezéséről valamint többi ki-sérbiéről is, gondoskodását igértén. Kelt Bécsben angustus 24-dikén 1455.

**Lasslaw von gots gnaden, zu hungern, zu Beheim etc.
kunig Herczog zu Osterreich, vnd Marggraue zu
Merhern etc.**

**Edler lieber getrewr. Als dich wol angelangt hat wie wir
vns fürgenomen haben, kurtzlich in vnser kunigreich hungern
zuczichen. Also sein wir in maynung, vns mit der hilff des
almechtigen gots, auf den nachstkunftigen vnserr rawen tag
der gepurt, von hintaus gen presburg zecziehen, Begern wir
an dich mit ganntzem fleizz, Emphelhen dir auch ernstlich, daz
du mit geraisigen, darczu auf das pest geczeugt, auf den
nachsten Suntag vor dem benanten vnserr rawen tag her zu**

vns komest, vnd mit vns von dann aus daselbshin gen prespurg ziehest, so wellen wir dich darinn mit speisung halten, als annder die mit vns ziehen werden. Geben zu Wienn, an sannd Bertlmes tag, Anno domini ctc. lv. vnserr Reich des hungri-schen etc. im Sechzehenten vnd des Behemischen im anndern Jaren.

Commissio domini
Regis in consilio.

Kirülröl: Dem Edln vnserm getrewn Vreichen Eijczinger von Eijczingen vnserm Rat.

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CCXXVIII.

Hunyadi László, Besztercze örököς grófja, Pozsony város tanácsát megkéri, hogy Roth Gáspárnak, atyja szolgá-jának, mennyiben igazságát tapasztalandja, szolgáltasson elégítételel. Kelt Nagy-Szombatban augustus 24-dikén 1455.

Prudentes amici nobis honorandi. Rogamus Vestram Amici-tiam diligentissime, quatenus huic Gaspari Roth videlicet famulo Domini genitoris nostri, iuxta literarum eiusdem, ad quod Justitiam habere eidem agnoueritis satisfactionem impen-dere velitis. Datum Tirnavie in festo beati Bartholomei apostoli anno domini 1455.—Ladislaus de Hunyad Comes Bistriciensis etc.

postscript. nam Veste amicitie scient ut idem asserit quod sub nomine vestro dampnum et periculum perpessus est, erg velitis contentare ipsum.

Pozsony városa levéltárából.

CCXXIX.

Fridrik római császár a sz. lamperti apátnak vagy cseli tisztjének meghagyja , hogy a Czellbe szándékozó László magyar királyt a szentséggel fogadja, elébe bucsumenettel járuljon, Czellben mindenkel jól ellássa, s az élelmezésért sem magától sem embereitől mitse fogadjon el. Kelt Neustadiban september 1-sején 1455.

Dem Ersamen geistlichen vnsern lieben andächtigen n dem Abbt zu sannd Lamprechten oder n seinen Anwalten zu Zell.

Fridreich von gots gnaden , Römischer Kayser , zuallentzeiten Merer des Reichs , Herczog ze Österreich , ze Steir etc. Ersamer geistlicher , lieber andächtiger , Vns ist angelangt. Wie vnser lieber Vetter, Kunig Lassla , sich seins geuerts ijetz , von Paden , hinIn gen Zell zefugen maine. Begern Wir an Dich , mit ganntzem fleiss , Daz du darumb seist , und bestellest , damit Er mit dem Heiligtum emphangen , vnd gen Iin , mit der Process , entgegen gegangen , auch alslang Er daselbs zu Zell seij , Im wolerboten , vnd von zerung wegen , von Im , vnd seinem Hofgesind , nichts genomen , noch gegeben werde , durch vnseru willen , vnd vns zueeren , Daran tust du Vns sunder Dankchnem gut geuallen , Daz wir gen dir vnd deinem Gotshawss gnediclich wellen erkennen. Geben zu der Newnstat an sannd Egidien tag , Anno domini etc. L-o quinto Vnsers kaijsertums im vierden Jare.

Commissor dom. Imperator.
per d. Joh. Vorbacher cancel.

A csász. kir. titkos levéltárból

CCXXX.

A csanádi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy László királynak Budán augustus 8-dikán kelt parancsa következtében Hunyadi János besztercsei grófot a temesvári vár és tarozandóságai zálogos birtokába augustus 20-dikán minden ellentmondás nélkül bevezette. Kelt september 3-dikán 1455.

Capitulum Ecclesie Chanadiensis Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris harum noticiam habituris Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas Serenissimi Principis domini Domini Ladislai dei gratia Hungarie Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Regis, ac Austrie et Stirie Ducis, nec non Marchionis Moraie etc. Domini nostri graciosissimi reuerenter recepimus in hec verba. Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, Austrieque et Stirie dux nec non Marchio Moraie etc. fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Chanadiensis Salutem et graciā, dicit nobis fidelis noster, Spectabilis et Magnificus Dominus Johannes de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis quomodo ipse in dominium Castri Temesvar vocati in Comitatu Themesensi existentis et suarum pertinenciarum, ac ipsum titulo pignoris concernentis legitimate vellet introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laijos de Nemethi vel Nicolaus aut Johannes Maijthenij de Kenezij, sive Johannes Ladislaus de Feyereghazij siue Jacobus de Fanczlaka neve Joannes de Wask alijs absentibus homo noster ad faciem prescripti Castri et suarum pertinenciarum vicinis, et cometaneis suis Vniuersis inibi legitimate conuocatis, et presentibus accedendo introducat prefatum Comitem Johannem in dominium dicti Castri, et suarum pertinenciarum, statuatque idem et

easdem eidem premisso pignoris titulo ipsi incumbenti possidendas si non fuerit contradictum . contradictores vero si qui fuerint , euocet ipsos , contra prefatum exponentem palatinalem in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorundem reddituros . Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum , qui premissae Statucioni intererunt nominibus , terminoque assignato, eidem Domino Palatino suo modo rescribat . Datum Bude feria sexta proxima ante festum beati Laurencij Martijris Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sedecimo, Bohemie vero secundo. Nos igitur mandato nostri Regis humiliter obedire cupientes ut tenemur vna cum Laijus de Nemethi homino suo predicto vnum ex nobis videlicet Dominum Balthasarem Lectorem, socium, et concanonicum nostrum ad premissa mandata Regia fideliter peragenda nostro pro testimonio misimus fideignum , qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt , quod idem homo regius prefato testimonio nostro presente in festo beati Stephani Regis et Confessoris proxime preterito ad faciem prescripti Castri Themeswar suarumque pertinenciarum accedendo vicinis , et commetaneis earundem Vniuersis , et signanter Ladislao de Nemethi , Michaele Cantore de eadem , Bartholomeo , et Jacobo de Fanczlaka , vtroque Johanne Waskij a parte possessionis Adorijansfalwa Michaele Charno , et Nicolao de Bizere a parte possessionis Rewkas , Johanne Bak de Pazna a parte possessionis Thyantheleke inibi legitime conuocatis , et presentibus, accedendo introduxisset prefatum Dominum Johannem Comitem in Dominium earundem , statuissetque idem , et easdem eidem premisso pignoris titulo sibi incumbenti possidendas, nullo penitus contradictore inibi , et nec ex post coram nobis apparente. In cuius rei testimonium presentes literas nostras patentes munimine pendentis Sigilli nostri roboratas fecimus emanari. Datum per manus Magistri Balthasar Lectoris socij et concanonicj nostri quinto decimo die diei introduccionis et Statucionis predictarum Anno Domini supradicto presentibus

honorabilibus Dominis Thoma Preposito, Stephano Cantore, Johanne Custode, altero Johanne Themessensi, Benedicto Orodiensi, Elija Ultramarnensi, Clemente Thoronensi, Matheo Sebessensi, ac Thoma Crassouensi Archidiaconis, certisque Dominis Canonicis, et fratribus nostris in Dei ecclesia Regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCXXXI.

A kolozsmonostori convent bizonyságot tesz arról, hogy László királynak Budán augustus 11-dikén 1455. kelt parancsa következtében Hunyadi János bessztercsei örökösi grófot Buza mező-városa, valamint Lak, Nozial, Gyulatelke, Budatelke, Gyöke, Örményes, Czenthe és Apáthi helyiségek fele részének zálogos birtokába augustus 20-dikán 1455. minden ellentmondás nélkül bevezettette. Kelt september 3-dikán 1455.

Nos Conventus Monasterii beate Marie Virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod nos litteras Serenissimi Principis, et Domini Domini Ladislai dei gracia Hungarie, Bobemie, Dalmatie, Croatie etc. Regis, Austrieque et Stirie Ducis, nec non Marchionis Moravie etc. Introductoryas et Statutorias nobis directas sumpma cum reuerentia recepimus in hec verba. Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. Rex, Austrieque, et Stirie dux, nec non Marchio Moravie etc. fidelibus nostris Conventui ecclesie de Colosmonstra Salutem et gratiam. Dicit nobis fidelis noster Spectabilis, et Magnificus Dominus Johannes de Hunyad, Comes perpetuus Bistriciensis. Quomodo ipse in Dominium quarundam medietatum, Opidi Bwza vocati, ac possessionum Laak, Nozijal,

Gywlatbelk, Budathelk, Gyewke, Ewrmenes, Czenthe et Apathy
 vocatarum, omnino in Colos, et Doboka Comitatibus, partium
 Transsilvanarum existentium, et habitarum, portionum ultiuta
 Egregii Pauli filii condam Emerici de Pelsewcz Vayvode, ip-
 sum titulo pignoris concernentium legittime vellet introire.
 Super quo fidelitati Vestre firmiter precipientes mandamus,
 quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum,
 Quo presente Benedictus, vel Michael de Swk, sin Blasius de
 Buda, seu Stephanus de Hidersaja, sive Petrus de Zenthijvan,
 neue Johannes de Kedzeth, aliis absentibus homo noster, de
 Curia nostra Regia per nos ad hoc specialiter transmissus, ad
 facies prescriptarum medietatum, opidi, et possessionum vi-
 cinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime convocatis,
 et presentibus accedendo introducat prefatum Comitem Johan-
 nem in dominium earundem, Statuatque easdem eidem, pre-
 misso titulo pignoris sibi incumbente possidendas, si non fuerit
 contradictum. Contradictores vero si qui fuerint cvocet ip-
 sos, contra prefatum Comitem Johannem, in presentiam Waij-
 vodarum nostrorum vel Vicevajvodarum partium Transsilva-
 nensium, ad terminum competentem rationem contradictionis
 eorum reddituros. Et post hec huiusmodi Introductionis et
 Statutionis seriem cum Contradictorum, et Euocatorum, si qui
 fuerint, vicinoruinque, et commetaneorum, qui premissae Sta-
 tutioni intererunt, nominibus, terminoque assignato eisdem
 Waiwodis, vel Vicewaiuodis nostris, fideliter rescribatis. Da-
 tum Bude, secundo die festi beati Laurentii martijris. Anno
 domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.
 Regnotum autem nostrorum anno Hungarie etc. sedecimo Bo-
 hemie vero secundo. Nos igitur mandatis prefati Domini Re-
 gis obediere cupientes, ut tenemur, una cum annotato Michaele
 de Swk homine sub de Curia sua Regia ad hoc specialiter trans-
 misso, nostrum hominem videlicet Religiosum Virum fratrem
 Dóminicum Sacerdotem socium nostrum conuentualem, ad
 premissas introductionem, et Statutionem faciendas nostro
 pro testimonio duximus transmittendum. Qui tandem exinde
 ad nos reuersi, nobis uniformiter retulerunt. Qnod ipsi feria
 quart, videlicet in festo beati Stephani Regis, nouissime pre-

terito, ad facies prescriptarum medietatum memoratarum opidi Bwza, ac possessionum Laak, Nozijal, Gyulathelke, Budathelke, Gyewke, Ewrmenes, Czenthe, et Apathij vocatarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, videlicet Nicolao de Wathe, Stephano Karolij dicto de Zenthmijklos, Andrea Baldij, Paulo, Stephano, Nicoiao et Ladislao de Dewecher, nec non Petro Strijgij de Manijk, ac Johanne Pod, et alio Johanne, nec non Ladislao Zekel de Sombor, pro se ipsis personaliter, item in personis Osualdi et Johannis filiorum Janka de Cws, Emerico familiaribus ipsorum. Aliisque quam pluribus, inibi legittime conuocatis, et presentibus accedendo, prefatum dominum Johannem de Hwnijad, Comitem Bistriciensem, in Dominum earundem medietatum, opidi, ac possessionum introduxissent, easdemque eidem premisso titulo pignoris sibi incumbente statuissent possidendas, nullo penitus Contradictore apparente, legittimis, et sufficientibus diebus, ac horis congruis, in faciebus earundem permanendo. In cuius rei testimonium presentes literas nostras patentes appressione Sigilli nostri munitas duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei Introductionis et Statutionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCXXXII.

Hunyadi János Besztercze örökösi grófja stb. az ország minden haláságainak a király nevében meghagyja, hogy a szébeni pénzverő-ház arany és ezüst beváltót az egész országban akadály nélkül járni engedjék, s nekiük a beváltásra szabadságot adjanak. Kelt Veresmarton september 25-dikén 1455.

Nos Johannes de Hunyad Comes perpetuus Bistricensis etc.

Vos vniuersos et singulos dominos Prelatos, Barones Comites

31*

Castellanos , Nobiles ipsorumque officiales Item Ciuitates Opida et liberas villas earnmque rectores , Judices et villicos quibus presentes ostenduntur Requirimus diligenter Nichilominnsqne quibus interest in persona domini nostri Regis firmiter precipiendo mandamus , quatenus , Campsores auri et argenti vblibet in Regno Hungarie et hijs partibus libere et pacifice ac secure et absque omni Impedimento molestiaque et perturbatione Aurum et Argentum cambire ad Camaram Cybiniensem deportare et deportari facere Necnon et cambiendi liberam et Securam ipsis potestatem dare velitis et debeatis Secus non facturi in premissis , Presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in villa Weressmarth feria quinta proxima ante festum beati Michaelis Archangeli Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXXXIII.

László király a györi káptalan kérelmére Károly királynak 1323-ban a györi káptalan részére adott levelét, melyben Kún László királynak ugyane tárgyban 1273. és 1285-ben kiadott kiválságleveléit megerősíti, különösen azon jó szolgálatok tekintetéből, melyeket a györi egyház neki s anyjának Erzsébet királynénak egykor tön, midön öket az üldözök ellen várába fogadta, ujra megerősítve kiadja. Kelt Pozsonyban october 17-dikén 1455.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae Croacie etc. Rex ac Austrie et Styrie Dux necnon Marchio Moraviae etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniversis. Quod nostre Maiestatis venientes in presentiam Fideles nostri deuoti Georgius Kogol de Rati-

spana Prepositus Cathedralis Ecclesie Jauriensis ac Mathias Prepositus Sancti Salvatoris de Papocz Joannes de Otting Decretorum Doctor Archidiaconus Soproniensis. Antonius de Papa Archidiaconus de Rabakews et Michael de Baith Canonici prefate Ecclesie Jauriensis necnon Magister Mathias de Roijcha eiusdem Jauriensis ac Vaciensis et Quinqueecclesiensis Ecclesiarum Canonicus Notariusque Specialis Cancellarie Regie nostre Maiestatis in suis ceterorumque vniuersorum fratum et Canonicorum suorum ac totius Capituli eiusdem Ecclesie Jauriensis nominibus et in personis exhibuerunt, et presentaverunt nobis quasdam literas priuilegiales olim Serenissimi Principis Domini Caroli Hungarie etc. Regis nostri predecessoris eius maiori novo dupli authentico Sigillo, quo ut Rex Hungarie usus est, communitas tenorem cuiusdam Priuilegii condam Illustrissimi Principis Domini Ladislai similiter Hungarie etc. Regis confirmantes, series literarum eiusdem Domini Ladislai Regis, quibus mediantibus idem certas libertates et gratiam hospitibus super terra prefati Capituli Ecclesie Jauriensis ante Castrum commorantibus ac alijs eiusdem Capituli cuiuscunque conditionis existant hominibus in perpetuum gratiose concessisse et fecisse dignoscitur, confirmative in se habentes, tenoris infrascripti. Supplicaruntque Maiestati nostrae antefati Georgius et Matheus prepositi ac alij Canonici supradicti nominibus et in personis quarum supra humili precum cum instantia ut eisdem literas quoad omnes earundem continentias clausulas et articulos ratas gratas et acceptas habentes, nostrisque literis priuilegialibus verbotenus inscribi faciendo pro eisdem Capitulo et Canonicis prefate Ecclesie Jauriensis presentibus et futuris Vniuersis innouantes perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum continentia sequitur in hec verba (*Itt következik Károly királynak 1323-ban kelt oklevele, melyl által Kún Lászlónak két rendbeli szabadalomlevéleit 1273. és 1285. évekről, a győri káptalannak a vár előtt megtelepített, vagy akárhol lévő embereinek a megyei hatóság alóli kivétele és minden kivetendő gyűjteményekre nézve csak fél mennyiségbeni terheltetése iránt átirván, megerősíti. Fejér, Cod. Dipl. V. d. II. köt. 112. l., V.*

d. III. köt. 278. l. és VIII. d. II. köt. 446. I.) Nos igitur supplicationibus antefatorum Georgli et Mathei prepositorum ac aliorum preaccriptorum Canonicorum per eos in suis ac ceterorum vniuersorum Concanonicorum et totius Capitali nominibus et in personis nostre modo quo supra humiliiter porrectis Maiestati Regali benignitate exauditis et clementer admissis prescriptas literas antefati condam domini Caroli Regis non abrasas non cancellatas nec in aliqua sae parte suspectas ymmo vera et syncera veritate prepoleates presentibusque literis nostris similiter priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmentatione aliquali insertas quoad omnes earum continentias clausulas et articulos acceptamus approbamus et ratificamus. Et nichilominus ex abundantiori nostre Regaiis potestatis plenitudine ob spem ac devotionem, quam ad dictam Ecclesiam Jauriensem et gloriosam Dei Genitricem Virginem Mariam in cuius sanctissimo nomine eadem ecclesia fundata est, indubie gerimus et habemus ac etiam maxime illa consideratione quod prefata Ecclesia Jauriensis in preteritis guerrarum temporibus condam Serenissime Principis Elisabeth Hungarie etc. Regime Genitricis nostre precharissime et etiam nobis eotunc etatem infantie apud incunabula agentibus in summa necessitate receptaculum quiesque fuit et domicilium adeo quod ipsam Genitricem nostram et nos ex persecutorum ore eripiens in Castro suo Jaurensi sovit, protexit et tutata est, propter quod pene omnes possessiones et cuncta bona eiusdem Ecclesie tam Episcopalia quam Capitularia a persecutoribus predictis non tam crudeliter quam immaniter igne et gladio consumpta sunt, ut salutem hac vice alicuius gratuitate recognitionis principium suscipiat easdem literas antelati condam domini Caroli Regis ex certa nostra scientia et animo deliberato, Prelatorum etiam et Baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro, similicam prescriptis libertatibus et gratia alijsqae omnibus et singulis auperius in tenore earrundem literarum contentis et specificatis pro eisdem Ecclesia Jaurensi et Capitulo et Canonicis eiusdem praentibus et futuris vniuersis innovantes perpetuo valituras confirmamus presentis Scripti nostri patrocinio mediante. Salvo Jure alieno.

In cuius rei memoriam presentes concessimus literas nostras pendentis Secreti Sigilli nostri, quo ut Rex Hungarie utimur, munimine roboras. Datum Posonii feria sexta proxima ante festum beati Luce Evangeliste. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Regnorum autem nostorum anno Hungarie etc. sextodecimo Bohemie vero secundo.

Czech János közléséből.

CCXXXIV.

Hunyadi János, Besztercze örökös grófja stb biztosítás ad minden havasalföldi szabad sorsú embernek, hogy, jóllehet közte s László havasalföldi vajda közt viszálkodás ütött ki, nekiek árúikkal együtt az országban valamint minden itt és különösen Brassóban tartózkodó szabad sorsú embernek Havasalföldre szabad járást, tartózkodást, adástevést és hazamenetelt vagy jövetelt enged, e rendeletét közzé tételei, s az ország hatóságai által szorosan megtartatni parancsolván. Kelt Brassóban november 15-dikén 1455.

Nos Johannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriciensis etc. Notum facimus vniuersis et singulis presentes Literas nostras inspecturis Quod quamuis inter nos et Illustrum Ladislauum Waywodam parcium Transalpinarum Dissensiones, discordie et inimicitie ac controuersiones et Jurgia exorte seu exorta existant. Que multorum pacem presertim zelantium interuenzionibus hactenus inter nos nullo modo sopiri, sedari et descendendi potuerunt. Tamen nos volentes ut Regnum istud et partes eius pristina pace et tranquilitate permaneat et iucundetur. Promittimus et vniuersos libere condicionis homines in partibus Transalpinis vbilibet commorantes affidamus, asseueramus et certificamus, ut eorum quilibet cum suis rebus et

bonis mercimoniis quibuslibet et quovis nomine vocitatis, more pristino ad Regnum istud et partes eius libere, pacifice secure, tute et sine formidine aliquali venire hicque pausare, morari, emere et vendere, tandemque cum dictis suis rebus et bonis ad propria redire, pacifice et sine impedimento possit atque valeat. Et nichilominus vos vniuersos libere condicioneis homines vilibet in Regno isto et partibus eius, presertim in Ciuitate Regali Brassouensi et eius pertinencijs comorantes asseueramus et certificamus, vt quilibet vestrum cum suis rebus et bonis Mercimoniis quibuslibet ad Regnum et partes Transalpinas secure, libere, pacifice ire, ibique pausare, morari, emere et vendere, et tandem etiam ad propria Saluis rebus et bonis quibuslibet redire possit, atque valeat, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Et hoc volumus vbiique per loca publica palam facere proclamari. Preterea vobis vniuersis nostris Castellanis, Comitibus, Officialibus et alterius cuiuslibet status hominibus ad nos pertinentibus et vbiique existentibus presencium serie firmissime committimus et mandamus, quatenus, dum et quando Regnicole parcium Transalpinarum cum suis rebus et bonis ad Regnum istud et partes eius venerint, Ipsos libere in nostris tenitis et Regno isto cum suis rebus et bonis hinc inde proficiisci, hicque pausare morari, emere et vendere tandemque saluis eorum rebus et bonis vniuersis ad propria redire pacifice et sine impedimento aliquali permittatis, et permitti faciatis, et secus in premissis non facturi. Presentibus perfectis Exhibenti restitutis. Datum Brassouie Sabbato proximo post festum beati Martini Episcopi. Anno domini Millesimo quadringentesimo Quinquagesimo quinto.

Brassó városa levéltárából

CCXXXV.

Hunyadi János, Besztercze örökös grófja, meghagyja Brassó városának, hogy, miután e város állott jót az Ulászló havasalföldi vajdával kötött béke megtartásaért, most közelebb ről pedig egy Hahócz Radul nevű ember Havasalföldéről több havasalföldiekkel és törökökkel Magyarországra ütött és itt tetemes rablásokat tévéni, a szákmánynal megint Havasalföldére vonult, küldjön biztos követeket az említett vajdához, és tudja meg tőle ezen tett jelentését; és mivel a közelebbi vasárnap és így december 28-dikán némelly nevezetes tárgyakban erdélyi országgyűlést szándékozik Tordán tartani, ide is küldjön némelly előkelőbb egyéneket. Kelt Beszterczén december 25-dikén 1455.

Circumspecti viri nobis sincere dilecti. Sciueritis Quod cum pridem inter nos et Ladislaum Waywodam parcium Transalpinarum pax et concordia firmata fuisse et ordinata, pro tunc vos allegastis et spopondistis, vt huiusmodi pax et concordia per ipsum Ladislaum Waywodam nullatenus et nulla via infringeretur, sed inuiolabiliter obseruaretur. Nunc tamen quidam hahwtz Radul de partibus Transalpinis, Turcos Hungarie Regni inimicos ad Regnum istud vnam nonnullis Wolachijs de Regno Transalpinarum importauit, Ciuitatemque domini nostri Regis Sam vocatam et certas partes Regni Hungarie per ipsos Wolachos et Turcas spoliari fecit, Ipsique Wolachij omnia spolia illarum partium ad Wolachijam asportarunt. Pensetis igitur vei consideretis si huiusmodi pax et concordia Bona est vel ne certosque vestros Nuncios ad ipsum Ladislaum Waywodam transmittere et alia premissa rectius rescire debeatis, qua de causa ipsam pacem observare non intendit et huic Regno prefata spolia fecit, si erit Bonum vel ne, propterea quia Deo duce die dominico proxime venturo in opido Thorda cum vni-

uersis partium Transsyluanarum convenire volumus. Et propterea vestras Amicitias rogamus aliquos Notabiles ex vobis ad dictum diem et locum in medium Regni transmittere debeatis, ut una cum eisdem alijsque Regnicolis ea tractare valeamus que commodum Regni et domini nostri Regis honorem concernant. Secus igitur in premissis non facturi. Datum Bistricie feria quinta proxima post festum beati Thome Apostoli anno domini Millesimo CCCCL-mo quinto.

**Johannes de Hwnyad
Comes Bistriciensis.**

Brassó városa levéltárából.

CCXXXVI.

László magyar király Eizinger Ulrik tanácsnokának meghagyja, hogy, mintán ő a közelebbi vizkereszt napja után egy héttel Bécsből Magyarországra menni szándékozik, népesítvel azon napra Bécsben legyen, neki minden fegyveres ember után hetenként hét schilling zsoldot igérően. Kell Bécsben december 28-dikán 1455.

**Lasslaw von gots gnaden zu Hungern , zu Behem,
etc. Kunig Herzog zu Österreich , vnd Marggraf
zu Merhern etc.**

Edler lieber getrewr. Wir lassen dich wissen , daz wir vns auf den Achtisten tag nach der heiligen dreyn kunig tag schristkünstigen. hie zuerheben , vnd in vnser kunigreich Hünnergern, zefügen maynen. Begern wir mit vleiss vnd emphelhen dir ernstlich daz du dich mit deinen knechten, harnasch vnd pferden , zurichtest vnd auf denselben Achtisten tag. hie seist,

mit vns zereiten, So wellen wir dir all wochen yeglichen werlichen, Siben schiling phennig geben, Dich auch des nichts irren lassest, Daran erczaigst du vns sunder gut geuallen vnd wir wellen das gen dir, gnedicleich erkennen. Geben zu Wienn an aller kindlein tag. Anno domini etc. lvj-to Vnsrer Reich des Hungrischen etc. im Sechzehenten, vnd des Behemischen im Dritten Jarn.

Commissio domini Regis in consilio.

Kivülről: Dem Edeln vnserm Lieben getrewen Vlreichen Eijtzing von Eytzing , vnserm Rat.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCXXXVII.

Hunyadi János Besztercze örököös grófja stb. Székely Mihály és Hederfájai István beszterczei várnagyainak az általok neki s a szent koronának tett hű szolgálatokért és azon 700 arany forintban, mellyel nekiek díjokban tartozik, Besztercze városában fekvő Becse nevezetű házát és telkét minden tartozandóságáival u. m. több szomszéd-házakkal, malomhegyekkel és szőlőkkel örökösen adományozza. Kelt Tövisen január 1-sjén 1456.

Nos Johannes de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes vniuersis quibus expedit, Quod nos consideratis et pensatis multiplicibus fidelium servitorum gratuitorum meritis Egregiorum Michaelis Zekel et Stephani de Hederfa Castellanorum Castri nostri Bistriciensis, per eos nobis et Sacro Regio diademati constanter exhibitis et impensis, volentes ut etiam aliquid

commodi a nobis pro huiusmodi ipsorum fidelibus seruitiis reportent. Tumque pro eorum Sallerio puta septingentorum florrenorum auri puri hungaricalis, quibus iisdem obligamur, domum seu fundum Beche vocatum, in dicta Civitate nostra Bistricensi fundatam cum universis et quibuslibet utilitatibus et pertinentiis puta quibusdam aliis domibus ipse domui vicinantibus et ad eandem spectantibus, necnon Molendinorum locis et vinearum possessionibus ad eandem domum de Jure ab antiquo pertinere debentibus, iisdem Michaeli Zekel et Stephano de Hederfa Castellanis nostris Bistriciensibus, perpetue dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam possidendum et babendum, ipsis eorumque heredibus et posteritatis vniuersis perpetue ut dicitur possidendum, harum nostrorum literarum vigore et testimonio mediante, quibus nostrum Sigillum appensum est. Datum in opido nostro Thewis feria quarta in festo Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo quadragesimo quinquagesimo sexto.

Besztercze városa levéltárából.

CCXXXVIII.

László király Bethlenfalvi Szepesi Gergelynek, örököseinek és általa édes testvérének Fodor János budai prépostnak, megkülönböztetett érdemei tekintetéből eddig használt címerét megerősítő. Kelt Budán febr. 18-dikán 1456.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie, Croacie etc. Rex, Austrieque et Stirie Dux, nec non Marchio Moravie etc. Tibi Fidi nostro Egregio Gregorio Scopwsij de Bethlen-

falwa , Salutem graciāque nostrām Regiam et favorem. A
 claro lumine throni Regie Maiestatis velud e sole radij Nobilitates legitimo Jure procedunt , et omnium nobilitatum insignia
a Regia claritate dependent , Ita ut omne nobile generositatis
 insigne a gremio proveniat Regie Maiestatis, sane attentis, et
 in nostris precordijs digna mentis consideracione pensatis multimodis suis fidelitatibus, et fidelium serviciorum gratuitis
 meritis, quibus pro nostri honoris augmento , et Regni nostri
 statu tuendo adversum hostes , et Inimicos Regni nostri fideliter,
 et viriliter depugnando continue Maiestati nostre laudabiliter studiasti eoque fervencius , et diligencius imposterum
 studebis complacere quo te et tuos singularibus honorum gracijs
 a nostra celsitudine conspexeris fore insignitos , Tibi , et
 per te Venerabili Domino Johanni Fodor preposito Ecclesie
 Budensis fratri tuo carnali tuisque heredibus, et posteritatibus
 vniuersis hec Arma, seu Nobilitatis insignia videlicet clipeum
 cum campo rubeo superapposita galea et in campo rubeo leonem
 aurei sive crocei coloris, ore aperto , et lingva extensa,
 caudaque eiusdem supra dorsum versa , inter ungues pedum
 interiorum rosam similiter crocei coloris cum cruce de eadem
 corona preminente gestantem , et supra galeam ipsam alam
 rubri coloris extensam, et preminentem in cuius medio leonem
 priori excepta dumtaxat corona omnino conformem , Ipsamque
 galeam tectura crocei, et rubei coloris, cum zattis hincinde
 dependentibus alijsque opportunis ornamentis , prout et quemadmodum
 in Capite presencium literarum nostrarum pictoris arte
 suis appropriatis coloribus depicta sunt, quibus hactenus et
 benefica collacione Divorum Regum nostrorum scilicet predecessorum
 usi estis animo deliberato, et ex certa nostra sciencia de novo dedimus , et contulimus iijmo ex habundanciori
 plenitudine nostre specialis gracie concedimus et presentibus
 elargimur, ut vos , tuique heredes , et posteritates vniuerse,
 pretacta Arma seu Nobilitatis insignia more aliorum armis utencium
 a modo imposterum ubique in prelijs, duellis, hastiludijs, torneamentis, ac alijs omnibus exercicijs Nobilibus, et Militaribus,
 nec non Sigillis, Anulis , Velis, cortinis, et generaliter in quarumlibet rerum, et expedicionum generibus sub mere, et sincere

Nobilitatis titulo, quali vos ab universis, et singulis cuiuscunque condicioneis preeminencie status, gradus, vel dignitatis existant, Insignitos dici, ac veros Nobiles nominari, et teneri volumus, ac etiam reputari, gestare, omnibusque et singulis gracijs honoribus, et libertatibus, quibus ceteri proceres, Nobiles, Militesque et clientes Regni nostri armis utentes quomodolibet consuetudine, vel de Jure freti sunt, et gavisi, frui et gaudere possitis, et valeatis, de talisque singularis et specialis nostre gracie antidoto merito exultetis, ac tanto ampliori studio ad honorem Regie Maiestatis vestra inantea solidetur intencio, quanto vos largiori favore Regio preventos conspicitis, et munere graciarum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras secreto Sigillo nostro quo ut Rex Hungarie utimur in pendentri communitas duximus concedendas. Datum Bude feria quinta proxima ante festum Kathedre beati Petri Apostoli. Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo sexto. Regnum nostrorum Anno Hungarie sextodecimo. Bohemie vero Tercio.

Az anspachi levelek közöl a budai kamara levéltárban.

CCXXXIX.

László király megparancsolja a kolozs-monostori conventnek, hogy, miután õ Létha várát Kolozs megyében tartozandóságaival részint Kolozs, részint Torda vármegyében Hunyadi János besszterczi örökösnak és általa mostoha húgának Klárának, Dengelegi Pongrácz vajda öszvegyének és László, János és András fiainak új adomány csíme alatt adta rölna, a mondott adományosokat ezen jószágokba a törvények értelmében igatván, az ellentmondókat, a mennyiben találkoznának, az erdélyi vajdák vagy alvajdák elejébe idézze, és minden esetre a beigtatásról jelentést tegyen. Kelt Budán aprilis 4-dikén 1456.

Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie Dalmacie, Croatie etc. Rex, Austrieque et Styrie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Fidelibus nostris Conuentui Ecclesie de Clus Monostra salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium servitorum meritis Fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis de Hunyad, Comitis perpetui Bistriciensis per enm Maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia et sollicitudine indefessa iuxta sue possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, totum et omne Jus nostrum regium, si quod in castro Letha appellato in Comitatu de Kolos partium nostrarum Transsylvaniae existente habito, ac possessionibus similiter Letha, Zenthlazw, Kis Fenes, Hosdath, Barbatfalua, Azzonfalua, Felsew Fwle, Also Fwle, Egres, Hagymas, Kek Bikk, Zenthkiraly, Monyorosag, Swthmeg et Rakos vocatis, in de Thorda et de Kolos partium nostrarum Transsylvaniae Comitatibus existentibus, et ad dictum Castrum Letha, ut dicitur, pertinentibus, in quarum pacifico domino — — — — — Idem Comes Johannes superinde perstitisse, seque ac Dominam Claram, Relictam quandam

Pangratii Wayuode de Dengheleg, sororem suam uterinam, ac Ladislaum, Johannem et Andream filios dicte domine Clare persistere asserit etiam de presenti, simul cum Jurepatronatus cclesiarum ac quodam prato Kiral Retje appellato, necnon prediis aliisque cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis sicut prefertur stantibus et se habentibus, prefato Comiti Johanni et per eum Generose Domine Clare, Relicte quondam Pangratii Vayvode de Dengeleg, sorori sue uterine, ac Ladislao, Johanni et Andree filiis eiusdem Domine Clare ipsorumque heredibus vniuersis serie aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetnum duxerimus conferendum, velimusque ipsos per nostrum et vestrum homines in dominium earundem legitime facere introduci. Igitur Fidelitati vestre lrmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius de Symai, vel Mathias de Mohachi, aut Dominicus de Zomordok, sin Michael de Buda, seu Blasius de Zylwas sive Johannes de Jara aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum castri necnon possessionum ac prati et prediorum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Comitem Johannem, ac Dominam Claram, necnon Ladislaum, Johannem et Andream in dominium earundem, statuante easdem et Idem eisdem premissae nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradicatum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prefatum Comitem Johannem et alias supradictos in presentiam Vayvodarum vel Vice Vayvodarum partium nostrarum Transylvanarum ad terminum competentem, rationem contradictionis eorundem reddituros. Post hec huiusmodi Introductionis et Statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, Si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum, qui premissae statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eisdem Vayvodis vel Vice Vayvodis fideliter rescribatis. Datum Bude in festo beati Ambrosii Episcopi et Confessoris. Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo Sexto, Regnorum

autem nostrorum Anno Hungarie etc. sedecimo, Bohemie vero tercio.

A kolozs-monostori convent levéltárából.

CCXL.

László király azon 12,000 arany forintban, mellyet már előbb, és azon 8,000 forintban, mellyet most közelebbről neki Hunyadi János besszterczei örököös gróf és ország kapitánya kölcsönzött, és így együtt 20,000 arany forintban Temesvár cérát minden tartozandóságáival és azazzal összekötött temesi grófsággal együtt zálogkép átírja; Dénes bibornok és esztergomi érsek, Garai László nádor, és Ujlaki Miklós erdélyi vajda nagyobb erősséggel saját pecsétjeiket elvérre függesztivén. Kelt Budán aprilis 7-dikén 1456.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae Croaticae etc. Rex Austriae et Stirie Dux necnon Marchio Moraviae etc. Recognoscimus, et fatemur tenore presentium quibus expedit universis Quod quia fidelis noster grata dilectus Spectabilis, ac Magnificus Johannes de Hwnyad Comes Bystriciensis Generalis Capitaneus in Regno nostro Hungarie Maiestati nostre ad presens octo millia florenorum auri nomine mutui, et sub spe restitutionis dedit concessit et assignavit, volentes igitur Nos eundem Johannem Comitem de rehibitione tam ipsorum octo milium florenorum auri ad presens datorum, et assignatorum, quam etiam aliorum duodecim millium flerenorum auri, quos Idem Johannes Comes nobis alias videlicet superioribus annis similiter nomine mutui et sub spe restitutionis dedit et assignavit, quorum summa iam in toto facit viginti Milia florenorum auri, certum reddere, Castrum nostrum Themeswar vocatum simul cum honore Comitatus Themesiensis ad idem Castrum

nostrum spectare solito , nec non universis Castellis , Civitatibus Oppidis, villis, pertinentiis , et proventibus ad idem Castrum nostrum spestantibus pro eisdem viginti Milibus florenorum Auri memorato Johanni de Hwnyad Comiti Bystriciensi duximus inscribendum , ymmo inscribimus tamdiu per ipsum ac heredes suos tenendum possidendum et habendum donec nos aut successores nostri Reges Hungarie sibi, aut suis heredibus de et super ipsis viginti Milibus florenorum auri satisfacere poterimus aut poterunt , et satisfaciemus aut satisfacient cum effectu, promittimus etiam verbo Regio et bona fide quod huiusmodi dispositionem seu inscriptionem nostram ipsi Comiti Johanni modo quo supra factam in omnem eventum , et in omni casu etiam quo forsan presens Sigillum nostrum ex aliqua causa immutari aut inscriptiones seu dispositiones nostras hactenus factas revocari contingere, quod tamen futurum non credimus firmam tenebimus complebimus et observabimus Ita ut ipse Comes Johannes , et filii ac heredes sui huiusmodi pecunia sua nobis concessa privari non possint quovis modo. In cuius rei memoriam et firmitatem Sigillum nostrum secretum quo ut Rex Hungarie utimur presentibus iussimus appendi. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Ambrosii Episcopi et Confessoris. Anno Domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo sexto , Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero Tertio.

Ladislaus Rex manu propria.

Et nos Dyonisius Cardinalis Archiepiscopus Srionensis Summus Cancellarius Regie Maiestatis, Ladislaus de Gara Regni Hungarie Palatinus , et Nicolaus de Wijlak Waiwoda Transilvanus in testimonium , et firmitatem premissorum etiam Sigilla nostra impendi apponi fecimus. Datum ut supra.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCLI.

János szent-angyal bibornoka és pápai követ, Zsigmond osztrák herczeget tudósítja arról, hogy László magyar király, országába jövetelével, az ország rendeivel tanácskozván, ezek elhatározák, hogy a törökök ellen az országban lévő nagy gabonaszükség miatt csak augustus 1-sején állítják ki seregeket, és ekkor a többi idegen seregek élelmezéséről is gondoskodni fognak; melly végzés apirlis 6-dikán kihirdettetvén, híre jött, hogy a török szultán Nándor-Fejérvárhoz közelít; mire nézve elhatározatott, hogy nem várova meg augustus 1-sejét, a seregek vonattassanak össze, és küldessének a végvárak oltalmára. Ennek következtében felszólítja a mondolt herczeget, hogy ezen ügy előmozdítására, minthogy az nem egyedül Magyarországról hanem az egész keresztyénségé, vagy személyesen rezessen, vagy küldjön segédsergeket. Kelt Budán apirlis 10-dikén 1456.

Johanns Cardinal Sancti Angeli des Babstleichen Stulslegat

**Dem Durchleuchtigisten fursten vnd Hochmächtigen herren
Sigmunden herczogen ze Österreich etc. vnserm Allerpesten
Valer.**

Durchleuchtigister furst vnd Hochmächtiger herr, hail vnd gelückh, Wir erkennen, daz vnserm Ambt zugepüret, solh sach die in gotes diennst verbracht werden, ewr durchleuchtigkeit zewissen zetun damit dieselb durch sölher sach erkantnuss sich fleiss zetun die jr durch gotes er, Auch des Edlen Geslächt der Tewschien zetun gepüren, Darumb so schreiben wir ewr durchleuchtigkeit solh sach, die dann durch den Allererleuchtigisten herrn Lasslawn ze vngern eto kunig, beschehen sind, Wann darnach als er in sein kunigreich kommen

ist, hat er fürsich geudert Prelaten fürsten vnd herren des-selben Reichs, vnd denselben die sach vnsers gelauen darumb wir dann geschickht sein worden in Ratweiss fürgelegt, da ist geraten worden das wider die Türckhen des heiligen gelanbens veindt durch rachunk der versmächtait gots vnd das auch benug bescheh der ermonung des heiligen vnsers vater des Babst, vnd auch kayserleiche Rate, das man wider die Türckhen streytten soll, vnd wenn aber furbar in der Serueij, vnd an der Granicz der Turckhen zu disen zeiten nicht klain manglung des Trayds vnd gersten auch anderlaj essender Speis ist, die mangelhalben des vergangen Jar auch vnfrücht-berkait herirrend, Ist fürgesehen worden, solhs vngrisch her auch ander aussern nicht zusamme zebringen, vncz auf den ersten tag des Ewgst, vnd die zeittig vnd genugsamchait der narumb werde, vnd nach solhem Ratslag, hat der kunig, mit gannczem herczen vnd an dem Sechsten tag des Abrills, offen-leich vor prelaten fürsten vnd herren, der vngrischen, Behe-mischen vnd Österreichischer Reich, durch den Erwirdigen vater hern Bischouen ze waradein antwurttten lassen In dem ersten tag des Ewgst ein gesamcz her jn den Granicz der Türckhen zehaben vnd bestellen vnd wil auch solche fürtrach-tung vnd fürsehung tun, dadurch sein auch ander, die wider die Türckhen dahin zehilf kommen her, genugsamleich narung haben werden, — — Nach sölhen ist seiner kunigkleicher maiestat zu erkennen gegeben, wie der Turckh nu mit seinem her vnd macht zunehent ist, Auch die gegend genannt Weiss-enburg', die des Reichs ein Slüssel ist angreiffen vnd vber die Tanaw ziehen, auch das Reich ze stören well, darumb der Allerleuchtist herr der kunig vnerwart des ersten tag des Ewgst hat gebeten vnd zwsammen geruffen, ain hér vnd dem zukünftigen Turckhen vermaint widerzesteen vnd seiner Slösser ze versorgen vnd die päss vnd vberfürt der Tanaw zebeschirmen, wann ewr durchleuchtigchait hat lanngst er-kannt den gemainen schaden der daraus ersteen vnd künftig möcht werden — — Durchleuchtigister fürst, Es ist nicht allain vmb das vngrisch Reich zetun, Sunder vmb das reich der gannzen kristenhait, vmb euch ewr kinder ewr lannd

vnd lewt , vnd ob das würd, das diz Reich vngern den Turckhen vndertan oder von jn vnderkommen würde, da got vor sej,
 So ist es geschehen vmb den andern tail der kristenheit, dann
 wirt mit ainem solhen veind zeschaffen haben. damit wir durch
 kainerlaj vrsach frid gehalten mügen, der auch der kristen
 vndertäigchait an kristes verlangung nicht suchen noch be-
 gern ist , vnd auch dem selben kainerlai spil nicht lieber ist,
 dann das blut vergiessen der kristen die sach ist vast hoch
 vnd hert an jr selben, wie wol sich ettleich nicht fürchten vnd
 ainer auf den andern wartend ist , vnd vermainen es sej da-
 mit Got genug getan vnd widerstanden den Türckhen vnd
 sprechen Si wellen als vil tun , als ander jrer machtinghait ge-
 leichen, die doch mit jn betrachten solten , solh anttwurt des
 Turckhen fürnemen nicht widersten, wann es anders bedarff
 vnd nottürftig ist dann wort Auch got damit nicht genug ge-
 tan werd der werch vud nicht wort von vns begern ist , Auch
 ettleich hoffen sind in got der den gelauben aus grossern nö-
 ten oft erledigt hat, vnd mainen es sej nicht nottürft mensch-
 leicher hilf, Nw fürchten wir das solhes ir hoffen got vil pöl-
 der erzürnen, dann güetig machen werd , Wann wie wol er
 der stat hüten ist , doch so schafft er das man die mit guten
 hüetern besorigen Auch wacht vnd streytt vnd das swert dar-
 czw brauchen soll , Durchleuchtiger fürst wie nahend der
 Turckh sei vnd wie mächtig , werd Ir vernemen jn des kunigs
 schreiben. Nw ist nottürftig das ir selbs persondeleich solh hilf
 got zetun kömet oder aber solh hilf schickhet Wann die an-
 dern werden euch nachuolgen vnd aus vil wenig wird ein
 gross her zusammen gesambt, Darumb Bitten wir was ewr will
 darinn sej vnd was fürnemen, vnd vns das ewr durchleuchtig-
 kait wissen well lassen , di Got bewar. Geben ze Ofen an dem
 zehententag des Aprils , Anno domini etc. Ivj-to.

Egy egykorú fordítás után.
 A csász. kir. titkos levéltárból.

CCXLII.

László király Körömcz városának különösen azon hű ragasszkodásáért, mellyet ügye iránt gyermekségének idejében az ország annyi belzavargásai között folytonosan tanúsított, és mellynek következtében nehéz visszontagságokat s ellenséges bántalmakat szennvedett, kiváltságot ad, hogy Buda városa példájára veres viaszszal pecsételhessen. Kelt Budán aprilis 14-dikén 1456.

Commissio propria domini Regis.

Nos Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, ac Austrie et Styrie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, Quod licet nos, prout Regale exigit Officium, cunctorum fidelium nostrorum meritis condignis retributionibus respondere soliti simus, meritorum tamen qualitate pensata, illos uberius Regiis favoribus prosequimur, liberaliusque eis solite munificentie dextram porrigimus, qui maioribus virtutibus, amplioribusque obsequiis excellentiora premia meruerunt. Consideravimus itaque laude dignam fidelitatem et multimoda fidelium servitiorum merita fidelium nostrorum Circumspectorum Civium, incolarum et inhabitatorum ac totius Communitatis Civitatis nostre Regalis Cremnicziensis, quibus iidem vti edocti sumus non solum progenitoribus Regibus scilicet buius Regni nostri Hungarie, sed et nobis se gratos reddiderunt, et presertim eo respectu, qnod his precedentibus disturbiorum temporibus, aliis multis nobis obedientiam subtrahentibus, ipsa Civitas nostra Cremnicziensis, ac eius Cives et Communitas, inter plurimas Regni et Regnocolarum nostrorum dissensiones ac turbines, inter quas videlicet nos orbatham parentibus infantiam, etatemque apud aliena educationem agebamus, per continuum

successum magna et varia propter nos et nostrum Jus ac nomen , hostilia passi gravamina , experti insultus insuper duros et casus , nostro culmini usque ad hos regiminis nostri dies constantissime adherendo placere et complacere studuerunt. Volentes igitur premissorum intuitu eandem Civitatem nostram suosque Ciues et Communitatem , nobis fideles veluti benemeritos Regalis munificencie nostre dono amplius honorare , ut iidem sicuti hactenus , sic et de cetero ferventiores fidelitatis et fidei zelo ac obsequendi promptitudine circa Maiestatem nostram attendantur, eisdem Civibus, Communitati predicte Civitatis nostre Crempnicziensis presentibus scilicet et futuris universis ex certa nostra scientia , et animo deliberato , Prelatorumque et Baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro, hanc specialis gratie prerogativam annuendam duximus et concedendam, ut ipsi Cives et Communitas sepe fate Civitatis nostre Crempnicziensis a modo in posterum perpetuis temporibus , universis quoad sigillum seu sigilla Communitatis eorum, cera rubra uti , cum eademque more buius Civitatis nostre Budensis omnia privilegia , omnesque literas Juridicas Testimoniales , alias missivas Causales, Sententionales , missilesque epistolas , et alias quascunque sigillare et consignare, inpendenti vel in apresso valeant, et ad id plenam et liberam habeant facultatem , ex presenti nostra annuentia et concessione speciali. In cuius rei robur et Testimonium presentes concessimus literas nostras pendentis Secreti Sigilli nostri, quo ut Rex Hungarie utimur munimine roboratas. Datum Bude predicta in festo beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum. Anno Domini 1456-o Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. sextodecimo , Bobemie vero tertio.

Körömöcz városa levéltárából.

CCXLIII.

László Magyarország királya, Tarodfalvai Imrének, Lászlónak és Péternek, Vas vármegyében fekvő Lapsa nevezetű pusztájokra, melyket azoknak elei békében birtak, most pedig bizonyos Hollósi nemesek elfoglalva tartanak, új adománylevelet ad, egyszersmind a nevezet pusztában lappangó királyi jogot is nekik adományozván. Kelt Budán április 18-dikán 1456.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie Rex, ac Austrie et Stijrie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, Quod nos tnm ad nonnllorum fidelium nostrorum supplicationis Instantiam, per eos pro parte fidelium nostrorum Emerici, Ladislai et Petri de Tharrod Falva, nostre propterea porrecte Maiestati, tumque pro fidelitatibns et fidelium obsequiorum meritis eorumdem Emerici, Ladislai et Petri per ipsos uti didicimus iuxta eorum possibilitatis exigentiam, sub locorum et temporum diversitate, nobis ac Regno nostro Hungarie et Sacre eius Corone cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, Pedium Laapsa vocatum in Comitatu Castriferrei habitum, in cuius pacifco Dominio idem Emericus, Ladislaus, et Petrus progenitores ipsorum ab antiquo pleno Jure perstitisse, nunc vero apud manus quorumdam Nobilium de Hollos occupative ac sine omni iusta Causa assererent existere, simulcum omni Jure nostro Regio, si quod in eodem Predio qualitercumque heberemus, aut idem nostram ex quibusunque viis, Causis modis et rationibus concerne ret Maiestatem, — — cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, sijlvis, Rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluuiis,

piscaturis , piscinis , aquarumque decursibus , molendinis, molendinorumque locis , et generaliter quarumlibet utilitatum , et pertinentiarum eiusdem integritatibus, quo quis nominis vocabulo vocitatis , sub suis veris metis et antiquis limitibus , premissis sic ut prefertur stantibus, prefatis Emerico , Ladislao et Petro de Tharrod Falva , ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo dedimus , donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus , Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, Salvo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante , Quas in formam nostri Privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude die Dominica proxima ante festum beati Georgii Martiris. Anno domini milesimo Quadringentesimo quinquagesimo Sexto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie Sexto decimo, Bohemie vero tertio.

Czech János közleménye.

CCXLIV.

Regensburg városának tanácsa a városuk kebeléből a törökök ellen mend kereszteseknek útlevelet ad. Kelt Regensburgban május 1-sején 1456.

Wir der Rath der Stadt zu Regensburg bekennen mit dem Brief. Dass das gegenwärtig Volk und Sambnung Fürbringer dieses Briefes , von vns aus unser Stadt Regensburg ist , und die sich bei uns mit dem (Zeichen) des heiligen Kreuzes haben kreuzigen lassen in Mainung, mit der Hülfe Gottes wider die ungläubigen Türken zu zichen , vnd dass wir alle die , den sie diesen unsren Brüf fürgeben vnd zeugen werden, mit

freundlichen Fleiss bitten euch die um unsert willen gütlich
befohlen haben u. s. w. Samstag nach St. Gilgen tag 1456.

(Gemeiner, Reichstadt Regensburgische Jahrbücher III. B.
von 1430 — 1496. p. 248. aus Eppingers Collectaneen.)

Czech János közleménye.

CCLV.

László király Hunyadi János kormányzó kérésére a beszer cze i grófság iránt januárius 30-dikán 1453. adott adománylevelét, és az erdélyi káptalanak a beigatásról julius 20-dikán kelt beigatáó bizonyítványát szóról szóra átirecán, azokat mindenekben megerősíti. Kelt aprilis 28-dikán 1456.

Ladislaus dei gratia Ungarie Bohemie, Dalmacie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presentium notitiam habituris Salutem in omnium Salvatore. Ratio expostulat equitatis, ut regalis Serenitas dotes sue Maiestatis in suorum Personas mittat fidelium, ipsisque iusta potentibus, ipsorumque fideliter tenentibus munus largiflue Clementie tribuat affectum, ut tanto magis corda fidelium sibi reddantur devotiora, quanto ad reddenda merita regales aures inveniuntur promptiores. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster dilectus Spectabiiis, et Magnificus Johannes de Hunyad Comes Bistriciensis ad nostram personaliter accedens presentiam exhibuit nobis, et presentavit quasdam duas literas, unam videlicet nostram sub Sigillo impendenti super prefectione et creatione ipsius Comitis Johannis ac filiorum heredumque suorum super Comitatum

Bistriciensem, vniuersaque Bona, ac eius pertinencias in partibus Transylvanis habitis perpetuos, et liberos Comites maiores, ipsum preterea Districtum Bistriciensem in Comitatum perpetuum elevatione et creatione, ipsiusque Comitis Johannis, ac filiorum et heredum suorum, nec non dicti Comitatus Bistriciensis ab omnium Vayvodarum, et quorumlibet Judicu[m], ac Justitiariorum illarum partium Transilvanarum Judicatu[m] et Jurisdictione, sed solius nostre Judicio reservatione, nec non super eo, ut ipse Comes Johannes, ac filii, et heredes sui universi Cera rubra quoad Sigillum in Signum Excellentie Comitatus, ac aliis omnibus illis gratiis, honoribus, prerogativis, et Privilegiis, quibus ceteri Comites maiores, liberi et perpetui de Jure, vel de Consuetudine utuntur, uti possint, et gaudere. Preterea super receptione Juramenti ab ipso Comite Johanne in persona sua, et heredum suorum deponendi nobis, et Successoribus nostris fidelitatem, et obedientiam, nec non super donatione, et perennali collatione Districtus, seu Comitatus Bistriciensis cum Civitate Bistrica, ac Oppidis, Villis, Predijs, et aliis quibuslibet ipsius, et earum pertinentiis, videlicet Tributis, Censibus, Proventibus, ac Jure Patronatus Ecclesiarum eorundem, et aliam honorabilis Capituli Ecclesie Transylvanensis super Statutione prescripti Districtus, seu Comitatus Bistriciensis, nec non Ciuitatis Bistrica, ac Oppidorum, Villarum, et Prediorum, nominatim in eadem Litera Statutoria ipsius Capituli descriptarum, ac Juris Patronatus Ecclesiarum, cunctarumque Utilitatum, et pertinentiarum earundem pro prefato Comite Johanne perpetuo factis, confectas, et emanatas Tenorum infrascriptorum. Supplicans ipse Comes Johannes Maiestati nostre humili prece, et deuota, ut prescriptas Literas ratas, gratas, et acceptas habentes, nostrisque Literis Privilegiis sub nostre maiori dupplici Sigillo Maiestatis, quo ut Rex Hungarie utimur, emanandas verbotenus inseri facientes, pro ipso Comite Johanne, eiusque heredibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur, Quarum quidem literarum unius, scilicet nostre, prefectionalis exceptionalis, Libertationalis, prestitutionis Juramenti et Donationalis Litere tenor is est. Ladislaus dei gracia Rex Hungarie etc. (ssorol

szóra ágy, mint a CLXXIV. sz. a.) Alterias vero, puta predicti Capituli Ecclesie Transylvanensis Privilegialis Litere series hec est. Capitulum Ecclesie Transylvanensis etc. (szóról szóra ágy, mint a CXCV. sz. a.) Nos itaque premissis humilibns supplicationibus antefati Comitis Johannis per eum Maiestati nostre modo predicto porrectis Regia benignitate exauditis, clementer et admissis, prescriptas ambas Literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, ymmo mere et sincere veritatis integritate prepollentes de verbo ad verbum presentibus insertas quoad omnes earum Continentias, Articulos, et Clausulas, in quantum eedem insto modo, et de Regni nostri Consuetudine sine pravitate sunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus, et ratificamus, ac etiam ipsas pro prefato Comite Johanne, et suis heredibus uniuersis ex certa sciencia, et mera Autoritate plenariaque plenitudine nostre Maiestatis presentis Scripti patrocinio innovantes perpetuo valituras confirmamus salvis Juribus alienis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus Literas nostras Priuilegiales novi, et autentici maioris Sigilli nostri duplicitis munimine roboratas. Datum per manus Reverendissimi in Christo Patris Domini Dyonisij SacroSancte Romane Ecclesie tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbiteri Cardinalis, ArchiEpiscopi Strigoniensis, locique eiusdem Comitis perpetui, Primatis et Apostolice Sedis legati nati, Auleque nostre Sumpmi Cancellarii fidelis nostri sincere dilecti, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sexto. Quarto Kalendas May Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie Sedecimo, Bohemie vero Tertio. Venerabiliibus in Christo Dominis prefato Domino Dyonisio Cardinale Strigoniensi, Raphaele Colocensi, Laurentio Spalatensi, Mapheo Jadrensi, et Jacobo Rakusiensi ArchiEpiscopis, Item Jacobo Sirimiensis, Mathia Wesprimiensis, Petro Chanadiensis, Johanne Waradiensis, Matheo Transylvanensis, Augustino Jauriensis, Ladislao Agriensis, Nicolao Nitriensis, Vincentio Waciensis, Philipo Boznensis, Thoma Zagrabiensis, Nicolao Quinque Ecclesiensis, Demetrio Thininiensis, Natali Nonensis, Jacobo Traguriensis, Felice Scardonensis, Urbano

Sibinicensis , Jeronimo Makarensis , Thoma Pharensis , Andrea Segniensis , Vito Corbaviensis Ecclesiarum Episcopis , Ecclesiastis Dei feliciter gubernantibus , nec non Magnificis Viris Ladislao de Gara dicti Regni nostri Hungarie Palatino , Nicolao de Wylak , et Johanne de Rozgon Wayuodis nostris Transylvanensibus , Comite Ladislao de Palocz Judice Curie nostre Regie , Illustri Ulrico Cilie et Zagorie Comite , ac totius Regni nostri Sclavonie , prefato Nicolao de Wylak , et Johanne de Korogh Machoviensibus Banis , Banatu Zewrinensi vacante , nec non Johanne de Peren Tavernicorum , Michaele Orzaghe de Gwth , et Paulo de Alsolyndwa Janitorum , Simone Zwdar de Olnod , et Sigismundo Groff de Bozijn Pincernarum , Ladislao similiter Groff de eadem Bozijn , et Ladislao de Losonz Dapiferorum , Ladislao Bwzlaj de Gergellaka , et Ladislao de Naghwelgh Agazonom nostrorum Magistris , Johanne de prefata Hwnyad Comite Bistriciensi , Themesiensi , et prefato Comite Ulrico Posoniensi Comitibus , aliisque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores .

Az anspachi levelek közölk a budai kamarai levéltárban.

CXLVI.

László király meghagyja a leleszi conventnek , hogy Dolhai Ambrüst , és osztályos testvérét Mihályt , rossalyai vajdát , Mármaros megyében fekvő Kohnya helységébe , melyet azoknak ösei békében birtak , most pedig Bocskói Zsigmond elfoglalva tart s mellyet a netalán abban lappangó királyi joggal együtt egy más levele szerint az említett Dolhaiaknak hű szolgálataikért új adomány címé alatt adott , igtassa be . Kelt Budán apriilis 28-dikán 1456.

Ladislaus Dei gratia Hungarie , Bohemie , Dalmacie , Croatiae etc. Rex , Austrieque et Styrie Dux , necnon Marchio Moravie

etc. Fidelibus nostris Conventui Ecclesie de Lelez Salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus, et fidelium obsequiorum meritis fidelis nostri Ambrosii de Dolha, per eum nobis exhibitis, et impensis, Possessionem Kohnya vocatam in Comitatu Maramorosiensi existentem, in cuius pacifico dominio presatus Ambrosius progenitores suos ab antiquo perstisset, nunc vero apud manus Simonis de Bochko occupative existere perhibetur, Item totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in eadem Possessione qualitercumque baberemus, aut nostram ex quibuscumque Causis, modis et rationibus concerneret Maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissis sic ut prefertur, stantibus et se habentibus, prefato Ambrosio de Dolha et per eum Michaeli Wayda de Rozalya fratri suo condivisionali, Ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo vigore aliarum nostrarum literarum contulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem, et predicti Juris nostri Regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo presente Sandrinus Balya de Jod, aut Blasius de Barczan-falva, vel Georgius Peterman de Sayo, sin Stephanus de Bilke, seu Johannes de Lipche, aliis absentibus homo noster de Curia nostra Regia per nos ad id deputatus, ad facies prescripte Possessionis, consequenterque Juris nostri Regii in eadem existentis, vicinis et commetaneis eiusdem uniuersis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo introducat presatos Ambrosium et Michaelem Wayda in Dominium eiusdem et Ipsius Juris nostri Regii, statuatque candem et idem eiusdem premissae nostre donacionis titulo Ipsi incumbente, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint evocet Ipos contra antefatos Ambrosium, et Michaelem nostram in presentiam ad Terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et posthec huiusmodi Introductionis et Statucionis seriem cum contradictorum, et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissae Statutioni interrerunt nominibus, Ter-

minoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Georgii Martyris Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sexto, Regnorum autem nostrorum Hungarie etc. Sextodecimo, Bohemie vero tertio.

Kicéülről: Fidelibus nostris Conventui Ecclesie de Lelez pro Ambrosio de Dolha et alio intrascripto Introductoria et Statutoria.

A leleszi convent levéltárából.

CCXLVII

László király az ország nagyjainak ajánlására és helyeslésével Baguza városát minden alkalommal eldődei a magyar királyok és saját személye iránt, különösen gyermekévei és tágolléte alatt az országban kitört zavarok között bizonyított húragaszkodásaért azon kitüntetésben részesíti, miszerint válasszandó igazgatói ezentúl főigazgató címet viselhessenek. Kelt Budán május 6-dikán 1456.

Commissio propria domini Regis in consilio.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, ac Austrie et Stirie dux necnon Marchio Moravie etc. fidelibus nostris Nobilibus et prudentibus viris Rectori et Consilio Ciuitatis nostre Ragusij, Salutem et graciam. Cum nichil conueniens Regibus esse censeamus, quam suorum fideliū benemerita, dignis exornare premijs, et de uestra constanti fide et fidelissimis obsequijs quantosque labores et calamitates multociens passi sitis. Ut vos progenitoribus nostris similiter huius Regni Regibus, nobisque gratos se reddebetis, essemus per Prelatos et Barones ac proceres nostros sufficienter edocti. Vniuerso consilio nostro approbante et miram probitatem uestram. ac erga nos singularem fidelitatem

commendante, Instituimus vos. Ciuitatemque vestram, ut optimae meritam plurimis et, magnis honoribus dignitatibus. suffragijs. fauoribus deo nostro. vobis vitam concedente decorare, ueluti eos, quos unice fortitudinis et fidelitatis exemplar, quemcumque munere dignos fecit, utputa quorum animi constanciam, nulla bellorum grauitas, nulla periculorum magnitudo frangere, et a uera fidelitate Corone huius Regni obseruanda potuit inclinare. Ut igitur hos duros, post hostiles impetus quos summa cum fidelitate hijs superioribus turbidis temporibus, nobis Regno absentibus passi estis, in hoc nostro in hungariam felici aduentu, optimam. erga fidelitatem uestram. uoluntatem nostram declaremus, et digna meritis uestris premiorum inicia iacamus, ab hijs. que ad auctoritatem et famam vestram conseruandam maxime conferre uisa sunt, exordium capere constituimus, Considerantes igitur, magno Ciuitatibus esse decori, cum illi qui in republica, primum honoris locum tenent, a suis Regibus aut principibus digniori et Illustriori titulo, decorantur, Rectorem Ciuitatis vestre et consilij caput, proprio motu, et ex certa sciencia nostra, ac de Prelatorum et Baronum predictorum consilio et assensu, Regia auctoritate et munificencia in Archirectorem constituimus facimusque et sublimamus. Volumusque, ut deinceps singuli Rectores uestri temporibus successiuis vniuersis. post sese eligendi, semper Archirectores uocentur, nominentur et scribautur, Hacque dignitate, prerogativa et preeminencia gaudeant irreuocabiliter et fruantur, Harum literarum nostrarum quibus Sigillum nostrum secretum. quo ut Rex Hungarie utimur, appensum est, uigore et testimonio mediante. Datum Bude In festo. Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. Sextodecimo Bohemie vero tercio.

Commissio propria domini Regis
in Consilio

Albertus prepositus Q. (Quinqueecclesiensis)

A csász kir. titkos levéltáról.

CCXLVIII.

László király az ország nagyjainak ajánlására és helyesléssével tekintelbe vételen Ragusa városának minden alkalommal mind eldődei, a magyar királyok, mind saját személye iránt tanusított hűségét, azt azon kiváltsággal disszesíti, hogy minden levelei megpecsétlésében veres ciaszázzal éhessen. Kelt Budán majus 6-dikán 1456.

Commissio propria domini Regis in Consilio.

Ladislans dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie, Croacie etc
Rex ac Austric et Stirie dux. necnon Marchio Moraue etc
fidelibus nostris Nobilibus et prudentibus uiris Rectori et Con-
silio Ciuitatis nostre Ragnsij, Salutem et graciam, Cum nichil
conuenientius Regibus esse censeamus quam suorum fidelium
benemerita dignis exornare premijs et de uestra constanti fide,
et fidelissimis obsequijs, quantosque labores et calamitates,
multociens passi sitis, Vt nos progenitoribus nostris diuis scili-
cet huius Regni Hungarie Regibus, nobisque gratos sese, red-
deretis, essemus per prelatos et Barones et proceres nostros
sufficienter edocti, Vniuerso consilio nostro approbante et mi-
ram probitatem uestram ac erga nostram maiestatem singula-
rem fidelitatem commendante, Instituimus uos Ciuitatemque
uestram bene meritam plurimis et magnis honoribus dignitati-
bus sufragijs fauoribus, deo nostro, nobis uitam concedente
decorare, ueluti eos. quos unice fortitudinis et fidelitatis exem-
plar quocumque munere dignos fecit, vtputa quorum animi
constanciam, nulla bellorum grauitas, nulla periculorum ma-
gnitudo frangere, et a uera fidelitate Corone huius obseruanda
potuit declinare, Vt igitur post duros hostiles impetus, quos
sumpta cum fidelitate, hijs superioribus turbidis temporibus,
nobis Regno absentibus passi estis, in hoc nostro in Hunga-

riam felici aduentu optimam erga fidelitatem uestram, voluntatem nostram declaremus, et digna meritis uestris premiorum inicia iaciamus, ab hijs que ad auctoritatem et famam uestram augendam maxime conferre uisa sunt exordium capere constitimus (igy!). Quamobrem cum alijs literis nostris priuilegialibus, Rectorem uestrum honoris causa in Archirectorem sublimauerimus, conuenire certe iudicauimus, et illius gradus dignitati et consilij vestri nobilitati, vt deinceps in Sigillis publicis, rubea cera fruamini. Nostra igitur erga fidelitatem uestram dilectione, motu proprio, ex certa sciencia et plenitude Regie potestatis, necnon de consilio et assensu predicatorum Prelatorum et Baronum nostrorum, Ad maiorem ornamenti uestri decorem, damus et elargimur hanc uobis prerogatiuam, vt abhinc in posterum, perpetuis semper futuris temporibus, Cera rubra Sigillare possitis, eaque in omnibus et singulis literis, missiuis, priuilegialibus, Juridicis, testimonialibus, causalibus, Epistolis, et quibuscumque alijs tam in pendentri quam in appresso uti ualeatis, Harum literarum nostrarum Vigore et testimonio mediante. Quas Sigillo nostro secreto pendentri quo ut Rex Hungarie utimur roborari iussimus, Datum Bude, Infesto Ascensionis domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. Sextodecimo Bohemie vero tercio.

Commissio propria domini Regis in Consilio
Albertus prepositus Quinqueecclesiensis.

A csász. kir. titkos levéltáróból.

CCXLIX.

László király az ország nagyjainak ajánlására és helyes-lésével Raguza városának minden alkalommal eldődei, a magyar királyok, és saját személye iránt tanúsított kitünnő érde-meiért eddigى czimerének mellőzése nélkül, sőt egyenes meg-erősítéssel egy tetéjén arany, a városnak a magyar koronáhozi ragasszkodását jelentő koronával ékitett paizson, melyet a város védszentje Balázs vértanú tart, a város indulatának tisz-taságára czélzó égsszin mezőben álló phönixxel, melly a mara-déköt a város rítkán előforduló és a veszélyekből is új fény-nyel feltünő hűségére emlékeztesse, ajándékozza meg. Kelt Budán május 6-dikán 1456.

Commissio propria domini Regis in consilio.

Ladislaus Dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie Dux nec non Marchio Moraue etc. Fidelibus nostris Rectori et Consilio Ciuitatis nostre Ragusij, sincere nobis dilectis, salutem et graciam. Cum nihil Regibus conuenire magis censemus, quam suorum fidelium beneme-rita dignis exornare premys, et de uestra constanti fide et fide-liissimis obsequijs, quantosque labores et calamitates multociens passi sitis, vt uos progenitoribus nostris similiter diuis huius Regni hungarie Regibus nobisque gratos sese redderetis, esse-mus per prelatos, Barones et proceres nostros sufficienter edo-cti, Vniuerso consilio nostro approbante et miram probitatem uestram, ac erga nostram Maiestatem singularem fidelitatem commendante, instituimus vos Ciuitatemque uestram, ut optime meritam plurimis et magnis honoribus, dignitatibus, suffragijs, fauoribus deo nostro nobis vitam concedente decorare, veluti eos, quos unice fortitudinis et fidelitatis exemplar quoque egregio munere dignos fecit. Quorum scilicet animi constan-

ciam, nulla bellorum gravitas, nulla periculorum magnitudo
frangere et a uera fidelitate Corone huius Regni declinare po-
tuit. Ut igitur post duros hostiles impetus, quos summa cum
fidelitatis integritate his superioribus turbidis temporibus nobis
Regno absentibus sustinuistis, in hoc nostro in hungariam fe-
lici aduentu, optimam erga fidelitatem vestram voluntatem
nostram declaremus et digna meritis vestris inicia iaciamus
premiorum, ab his, que ad auctoritatem et famam vestram
augendam plurimum conferre visa sunt exordium capere sta-
tuimus. Quam obrem cum binis priuilegijs nostris rempubli-
cam vestram Archirectoratus dignitate et cera rubra sigilandi
auctoritate honoris causa decorauerimus, Placuit nobis, preter-
ea ad maiorem ornamenti vestri splendorem, eam nouis ar-
mis insignire, Et cum diligentius animo inquereremus quid
admirande constantie ei singulari fidelitati vestre magis pro-
prium esset, nihil fenice nobilissima insignum tante virtutis
vobis ferendum conuenientius visum est. Nam sicut illa egre-
gia auis, vna tantum, vniuerso in orbe reperitur et post du-
ros labores atque ipsos cineres speciosior ac robustior reui-
uescit, Sic vna ciuitas vestra est, que in toto Regno nostro
dalmatic in fide et fidelitatis integritate in temptationibus per-
mansit, et post multos labores magnasque calamitates, quas
sepius forti animo, pro inuiolata fide sustinuit, Clarius et di-
gnior semper euasit. Ut igitur apud posteros et presertim suc-
cessores nostros Reges Serenissimos exhoc constantissime et
vnice fidelitatis vestre, efficax pro Laude vestra memoriale
permaneat, non derogando ceteris armorum insignijs, quibus
hactenus quoquomodo vsi estis, Sed ea pocius Regia aucto-
ritate confirmando, ex certa nostra sciencia, damus et conser-
rimus uobis hanc tam celebrem fenicem, ea forma hisque co-
loribus, quibus esse traditur et de pingi solet, in campo ce-
lestino, digno vestra celesti probitate clipeo deferrendam,
cuius summitati coronam auream apponimus, in signum tanto-
rum laborum, quos pro nostris nostreque corone opportunis
obsequijs forti animo sustinuistis, qnibus, quidem armis vide-
licet clipeo cum Fenice cum corona aurea super posita, nec
non cum imagine Beatissimi episcopi et Martiris Blasij vexili-

feri et patroni rei publice vestre, eundem armorum clipeum cum corona tenentis alijsque opportunis ipsorum ornamentis, quemadmodum in Capite presentium literarum, picturis, arte sua appropriatis coloribus depicta sunt, vos vestrique successores ciues et comunitas volumus amodo perpetuis semper futuris temporibus, in sigillis, vexillis, cortinis, vellis, et generaliter in quibuslibet actibus atque locis vti et gaudere, ac ea deserre possitis, cum omnibus prerogatiis, honoribus et libertatibus, quibus, alie libere Ciuitates armis vtentes gaudent et fruuntur, harum nostrarum literarum, quibus Sigillum nostrum secretum quo ut Rex hungarie vtimur appensum est, vigore et testimonio mediante. Datum Bude in festo ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. Sextodecimo Bohemie vero tertio.

**Commissio propria domini Regis in consilio
Albertus prepositus Quinqueecclesiensis.**

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCL.

László király az ország nagyainak ajánlására és helyesléssel Ragusa városát az eldőrei és saját személye iránt tanúsított hűsége tekintetéből azon királtsággal ajándékozza meg, hogy a város címere alatt és annak hasznára arany forintokat verethessen. Kelt Budán május 6-dikán 1456.

Commissio propria domini Regis in consilio.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rcx Austrie et Stirie dux nec non Marchio Moraie etc.

fidelibus nostris Nobilibus et prudentibus viris Rectori et consilio Ciuitatis nostre Ragusij nobis sincere dilectis salutem et graciam. Cum nihil conuenientius Regibus esse censeamus, quam suorum fidelium bene merita, dignis exornare premijs, et de uestra constanti fide et fidelissimis obsequijs, quantosque labores et calamitates multociens passi sitis, ut vos progenitoribus nostris diuis similiter huius Regni Hungarie Regibus nobisque gratos se redderetis, essemus per prelatos, Barones et proceres nostros sufficienter edocti, Vniuerso consilio nostro approbante et miram probitatem vestram ac erga Maiestatem nostram singularem fidelitatem plurimum commendaute, Instituimus vos Ciuitatemque vestram vt optime meritam, plurimis et magnis honoribus, dignitatibus, sulragijs, fauoribus. deo nostro nobis vitam concedente decorare, ueluti eos, quos unice fortitudinis et fidelitatis exemplar quocunque munere dignos fecit, ut puta, quorum animi constantiam nulla bellorum grauitas, nulla periculorum magnitudo frangere et a uera fidelitate Regni huius corone declinare potuit. Ut igitur post duos hostiles impetus, quos summa cum fidelitatis integritate virtuteque, his superioribus turbidis temporibus nobis Regno absentibus sustinuistis, hoc nostro in hungariam felici aduentu, optimam nostram erga fidelitatem vestram uoluntatem declaremus et digna meritis vestris premiorum inicia iaciamus ab his, que ad auctoritatem et famam vestram augendas conferre visa sunt exordium capere instituimus. Quamobrem et alijs litcris nostris mediantibus rem publicam vestram Archirectoratus dignitate decorauimus, Cera rubea sigilandi autoritate ornauimus et Arma Fenicis imaginis ad futuram vnicę fidelitatis vestre memoriam insigniuimus. Placuit nobis preterea, propter nostram in vos sinceram dilectionem honoribus utilitatem adiungere. Ex certa igitur sciencia nostra, mera Regia potestatc, et de prelatorum et Baronum nostrorum consilio et assensu damus uobis Libertatem, ut deinceps monetam auream seu florenos, cum signis et imaginibus rei publice vestre cudere uel cudi facere valeatis, vestro iure et beneplacito, Quam autoritatem et specialem prerogatiuam, ex plenitudine Regie liberalitatis, perpetuis semper futuris temporibus uobis elargimur, cum

omni vtilitate, que ex ipsa auri cussione a uobis capi poterit, harum nostrarum vigore et testimonio literarum, Quas sigillo nostro Secreto pendenti, quo ut Rex hungarie vtimur muniri iussimus. Datum Bude in festo ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. sexto decimo Bohemie uero tercio.

Commissio propria domini
Regis in consilio
Albertus prepositus Q. (Quinqueecclesiensis)

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCLI.

László király, tekintve Hunyadi János hajdan Magyarország kormányzója most beszterczi örökösl gróf, megkülönböztetett érdemeit, Rudischa helységére nézve, mellyet az ő adományából (Oklevélétár CCI. sz.) most is békével bír, minden tartozandóságaival együtt új adománylevelet ad. Kelt Budán május 12-dikén 1456.

Commissio propria domini Regis.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, ac Austrie et Stirie dux, nec non Marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod cum Regnum stabile nichil magis quam amor subditorum perficiat Expedit semper principibus gesta munificencia suis se reddere liberales ut dum seruitores, continuis beneficijs sibi conciliant, eos amore

pocius quam timore promtos suis obsequiis allicant, firmosque in fide faciant, Consideravimus itaque hoc respectu clarissimam fidem Virtutes magnificas multimoda obsequiorum genera et fortissima fidelis nostri sincere dilecti Spectabilis et Magnifici Johannis de hwnyad pridem Regni nostri hungarie Gubernatoris nunc vero Comitis perpetui Bisztriciensis qui sicut integritate fidei ceteris clarior ita potenti virtute vsque ad hec nostre etatis tempora Regij status ac honoris et huius Regni conservator magnanimus fuit et columpna. Qucquidem egregia ac Magnifica gesta tum propter sui magnitudinem, tum vero quia ea iam pridem scripta superinde priuilegia nostra laciiori sermone futuris commendarunt seculis ad presens quantum ad eorum specificationem preterire constituimus, hoc tamen superinde prout fidedigno testimonio docemur referre possumus et confiteri, quod hoc Regnum nostrum Hungarie quod preteritis annis nobis extunc apud incunabula et alienam educationem etatem agentibus foris Teucrorum grassante tyrrannide et intus grauissimis dissensionibus et paricidijs confluctuans in pendentि ferme ruina positum extiterat Ipsius Johannis vel sola vel maxime industria magnanimitate Illustribus actibus et bellis maxima virtute confectis crebrisque reportatis Victorij tam externis malis quam civilibus bellis ereptum atque non solum seruatum est sed et dilatatis suis confinibus magnifice augmentatum nobisque et sub nostro nomine tentum, tutatum gubernatum ac postremo diebus hijs eiusdem Regni possessio pacifica fideliter nobis est restituta. Cupientes igitur ad comoda et honorem huius viri benemeriti qui in tot actibus Regnique negotijs non solum carissimos plures et amicos et fratres ac familiares belli sibi calamitate raptos amisit, sed et proprij sanguinis plurimum effudit nostre liberalitatis ne continuare solum sed et accumulare beneficiis. Opidum Rwdischa appellatum, in regno nostro Rascie habitum alias per maiestatem nostram sibi collatum, In cuius pacifico dominio Idem Comes Johannes post huiusmodi nostram collacionem se extitisse et existere asserit eciam de presenti, simul cum cunctis Villis possessionibus et predijs ad Idem pertinentibus Item Montanis fodinisque Auri et Argenti ac Mineribus, et alijs quibusuis me-

tallis , cunctisque alijs vtilitatibus vt puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis siluis nemoribus, montibus, vallibus, aquis, fluuijs, piscinis piscaturis Riuulis aquarumque decursibus, Molendinis ac locis Molendinorum, Vineis Vinearumque promonthorijs, nec non Teolonijis et tributis ac Jure patronatus Ecclesiarum et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus quomodocunque nominatis sub eiusdem veris metis et antiquis limitibus premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus animo deliberato, et ex certa nostre maiestatis sciencia de prelatorum eciam et Baronum nostrorum consilio memorato Johanni Comiti suisque heredibus et posteritatibus vniuersis nove nostre donacionis titulo dedimus donauimus, et contulimus, ymo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum. Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam nostri privilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Penthecostes anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Regnorum autem nostrorum anno hungarie etc. sexto decimo Bohemic vero tertio.

Commissio propria domini Regis.

Az anspachi levelek közöl a budai kamarai levéltárban.

CCLII.

László király elismeri, hogy Cillei Ulriknak a tele tartott számvetés után különböző kölcsönzéseiért huszonhat ezer kiencz száz kilencven három font bécsei fillérrel és e felett 10 fillérrel adósa maradt, mely összeget a közelebbi karácsonkor a székely ököradóból, melytől az országlás szerencsés átvételeért lilleti, ki fogja fizetni, vagy ha ez nem töténnék meg, akármi más jövedelmeiből köteles lesz kincstartója minden más kiadások előtt megtéríteni. Kelt Budán május 14-dikén 1456.

Nos Ladislaus dei gracia Rex Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Austrieque et Stirie dux necnon Marchio Moraie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod quia fidelis noster illustris princeps dominus Vlricus Comes Cilie etc. censanguineus noster dilectus pro nostro ingressu in hoc Regnum nostrum Hungarie pro comodo et vtilitate eiusdem, solamenque Regnicalorum nostrorum feliciter facto pro expensis curie nostre et expedicione stipendiariorum nostrorum alijsque maiestati nostre necessarijs ad requisitionem nostram inque complacenciam specialem quinquaginta duo millia librarum trecentos et octuaginta vnam libras denariorum Wiennensium et decem denarios Wiennenses monete bone nobis ratione veri mutui et subspe generose restitucionis prompta in pecunia quemadmodum hoc exacta calculi racio, coram Reuerendis in Christo patribus dominis Johanne Waradiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi episcopis necnon Magnificis Ladislao de Gara Regni nostri Hungarie palatino, Ladislao de Palocz Judicecurie nostre, Johanne, de Peren magistro thauernicorum nostrorum et Johanne de Rozgon Wayuoda parcium nostrarum Transsiluanarum alijsque nostris consiliarijs Hungaris scilicet et Theutonicis desuper facta euidenter ostendebat, concesserat et accomodauerat, in cuius quidem mutui sortem solucionis nos coram prefatis prelatis Baronibus et Consiliarijs nostris, dicto domino Vlrico Comiti Cilie, viginti sex millia librarum trecentas et octuaginta

*Sat. 16th Reg
mugaria*

X. 525.
Quid fieri tunc posse anti puto pinterit, O mo-
dum nullus et nolumentis et nupcias quo fuit
Regnum anti morte Quo hinc et non Dicitur
voluntur nos Hoc

bras denariorum persoluimus residuo vero videlicet viginti sex millibus noningentis et nonaginta tribus libris denariorum et decem denarijs dicto domino comiti remansimus obligati, de quorum itaque viginti sex millium noningentarum et nonaginta trium librarum denariorum et decem denariorum prefate Wyennensis mōnēte soluzione ipsum dominum Comitem Cilie certum reddere volentes, promittimus quod eidem ac suis heredibus de bobus cx parte Siculorum nostrorum nobis et fisco nostro Regio pro suscepto primitui Regij regimmis officio prouenire solitis infra festum nativitatis domini proxime ventrum, omnimodam inpendemus et inpendi faciemus satisfactionem quoad plenum, casu autem quo solucio huiusmodi de bobus ipsi domino Comiti et suis heredibus facta non fuerit, extunc promittimus, verbo Regio ymmo et omnino volumus, sibi suisque heredibus per thesaurarium nostrum de primis alijs prouentibus nostris vnde cumque prouenientibus pre omnium aliorum prelatorum Baronum militum Consiliariorum siue familiarium nostrorum Salarij siue prouisionis soluzione absque dilacione prefati debiti plenariam satisfactionem fieri rea-liter et cum effectu, volumus eciam ac nos nostrosque heredes et successores nomine quo supra, presentibus adstringimus et obligamus quod si nos quod deus auertat ab hac luce migrare contingeret, antequam dicto domino Comiti siue suis heredibus de prefato debito plenarie fuisset satisfactum quod extunc nostri heredes siue successores Regnum et dominiorum nostrorum prefato domino Comiti suisque heredibus solutionem et satisfactionem modo quo premittitur omnimode impendere debeant et teneantur, harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum Bude feria tercia proxima ante festum pentecostes anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Regnum autem nostrorum anno Hungarie etc. sexto decimo Bohemio vero tertio.

Ladislaus rex
manu propria.

A csász. kir. titkos levéltárból.

Ezen levél utolsó sorait valamint a király saját aláírását használva közöljük.

CCLIII.

Ciskra János Kassa városához intézett leveleben hibáz-tatja azt, hogy helybeli kincstartó tisztséjének a pénzverést megtiltotta kebelében, ez iránt a királynak különös parancsát kivánván előmutattatni; miután pedig ezen királyi parancs már többször közölletett, és mikor kivánandja megint közöltetni fog helybeli várnagya által, a királynak és az ország rendeinek a terendő pénz belső értéke és külös alakja iránt hozott határozatával együtt, meghagyja az említett városnak, miszerint a pénzverést tovább akadályoztatni ne merésselje. Kelt a zólyomi várban május 28-dikán 1456.

Famosi viri Amici dilecti. Exposuerunt nobis Officiales nostri Camere Cassouiensis, qualiter monetam cedere prompti fuerant nouam, ymo de facto volebant. Sed tamen vos, ignoramus quo spiritu ducti et audacia, huiusmodi monetam cudi debentem, cedere non admisistis, nobis in preiudicium valde magnum, literas Regie Maiestatis desuper habere volentes, quas, crebrius vobis sigillorum sue Serenitatis artius corroboratas curauimus demonstare. Ipsiis itaque visis et perfectis satis modicum curatis aduertere, ymo et decretum per suam Maiestatem et Barones constitutum sub qua lega, forma nec non et pondere talis moneta cudi debeat, in omnibus negotiationibus suuim progressum habentibus habemus, quod si etad-huc videre desideratis per Caltellanum nostrum Mathiam vobis afferentur. Videtur eciam nobis ipsam Cameram ad vos minime spectasse, ex quo nos, et non vos, super ea Regalia priuilegiorum habemus huiusmodi obiigamenta. Sed non est aliud factum, prout consideramus, quia per neminem preterquam vos in ipsa cusione monete patimur defectum, cuius ab aliquot an-

nis nullum recepimus profectum et sic magna per vos infertur nobis violencia. Quapropter confidimus vobis, quod per amplius in ea re, errorem nobis non facietis, sed pocius auxilia prebetis ut hominibus bonis exinde debita valeamus persoluere.
Ex Castro Zoliensi Sabbato Quatuortemporum Anno etc. Lvj-to.

**Johannes Giskra de Brandis
 Comes de Saaros etc.**

Kivülről: Famosis viris Judici Juratis Consulibus Ciuitatis Cascha amicis nostris dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CCLIV.

Hunyadi János besztercsei örökösi gróf stb az erdélyi szásszoknak, a nekiek már előbb megküldött királyi levél értelmében szorosan megparancsolja, hogy a minden nap közeledő oszmánok ellen a levél vételével rögtön sejenként és általánosan felkelvén, minden lovagjaikkal és gyalogságok nagyobb részével jól felszerelve és fegyverkezve a jövő ker. János napjára, mikorra ott maga is jelen lenni szándékozik, Karansebesen legyenek a királyi levélben érintett büntetés terhe alatt. Kelt Szegeden junius 12-dikén 1456.

Johannes de Hunyad Comes perpetuus Bistriensis etc. Vniuersis et singulis Saxonibus parcium Transsylvaniae salutem et honorem. Constare non ambigimus vobis aduentus Seuissimorum Turcorum, quos dietim aduenientes exspectamus, Et propter eosdem literas Serenissimi domini Regis Vobis loquentes manifeste direximus. Ideo Vobis et vnicuilibet in persona domini nostri Regis firmiter precipiendo mandamus, quatenus

receptis presentibus sine vlla mora et renitencia aliquali Vniuersaliter et per singula capita vestra, cum omnibus vestris equitibus et majori parte peditum vestrorum, bene armatis et ad bellum dispositis ad festum beati Johannis Baptiste proxime affuturum in campum Karansebes conuenire et congregari debeat. Vbi et nos deo duce ad terminum illum loco in ipso interesse volumus, Et aliud sub penis in literis ipsius domini nostri Regis expressatis facere non ausuri, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Zegedini Sabbato proximo ante festum beatorum Viti et Modesti Martirum. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCLV.

Hunyadi János Besztercze örököös grófja stb. az erdélyi hét szász széket a király nevében újolag meginti hogy, miután a király felkelést parancsoló levelere mind eddig mi jelentést sem tett, a szultán pedig seregével negyed napra az ország határainál leend, fejenként keljen fel, és hütlenség büntetése alatt egész erejével hozzá a Duna révéhez Kevibe jöjjön, hol a jövő pénteken (junius 25-dikén) maga is meg akar jelenni. Kelt Temesvárt junius 22-dikén 1456.

Prudentes et Circumspecti viri, amici nobis honorandi, recordamur vestris amiciciis pridem literas domini nostri Regis domini nostri glorioissimi misisse, in quibus mandat sua Serenitas vestris Amicicijs, vt vos contra Turcos more exercituantium more alias consueto penes nos insurgentes venire debetis patriam vestram defensaturi, de quibus nobis hucusque nulla relatio per vos data fuit. Et quia iam Imperator Turco-

rum in quatuor diebus constituetur cum sua valida potentia in metis Regni predicti. Nosque feria sexta proxime ventura constituimur in Keuinio in portu Danubij, propterea et nunc monemus Vestras Amicicias in persona domini nostri Regis sub Nota Infidelitatis ut mox exercitualiter more alias consueto, ad Keuinum penes nos venire velitis et debeat. Ne hoc Regnum propter neglectionem vestram in periculum incidat. Aliud ergo petimus non facturi si mandatis ipsius domini nostri obedire cupitis. Ex Themeswar in festo decem Milium Militum. Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Johannes de Hunyad
Comes Bistriciensis.

Kivülről: Prudentibus ac Circumspectis viris Magistro Ci-
uum ac Judicibus Juratis nec non toti Communitati Septem
Sedium Saxonicalium Amicis nobis honorandis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCLVI.

Hunyadi János besztercsei örököös gróf, az erdélyi hét
szász széket tudósítja, miszerint már most, mint ezt köreteik
szemeikkal láthatták, a törökkel szemben áll; mire nézze az
istenre kéri, hogy a király parancsa szerint seregeit éjt napot
öszsvevetve, a legnagyobb sietséggel küldje hozzá, megjegyezrén,
miként védelmére Vlád rajdát utasította. Kelt Keriben julius
3-dikán 1456

Circumspecti viri amici nobis honorandi. Quia sicuti per
alias literas nostras Vestris Amicijs significauimus, et quemad-
modum vestri nuncij proprijs luminibus intuiti sunt, Jam cum

Turcis facie ad faciem stamus. Ideo Vestras Amicicias propter deum affectu maiori quo possumus requirimus, quatenus quemadmodum Serenissimus noster Rex suis in literis vobis mandauit vestros homines exercituales post nos die et nocte festinanter transmittere velitis. Et aliud pro vestro commodo non faciat, ecce enim commissimus Wlad Wayode ut pro defensione vestra semper inuigilet et intendat et Aliter petimus in premissis non facturi (így!) Datum Keuinij secundo die festi visitationis Marie Virginis Anno Domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo sexto.

Johannes de Hunyad
Comes Bistriciensis.

Kivükről: Circumspectis viris Judicibus et Juratis Senioribus Septem Sedium Saxonicalium parcium Transsylvaniae Amicis nobis honorandis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCLVII.

Palóczi László országbiró Perényi János tárnok és több más országnagyai a köztök és Thalafuz János közt kötött szerződés értelmében a Thalafuz által nekiek átadott jázsói erősséget Kassa városának olly feltétel alatt készbesítik, hogy, ha ök az emlitett cseh kapitánynak lekötelezett pénzfizetésekkel a határnaponkon túl késnénék, az annak visszazzolgáltathassa; egyszersmind a mondott városnak ezen erősség sentartására 200 arany forintot utalványoznak, sőt az ezen folyül ne talán tündök és törvényesen bebizonyítandó költségei megléritését igérik. Kelt Zemplén mezővárosában julius 15-dikén 1456.

Nos Ladislaus Episcopus Agriensis, Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Regie, Johannes de Peren Thauernicorum

Regalium Magister , Simon de Palocz, Stephanus de Homonna,
 Johannes de prefata Palocz, Bartholomeus de iamfata Homonna,
 Jacobus Czwdar de Olnod, Siluester de Thorna et Paulus Mqd
 drar etc. Memorie commendamus Quod quia Judex et Ciues
 Ciuitatis Cassouiensis secundum compositionem et dispositio
 nem nunc inter nos ab vna ac Johannem Thalafwz parte ex
 altera factam fortalitium Jazo a manibus dicti Johannis Thala
 fwz tamquam ad manus communes per ambas partes electas
 ad petitionem nostram occupare et ad certum tempus conser
 uare habebunt. Ideo eisdem Judici et Juratis Ciubus dicte Ci
 uitatis Cassouensis indulgemus et annuimus , quod si nos se
 cundum declarationem literarum nostrarum obligatorialium
 Johanni Thalafwz super ipsa compositione emanata datarum,
 primum vel ultimum terminos solutionis per nos dicto Johanni
 Thalafwz fiende negligeremus , tunc ijdem Judex et Ciues di
 cte Ciuitatis possint et plenam habeant auctoritatem dictum
 fortalitium Jazo secundum continentias literarum compositio
 nalium inter nos et dictum Johannem Thalafwz initarum , ei
 dem Johanni Thalafwz condescendere et resignare et in ma
 nus dare. Promittimus insuper eisdem Judici et Juratis pro
 uberiori conseruatione ipsius fortalitij de pecunijs taxe pre
 sentis ducentos florenos auri dare et administrare. Casu vero
 ubi ijdem Judex et Jurati pro necessaria conservatione ipsius
 fortalitij ultra bec plures expensas necessario facere habuerint
 et nos superinde conscientiose informaverint ultra hec plura
 exposuisse, tunc promittimus illam excrescentiam expensarum
 eisdem persolvere, harum nostrarum testimonio literarum me
 diante. Datum in Opido Zemplen in festo divisionis Apostolo
 rum Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo
 sexto.

Kassa városa levéltárából.

CCLVIII.

Turócz megye alispánja és négy szolgabirája bizonyáságot tessnek arról, hogy néhai Nagy-Csepcseni Mátyásnak, Mósócz városa örökös birájának, fia Gergely, Nagy-Csepcsen és Mutnya helyiségekben fekvő birtokrészzeit, a rokonok törvényes megintésének előrebocsátása után, édes anyjának Dorottyanak és mostoha apjának Mattyssonnak 12 forintért elzálogosította mind addig, míg a zálogösszeget letehetően, azt visszaacélthatja. Kelt Szent-Mártonban september 30-dikán 1456.

Nos Stephanus Vice Comes cum quatuor Judicibus Nobilium in Comitatu Thurocz constituti. Damns pro memoria. Quod Gregorius filius quondam Matthie de Magna Czepczin, Aduocati Oppidi Moys, coram nobis constitutus personaliter, quadam sua necessitate ductus, in hunc modum fatebatur. Quia suas portiones possessionarias opporteret ipsum pignorarie obligare in eadem magna Czepczin et Muthna existentes et habitas, pro eo sine nutu et voluntate fratrum suorum condiuisionalium sibi hoc pacto ex quo non licet, prout consuetudo regni exigit, petiuerat ex nobis hominem, cum sigillo nostro, quem miseramus ad dictos suos fratres condiuisionales, videlicet in utramque Czepczin et Muthna existentes, ipsos monendo, imo innotescendo, si quis ex ipsis dictas suas portiones possessionarias vellet pro se recipere hoc titulo, qui idem noster homo missus ad ipsus per nos, nobis retulit, quod ijdem non haberent facultatem pro se recipere. Sed cuicunque homini in eum modum valenti posset obligare omnino permisissent. Quare ipse Gregorius predictas suas portiones possessionarias ultrasque semper in Comitatu Thurocz sitas, cum Sessionalibus locis, domibus, hortis, terris cultis et incultis, pratis, nemoribus siluis, campis et cum uniuersis utilitatibus et pertinentijs ipsas suas portiones tangentibus, Nobili Domine Dorothee matri sue

vterine , et Mattyssoni , pro nunc marito ipsius Domine Dorothee vitrico videlicet suo , in duodecim florenis puri auri pignori obligat coram nobis , ut dicebat iam plenarie ab ipsis receptis et habitis , Tam diu ipsas portiones per ipsos habendas , vten das et possidendas , quousque ab ipsis redimere valuisset , et semper liberam habeat redimendi facultatem omni , etiam estimatione semota nisi in specie dictis duodecim florenis repositis prius et semotis . Et non alio tempore nisi post festum beati Michaelis Archangeli depositis remittantur , Supplicatque nobis idem Gregorius , ut ipsos Dominam Dorotheam cum dicto suo marito , in dominio dictarum suarum portionum possessi oniarum usque ad tempus redemtionis , contra omnes illicitos impeditores , pacifice et quiete debeamus conseruare , et con seruando defensare , prout ordo juris ad hoc depositit , testi monio presentium mediante . Datum apud S. Martinum , feria proxima post festum beati Michaelis Archangeli . Anno Domini M.CCCC.LVI.

Székely Sámuel gyűjteményéből.

CCLIX.

János a premontrei szerzet főapátja , és a szerzet apát jaik káptalanja , Zsigmond osztrák herczeget a szerzet iránt mutatott jótéteiért annak minden érdemeiben részesíti , halála esetére mind azon misék , viraszások , imák és ajánlatok megtételét igéri , mellyek illy esetben az apátokat illetik , feleségét Ilonát is társulatába felvécén . Kelt Saintquintaineben october 10-dikén 1456.

Illustrissimo ac potentissimo principi et , domino , domino Sigismundo Austrie Stiric Carniolie duci Et Thirolis Comiti domino nostro ac preceptorи metuendissimo Sui humiles ca-

pellani et deuoti oratores Johannes permissione diuina premonstratensis Abbas, Et Abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale. Humilimam Recommendationem paratissimumque seruitum et orationes vtinam in Christo salutares, Et si desiderium deuotionis intense quo Christifideles ad supernam jherusalem aspirare videmus merito nos jnuitet, vt, eorum deuotionem quantum cum deo possumus deuotis et assiduis precibus adiuueimus potissime tamen deuotionis jlliis nos ad hec jnuitare debet affectus per quos loca et persone nostri ordinis ampliari atque prosperum statum etiam tutelam consequi possunt opportunam, Ea propter Illustrissime ac potentissime princeps plenam participationem omnium bonorum spiritualium que fiunt et de cetero sient jn vniuerso ordine nostro tam in vita quam in morte illustrissime dominationi vestre supplici concedimus in domino caritate addicentes de gracia speciali vt cum obitus vestri dies aduenerit nostroque jnnotuerit Capitulo generali sub presentium testimonio litterarum tantum siet pro vobis in vniuersis ecclesijs ordinis nostri jn missis vigilijs commendationibus et oracionibus atque psalmis, quantum pro vno de confratribus nostris Abbatibus consuevit fieri cum decedit Recolligentes jnsuper vestram illustrissimam dominationem jn tribus missis vna videlicet de spiritu sancto, vna de beata virgine dei genitrice maria et altera pro peccatis a quolibet dicti ordinis sacerdote hoc anno celebrandis et vno psalterio dicendo ab hijs qui non fuerint sacerdotes, et totidem a qualibet nostri ordinis moniali Associantes illustrissimam vestram conthoralem helenam Datum apud Sanctum quintinum in Viromandia sub sigillo nostri generalis capituli Mensis Octobris die decima Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Sedente jbidem nostro capitulo generali.

E. Rousselli.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCLX.

Hunyadi László, besztercsei gróf, királyi főlovászmester, ország főkapitánya stb. az általa bírt Theke városa polgárai s lakosai küldöttjeinek Szabó Lukácsnak és Nosza Pálnak kérelmére, a mondott város azon kiválságait, melyekkel azt atyja Hunyadi János besztercsei gróf egykor megajándékozta volt, helyben hagyja, és atyjának ez iránt kelt minden leveleit minden pontjaikban és záradékaikban megerősíti; mire nézve meghagyja besztercsei várnagyainak, hogy az említett polgárokat és lakosokat ezen szabadalmakban háborítani ne merjék. Kelt Brassóban november 21-dikén 1456.

Nos Ladislaus de Hunyad Comes Bistriciensis, Agazonum Regalium Magister, Capitaneus regni Hungarie Generalis etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit uniuersis, quod venientes nostri in presentiam Providi viri Lucas Sartor et Paulus Noza, incole Oppidi nostri Theke, in persona uniuersorum Ciuium et Incolarum nostrorum in dicto Oppido nostro Theke commorantium, nobis significare curarunt in hunc modum. quod pie reminiscentie Spectabilis ac Magnificus Dominus Joannes de dicta Hunyad simul et Comes Bistriciensis, genitor noster carissimus, cum visa et considerata paupertatis inopia dictorum Civium et Incolarum nostrorum dicti Oppidi, cumque volens ipsum Oppidum nostrum populorum et Inhabitatorum multitudine decorare, nonnullis libertatum prerogativis gratiose dictum Oppidum ac Cives et Incolas prefatos libertasset, petentes nos prefati Lucas et Paulus in persona prefatorum Civium ac Incolarum nostrorum debita precum instantia, ut huiusmodi eorum libertatis prerogativas, ipsis Ciubus et Incolis predicti Oppidi nostri, per prefatum genitorem nostrum iisdem factas, et concessas, gratias et ratas habentes, confirmare dignaremur. Et quia nos,

tam in his , quam aliis vestigia ipsius genitoris nostri , auxilio Dei multum coeptantes imitari, Supplicacionibus prefatorum Civium et Incolarum nostrorum per dictos Lucam et Paulum nobis in persona eorundem factis et porrectis , pro dicti Oppidi nostri augmento favorabiliter inclinati omnes et quaslibet Literas prefati genitoris nostri dictis nostris Civibus et incolis, super libertatibus quibuscunque , et sub quacunque forma verborum latus et concessas, quoad omnes earundem conditiones, clausulas , et articulos , ratas et gratas habentes , prefatis Civibus et Incolis ipsorumque successoribus roboravimus et confirmavimus , imo roboramus et confirmamus presentium per vigorem. Quocirca vobis Castellanis Castri nostri Bistriciensis predicti, presentibus scilicet et futuris stricte precipientes mandamus , et aliter omnino habere nolentes , ipsos prefatos Cives et Incolas prefati Oppidi nostri, in prenarratis libertatibus per iam dictum genitorem nostrum ipsis datis et concessis, Privilegijsque eiusdem presentibus confirmatis, harum serie et iuxta contenta literarum ipsius genitoris nostri illese et indemniter conservare debeatis , ipsoisque in nullis, ultra aut contra, eorum libertates impedire , aut quoquis modo molestare preservatis, aut sitis ausi modo aliquali. Datum in Corona die Dominico proximo post festum beate Elisabethae vidue, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

mp. Dominus Ladislaus Comes Bistriciensis.

Az erdélyi királyi táblának 1838. május 17-kén kelt Átiratából.

CCLXI.

Katalin, Cillei Ulrik gróf özregye, felszólítja Regensburg cárosának tanácsát, hogy a török elleni közönséges hadjáratban részt vett emberei kapitányait férjének Nándor-Fejérvárból történt meggyilkoltatása iránt hallgassa ki, s ezeknek valamásait, hogy bizonyoskodjon használhassa, neki írja meg. Kelt Cilliben, új-esztendő napján 1457. Ezután követi a város feleletének kivonata.

Katharina von Gottes Gnaden, weiland des Hochgeborenen Fürsten Graf Ulrichs, Graven zu Cili cze Ortenburg und in dem Seger sel Wittib.

Ersam und weise, besunder liebe Freunde. So ir Gott dem Almechtigen zu Lob und aller Christenheit zu Trost als freue Leut und gehorsam des heiligen römischen Stuhls weilent loblicher Gedechtniss neben unsfern lieben Herrn und Gemahel dem hochgeborenen Fürsten Vlrichen, Graven von Cili ze Ortenburg und in dem Seger in dem jezundigen gemeinen Zug wieder die wütenden Türken Euer Volk und Hauptleute gar unz gen Grichisch Weissenburg mit all nothdurf surgesehen geschickt habt, in demselbigen Geschloss Griechisch Weissenburg, weiland der benant unser lieber Herrn und Gemahel, dem Gott allezeit gnedig seijn wolle, uns zu grossen Herzeleid, auf viel und manigerlei Versprechen Eid Brif und Wort darauf er Vertröstung und Hofnung gehabt hat, schändlich gemordet und leiblos worden ist, des wir uns euch und aller Christenheit betrüblichen des allerhöchsten, als wir immer können und mögen, mit grosser Bitterkeit unsers Jammers und Gemüths kläglich erklagen, auch von solches Mordes wegen Euer Hauptleut und Volk und von manichen Landen viel andere frumer Leut von solcher Reys worden sind hinterstellig und wieder heimwerts mit grossen Kummer haben wenden und viel Elend in Ungarn

versuchen müssen. Nu zweifeln wir nicht, dan der ehegemelt weiland unser lieber Herr und Gemahel hab insunderheit euren Hauptleuten sein gut Fürnemen mit Euer Hilf der Christenheit zu Nutz wieder die Unglaubigen zu verencken und zu vollbringen ein guten Vertrauen kund getan und geoffnet. Davon bitten wir Euer Freindschaft mit günstigen Willen, dass ihr dieselben euer Hauptleut für euch erfordern und in dem Dingen aigenlichen verhören wollet, und was ir von in werdet vernehmen, uns das mit guter Kundschaft, der wir zu Gezengniss genissen mögen, wider zu schreiben geruhet, als wie des zu Euch ein Vertrauen haben und das fürbas mit dankbarlicher Freundschaft und günstigen Willen mit samt unsren Herren, Freunden und Dienern um Ew und die Euere willig seijn zu beschulden. Geben zu Cili am N. Jahrstag anno domini quinquagesimo septimo.

Gemeiner Reichstadt Regensburgische Jahrbücher III. Theil,
p. 262., ubi una extractus Responsi per Senatum Ratisbonensem dati continetur. Excusat nimirum semet, et quidem lingua atina idem Senatus se de questionali negotio nihil prorsus scire, nec ejus intuitu clarificationem dare posse, cum duces agminum Civitatis ejus illico postquam Futtakinum adpulissent, jussu Regis et Legati Nandor Albam procedere debuerint, hacque ratione notitiam lugubris casus hujus nec capere quiverint.

Czech János közléséből.

CCLXII.

László király Kassa városának a jássói erősség ügyében hozzá intézett előterjesztésére válaszul adja, miszerint Thalafusz Jánost levelében azon szándékáról értesítette, hogy ezen erősség lerontását, ha tán a tárostól e téren kötelezettséget tett volna is, többé ne sürgesse, sőt az erről adott levelet a városnak adja vissza, s hogy ezen kívül Giskrának is megparancsolta, miként Thalafuszt minden ezen téren teendő körtételtől tiltsa el, mire az igérkezett is. Ennél fogva meghagyja a tárosnak, hogy az említett erősséget, melyről ismét gonosz kezekbe jutna, a téren romlására válhatnék, gondosan őrizze, egyszersmind annak iránta mutatott hűségeért és az ezen téren béké fentartására fordított fáradtsásiért köszönetét nyilvánítja. Kelt Budán, január 2-kán 1457.

Ladislaus dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croatie etc.
 Rex Austrieque et Stirie Dux necnon Marchio Moravie etc.
 Circumspecti fideles nobis sincere dilecti. Audivimus et plene
 intelleximus intimata vestra, ex parte fortalitij Jazo etc. ad
 que vobis taliter respondemus, quod scripsimus Egregio Johanni Thalafus certum reddentes eundem de intentione nostra,
 ut non obstante obligatione si quam pro destructione dicti for-
 talitij a vobis aliquando exegisset, vos ad distrahendum et ruin-
 pendum ipsum fortalitium cogere non audeat, literasque si quas
 superinde sibi dedissetis, vobis in specie reddat. Insuper etiam
 ut nil novi facere attemptet, per quod dampna et spolia illis
 partibus et Incolis earundem possent evenire. Misimus pre-
 terea literas Generoso Johanni Gyskra mandantes et exhortan-
 tes eundem, quod et ipse loquatur eidem atque inducat eundem
 Johannem Thalafus, ut se in premissis omnibus voluntati no-
 stre conformare debeat, prout ex oblata per eum nobis fideli-
 tate se facturum promisit. Quam ob rem fidelitati vestre man-

damus, quatenus diligentem et bonam custodiam circa conservationem predicti fortalitij facere et adhibere debeatis. Secns pro nostra gratia non facturi, quoniam bene considerare potestis, si illud iterato in manus aliquorum malefactorum deve-niret, quod Deus avertat, defacili possent evenire Incolis illarum partium mala peiora prioribus. Ultra autem premissa de constanti fidetitate vestra, quam nobis obtulistis, quamque prout plurimorum fidelium nostrorum et presertim relatione fidelis nostri Magnifici Comitis Ladislai de Palocz Judicis Curie nostre docemur, hactenus nobis semper tenuistis et nunc tenetis, ac super diligentia et laboribus, quos pro bono ac pacifico Statu illarum partium proxime preteritis temporibus fecistis et impendistis, fidelitatem vestram commendantes, dignas vobis dicimus grates, proindeque vobis et illi Civitati nostre Regio favore et benevolentia nostra esse volumus pariter et adesse. Datum Bude secundo die festi Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septimo, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimoseptimo Bohemie vero quarto.

Commissio propria Domini Regis in Consilio.

Kicülröl: Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus ac toti Communitati Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CCLXIII.

László király Kassai városát értesítvén, hogy kivánatához képest Abaúj és Torna megyét felszólította a jászói erősségi fentartásáhozi segedelemadásra, meghagyja neki, miként ezen erősséget jó örizet alatt tartsa, azt, akár segítik őt az említett megyék, akár nem, lerontani az ő parancsa nélkül nemerje, s azon esetben, ha a mondott megyék segélyt nyújtani elmulasztanának, őt arról maga idejében tudósítsa. Kelt Budán, január 4-kén 1457.

Cominissio propria Domini Regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croatie etc. Rex, ac Austrie et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Providi et circumspecti viri fideles dilecti. Ecce iuxta vota vestra mandavimus Universitati Nobilium Abawywariensis et de Thorna Comitatuum, ut pro conservatione Castelli seu fortalitij in Jazo iuxta formam literarum nostrarum eis dirceturum ope et auxilio necessarijs succurrant. Qua propter fidelitati vestre strictius mandantes committimus ut sive ydem nobiles vobis ad cōservationem pretactam succurrant sive non, Nichilominus castellum ipsum sub bona custodia conservare debeatis, et sine nostra requisitione diruere et distrahere non audeatis, et ubi pretacti nobiles ad conservationem ipsam succurrere vobis negligerent, nos reddatis bono tempore certiores. Secus non facturj. Datum Bude feria tertia proxima ante festum epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

Kivűlről: Providis et circumspectis viris Judici et Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CCLXIV.

László király, Lukács jássói prépost panaszos előterjesztése következtében, miszerint a jássói erősség jelenleg Kassa városa hatalmában lévén, õ prépostsága birodalmából kirekesztettek, szorosan megparancsolja Kassa városának, hogy minden járt e levél vételével megvizsgálván a panaszló prépost tehetőségét és erejét, ha azt az említett erősségek minden rablók elleni védelmére elégnek találja, a mondott erősséget minden további parancs megvárása nélkül azonnal adja annak által. Kelt Budán, január 20-kán 1457.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmacie Croatie etc. Rex, Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie etc. Fidelibus nostris providis et Circumspectis viris Judici et Juratis Civibus totique communitati Civitatis nostre Cassoviensis Salutem et gratiam. Veniens nostri in presentiam fidelis noster Religiosus frater Lucas prepositus Ecclesie beati Johannis Baptiste de Jazow nostre exposuit maiestati gravissima cum querela. Quod hys guerrarum temporibus propter erectionem et constructionem cuiusdam fortaletij in dicta sua prepositura Jazow existentis, nunc in manibus vestris causa defensionis illarum Superiorum partium habiti, ipse frater Lucas prepositus extra Dominium dicte sue prepositure extitisset, essetque etiam de presenti. Quod cedit in dedecus sue religionis et dampnum ipsius atque oppressionem valde inagnam. Supplicavitque nostre Maiestati idem Lucas prepositus ut ei circa premissa regali sublevamine occurrere dignaremur. Et cum Regie incumbit Celsitudini ut cunctos sibi fideles et subditos in eorum iuribus et bonis teneatur conservare. Igitur fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus statim habita presentium notitia, omnem facultatem ipsius Luce prepositi, sagaci et diligenti provisione conspiciatis, Et si tantam eius facultatem et

potentiam habere conspexeritis, ut ipsum fortalitium de Jazow idem Lucas prepositus contra omnes et singulos illarum partium nostrarum superiorum nocivos homines aut spoliatores, huiusque Regni inimicos, bene, tute, ac sine aliquo timore, necnon illatione dampnorum, que Regnicolis eidem fortalitio vicinis ex ipso possent inferri, sub bona custodia conservare tenere et gubernare poterit. Extunc alio mandato nostro superinde non expectato Ipsum fortalitium de Jazow cum omnibus suis pertinentijs eidem Luce preposito remittere et assignare debeatis manusque vestras et ad vos pertinentium de eodem fortalitio et suarum pertinentijs penitus excipiendo, presentes facta restitutione ipsius fortalitij et suarum pertinentiarum, pro vestra expeditione erga vos poteritis reservare. Secus facere non ausuri. Datum Bude In festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

de commissione Domini Regis.

Kassa városa levéltárából.

CCLXV.

László király hitelesen értesülvén arról, hogy Lukács jássói prépost a helybeli erősséget saját embereivel és saját költségén védelmezni nem képes, meghagyja Kassa városának, miként ezen erősséget a mondott prépostnak át ne adja, hanem mint eddig jó órizet alatt tartsa, és ha erre elégtelen volna, öt erről tudósítsa, mivel azt szétronvatni nem szándékozik. Kelt Budán, február 2-kán 1457.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie Bohemie Dalmatiae Croatiae etc. Rex Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Moravie etc.

Circumspecti fideles dilecti. Scripseramus superioribus diebus vobis in facto fortalitij in Jazo constanti, ut videlicet circum-spectis diligenter et revisis facultatibus et viribus ac potentia prepositi loci eiusdem, si eundem prepositum tantas facultates habere inveneritis, ut Idem ipsum fortalitium bene ac sine periculo tenere et conservare posset, extunc idem fortalitium antefato preposito de Jazo remittere et manibus suis assignare deberetis. Sed cum nunc acerto edocti sumus quod ad conservandum prescriptum fortalitium de Jazo idem prepositus cum suis hominibus ac facultatibus propriis sine illatione dampnorum Ragnicolis eidem vicinis omnino insufficiens sit et impotens. Ideo volumus et fidelitati vestre mandamus sic omnino habere volentes, ut ipsum fortalitium, eidem preposito nullo modo dare debeatis, sed teneatis idem per vos in bona custodia, prout hactenus fecistis, ne ex ipsius amissione, que ex improvida custodia eiusdem defacili sequi posset mala Regnicolis illarum partium eveniant peiora prioribus Ubi autem vos illud tenere et conservare non possitis, extunc super eo nos certos reddatis, quoniam nolumus ut ipsum fortalitium distrahatur seu aboleatur. Secus non facturi. Datum Bude in festo purificationis beate Marie virginis Anno Domini millessimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

Kirülröl: Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CCLXVI.

László király, miután Felső-Nádasdi Hungur, Péter fia részére, annak Hunyad megyében fekvő felső-nádasdi részjószaigára nézve, melyet saját előadása szerint ösei folytonosan birtak, és Ő még most is békével bír, új adománylevelet adott colna, — az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy Őt ezen részjószaigba igtassa be, és az ellentmondókat, a mennyiben illyenek találtaznának, az erdélyi vajdák vagy alvajdák elejébe idézze. Kelt Budán, martius 17-kén 1457.

A hátára van jegyezve az ellentmondás nélkül történt begítatás.

Ladislaus Dei Gratia Hungariae Bohemiae Dalmatiae Croatiae etc. Rex, Austriaeque et Styriae Dux, nec non Marchio Moraviae etc. Fidelibus Nostris Capitulo Ecclesiae Albensis Transsylvaniae Salutem et Gratiam. Cum Nos pro fidelibus servitiis fidelis Nostri Hungur filii Petri de Felső-Nádasd per eum Nobis exhibitis et impensis portionem possessionariam in praedicta possessione Felső-Nádasd in Comitatu de Hunyad existente habitam, in cuius pacifico Dominio Idem Hungur Progenitores suos ab antiquo perstisset seque persistere asserit etiam de praesenti, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissis sicut praefertur stantibus, et dummodo eadem portio possessionaria ad aliquod Castrum nostrum Regale vel ad aliquem Officiolatum illarum partium non pertineat, sub condicionibus servitutibus et oneribus illis, quibus possessiones et villae in illis partibus per praedecessores nostros Reges Hungariae donari conservaverunt, memorato Hungur filio Petri de Felső-Nádasd, suisque heredibus et posteritabus universis novae Nostrae Dominationis titulo vigore aliarum Literarum Nostrarum exinde conlectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in Dominium ejusdem legitime

facere introduci : Fidelitati igitur Vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Laurentius de Hosdát, aut Valentinus filius Stephani, vel alter Valentinus Petheu de eadem, sin Nicolaus filius Erdeu de Batyzfalva seu Petrus de eadem, sive Dionysius de Rákosd aliis absentibus homo Noster ad facies praedictae portionis possessionariae in praefata possessione Felső-Nádasd habitae Vicinis et Commetaneis eiusdem Universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo introducat memoratum Hungur in Dominium ejusdem, statuanteque eandem eidem praemissae Novae Nostrae Donationis titulo sibi incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradicatum : contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Hungur in praesentiam Vajvodarum vel Vice-Vajvodarum partium Transsylvaniarum ad terminum competentem, rationem contradictionis corundem reddituros. Et post haec hujusmodi Introductionis et Statutionis seriem cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus, terminoque assignato eisdem Vajvodis vel Vice Vajvodis—

Datum
Budae feria secunda proxima ante festum Beati Gregorii Papae Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo septimo, Regnorum autem Nostrorum Anno Hungarie decimo septimo, Bohemiae vero quarto.

Kivülről: Fidelibus Nostris Capitulo Ecclesiae Albensis Transylvaniae.

Valamivel alább : Homo Regius Nicolaus filius Erdeu de Bathyzfalva Capitularis Georgius Chori Ecclesiae Nostrae Presbyter, Statutio facta fuit feria quarta proxima post festum Inventionis Sanctae Crucis proxime praeteritum, nemine Contradictore apparente.

Az erdélyi káptalannak dec. 25-kén 1812. kelt átirata szerint.

CCLXVII.

László király tudósítja Krems és Stein városait, hogy ő bizonjos fontos okok miatt László bessztercsei grófot, testvérét Mátyást, Kanizsai Lászlót, Rozgonyi Sebestyént és több másokat az nap elfogatott és ügyei különben jól állanak; igéri egyszer minden, hogy a mit ez ügyben ezután teendő lesz, velük tudatni fogja. Kelt Budán, martius 14-kén 1457.

Lasslaw von Gots gnaden zu Hungern zu Boheim etc. Kunig Herczog zu Österreich und Marggrae zu Merhern etc. Getrewe Liebe, Wir lassen ew wissen, daz wir Lasslawn Grauen zu Bistritz Mathiasn sein Bruder den Kanicz Lasslaw, Rosgan Sebastian und ettlich ander von merklicher vrsach wegen hewt in vunknuss genommen haben vnd vnser Sachen steen von den Gnaden Gots wohl, Wir sein auch frisch vnd gesunt vnd ain freyer Regierunder Kunig, vnd wie wir nu fürbas hier Inn handeln werden wollen wir ew auch zw wissen tun vnd verkunden ew das darvmb ob yemannt anders in den sachen anbrecht, daz Ir des nicht gelawbt. Geben zu Ofen am Montag nach den Suntag Reminiscere in der vasten Anno Domini Lvij-mo vnser Reich dez Hungarischen etc. im Sibencze-henten vnd des Behaimischen im vierdn Jare.

Commissio Domini Regis propria.

Kivülröl: Vnsern getrewen Lieben, dem Richter Rat vnd den Burgern gemainicklich zur Krembs vnd Stain.

Krembs és Stein városai levéltárából.

CCLXVIII.

László király hosszasan előadván az egykori kormányzó Hunyadi János és ennek halálá után fiai László és Mátyás ellene, és hívei ellen elkövetett véltet, melyeknek következtében Lászlónak feje is vételet, biztosítja híveit, név szerint Garai László nádort, Ujlaki Miklós erdélyi rajdát és tótországi bánt, Lendvai Bánfi Pál főajtónálló-, Buzlai László föpohárnok-, Szomszédvári Czernin Henning főlovász-mestereket, Holczler Konrád osztrák honi kincstartót, Rukkendar Farkas kamarását és Jósa véglesi kapitányt, hogy, ha Hunyadi László haláláért öket bárki háborgatná, megtámadná, mind ő mind utódjai öket védeni fogják, és szenevedendő káraikat megítélik. Kelt martius 21-díkén 1457.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie Dux, Marchioque Moravie etc. Ad futuram rei memoriam. Universi conditor orbis cuncta a se creata certo ordine et firma lege stabiens inter homines rationis capaces alias preposuit constituitque Reges et Principes et Magistratus, et eis communem populi cetum adhoc subicere voluit, ut subjectum sibi populum inter se justicia gubernent, liberalitate mulceant et quemadmodum benemerita premiis honorant, ita delinquentes et sceleratos digna scelerum animaduersione puniant, et emendent quantum sui conditoris imitati legem nec bona irremunerata, neque scelera relinquant impunita. Ad universorum igitur tam presentium quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod cum dudum alias nobis a genitoribus nostris in cunis remanentibus, et apud manus Serenissimi domini Friderici tunc regis, nunc vero Imperatoris Romanorum ac similiter Austrie et Stirie ducis fratris nostri educatis Quidam Johannes de Hunyad primus Banus Zewreniensis, et tandem

tempore Wladislai Regis Polonie, qui hoc regnum nostrum contra Deum et Jus majestatis nostre subintrarat et magnam regni nostri partem obediencie sue coegerat, honorem et nomen Wajmodatus Transsiluanie consecutus levato exercitu prium Comitatus nostros Cilie, et Zagorie quos tunc fideles et sincere dilecti consangvinei nostri condam Fridericus et Ulricus Comites Cilie etc. tenebant, et tandem Ducatum nostrum Austrie invasit, et utrumque Comitatus scilicet et ducatum prescriptos preda et spolijs affecit, igneque combussit grauia et inestimabilia rerum dampna inferens in illis — tandem vero per Prelatos et Barones, ac Regni nostri Nobiles ea consideratione quod in absentia nostri directore aliquo carere non poterant in Gubernatorem huius Regni nostri, nomine nostro fuerat deputatus, in quo quidem Officio etsi defensionem aliquam regni egerit, quanta tamen mala, quot turbationes et oppressiones fidelibus nostris intulerit quotidiana eorundem fidelium nostrorum querela usque in presens nos edocet que omnia presentibus inseri nec intentionis nostre est nec loci. Aliqua tamen ex illis commemorare non indignum duximus. Nam quociens terras et bona fidelis nostri Georgii Despoti Rascie, inductis etiam interdum in eisdem Turcis Inuasit et Depredatus est Castraque eiusdem obsedit et expugnavit, Wajuadas nostros Transalpinum et Moldaviensem nobis et Regno Nostro fideles, alios occidi alios expelli fecit, et eorum loco alios, quos sibi obligatos fieri debere putavit superinduxit. Et quamquam hoc tandem medio nobis e manibus prefati Domini Imperatoris Romanorum eliberatis et possessione huius Regni nostri per fideles nostros prelatos et Barones ejusdem Regni quamprimum post libertatem nostram nos nomine tocius Regni visitantes oblata et exhibita Ipse quoque Johannes Gubernator de Hwnyad cum aliis Prelatis et Baronibus nostris, cum tandem ad Possessionem huiusmodi capiendam ingrederemur, obviam venerit, nosque sibi omnes pretactos excessus et singula queque delicta et crimina sua remiserimus, ac insuper magnis ipsum honoribus et donacionibus prosecuti fuerimus, Inter cetera Comitatum Bisztriciensem, cum pluribus aliis Castris nostris sibi conferendo, et mutato solo nomine Gubernatoris, in

Capitaneum generalem huius Regni nostri Hungarie ipsum pre-ficiendo Regnum ipsum , nobis ad suscipiendam Coronam pre-tacti Regni nostri Bohemie proficiscentibus in manibns suis cum omnibus et singulis proventibus nostris Regalibus comiserimus, Sperabamusque propter amplissima beneficia , et honorum fa-stigia que in eum contuleramus , majestati nostre cum Omni sinceritate fidei eum obsecuturum. Sed longe aliter euentum rei accepimus. Nam cum suscepta Corona pretacti Regni Bo-hemie rursum hoc Regnum nostrum ingredi et ejus possessi-one ad arbitrium nostrum frui disposuissemus, misimus non-nulos nuncios et plures eciam ex Prelatis et Baronibus no-stris requirentes eum sub eo debito fidelitatis quo nobis tene-batur Ut Castra nostra Regalia restitueret, et proventus nostros resignaret , seque de cetero ad eosdem non ingereret. Sed Idem Johannes de Hwnyad tunc expressit quo nos animo pro-sequeretur, Vix enim post multos labores et difficultates Ca-strum nostrum Budense de manibus suis extorsimus ceteris omnibus et proventibus nostris Regalibus contra voluntatem nostram rescrvatis neque ad nostram majestatem nisi extorsis a nobis strictissime forme literis Salviconductus eciam ad banc Civitatem nostram Budensem venire Tandemque recedens nun-quam redire voluit pluries vocatus , Sed inductis Turcis Re-gnum nostrum Rascie fere totum per eosdem depopulari de-predari et comburi Illustremque principem Georgium Despotum Rascie Maiestati nostre fidelissimum per Michaelem Zijlaghy, quem Castellatum in Castro Nostro Nandor Albensi deputau-erat , amputatis digitis dextre manus sue captivari fecit, et tam-diui tenuit, quoisque magnam ab eo pecunie summam per eundem Michaelem extorqueret. Postea vero ipso Johanne de Hwnyad de medio sublato , et duobus filijs suis ultipta Ladislao et Mathia paternorum scelerum non solum imitatoribus, sed eciam Id quod pater eorum viuens perficere non potuerat sup-plentibus ab eo remanentibus , Dum nos ad vota et instantiam Prelatorum Baronum et Procerum nostrorum Regni nostri Hwgarię proxime ob ipsius Regni et tocius Christianitatis honorem et profectum de ducatu nostro Austrie premissis mul-tis Crucesignatis , qui se pro fide Christi contra turcos domi-

nice crucis hostes pugnaturos deuouerant moussemus Ciuitatemque nostram Budensem applicuissemus, indixeramus de consilio ipsorum Prelatorum et Procerum nostrorum congregacionem in Oppido Fwtak in facto Turcorum celebrandam Vocauimusque inter alias prefatum Ladislaum Adolescentiorem filium prefati Johannis Gubernatoris sicut ceteros Barones Ut veniret, Proponentes ipsum lateri nostro habere continuum, sed majori parte Baronum in multis laboribus et expensis venientibus a remotis. Ipse qui oportunus venire poterat suum nobis denegabat accessum, nisi prius eum ac prefatum Mathiam Germanum suum de suis, ac eundem condam Johannem de Hwnyad Genitorem suum, qui Regni nostri Hungarie ut premittitur Gubernator collectorque generalis prouentuum nostrorum Regalium per plures Annos exstiterat de hujusmodi prouentibus nostro sive Regni nomine perceptis aliisque sue potestati usurpatis non data ratione absolutos redderemus et expeditos. Et quamquam in eo voluntati sue satisfacere grauiter tulerimus Tamen cum tandem ipse licet post longam expectationis moram ad nos venisset, nos nihilominus ipsum venientem venerabili affecione recepimus satagentes ei ut ipsum ab impietatis via auertere potuissemus verbo et opere sinceriter complacere, Promiserat eciam Majestati nostre Idem Ladislaus prestito corporali Juramento se Castrum nostrum Nandoralbense una cum quibusdam aliis Castris ad Nos ut Regem et Sacram Regni Coronam spectantibus in certo prefixo termino ad manus nostras assignaturum, prefatum illustrem Principem Ulricum Comitem Cilie Auunculum nostrum qui se ad nostra beneplacita obsequiosum ac beniuolum exhibebat, et quem pro decore Curie nostre ac directore rerum nostrarum lateri nostro fidelissime obsequentem iniunctum habebamus, sibi in patrem optauerat, se eidem in filium observatissimum deuouendo, juraueratque nullo unquam Pacto fedus paternum secum initum velle infringere. Quibus sic peractis se processurum in Nandor Albam ibique honesta hospicia necessaria quoque pro Curia nostra dispositurum ut eo decencius nos hospitare valeret, fingebat, Reuera dum eum iliac sequeremur Castroque nostro Nandor Albensi cum Crucesignatis ac nostri

exercitus apparatu appropinquaremus, licet prefatus Ladislaus
 simulata quadam fiducia nobis tunc venerit in occursum. Tamen
 cum tandem adiuissetsemus dictum Castrum pariter mansuetu
 gressu putantes idem ut proprium nostrum et quemadmodum
 promissum fuerat una cum nostris libere ingredi posse, ac in
 eodem prout in alijs Castris tam nostris proprijs, quam Sub
 ditorum nostrorum sascipi debere revereater. Sed multo aliter
 quam sperabamus contigit. Nam mox dum cum prefato Aunn
 culo nostro certisque alijs Baronibus Hungarie et Bobemie,
 paucaque familia nobis immediate a tergo herente Castrum
 ipsum ingredieremur porte Castri ad nutum suum impetuose
 post nos clause fuere. Nobisque in facie Reverendi patris
 Episcopi Titulensis ac College sui Illustris Ducis Burgundie ac
 plurimorum aliorum Oratorum et peregrinorum tunc in copioso
 numero Maiestatem nostram sequencium tanta ignominia illata
 est, ut Cubicularij et familiares nostri domestici persone no
 stre scruentes, qui ex more Curie nostre a nobis deesse non
 debebant, Quum ad nos intromitti peterent armis que quotidie
 deferebant spoliabantur contra libertatem et laudabilem
 consuetudinem Curie nostre. O qualis hec hospitalitas! Sensimus
 in Turribus et latebris Castri Peditum et Stipendiariorum pa
 ratas insidias, comperimus nec ut Regem et Dominum sed ut
 Inimicum susceptos nos habuimus egimusque noctem illam pa
 tuoris plenam, demum succedens mane rerum finem et nuper
 optati filij in susceptum patrem impie conceptam crudelitatem
 commonstravit. Dum tam exigui temporis corriculo ejus vitam
 abstulit. Infremuit namque spiritu obtrictator nominis paterni
 suscepti Prefatus scilicet Ladislaus sequentique luce manus
 cruentas in eum quem optaverat patrem quique Princeps san
 guinis nostri ut puta cum condam Genitrice nostra in secundo
 gradu Consanguinitatis Consiliariusque et terrigena noster
 extiterat iniiciens ipsum, postposito timore Dei et mundi nostri
 in presencia cum quibusdam suis complicibus improuiso Gla
 dio crudeliter interemit. interemptumque deoapitauit funus
 quoque abhominabiliter usque in quintum diem quasi brutale
 Cadauer in cruento suo jacere permisit, rapinas tandem in re
 bus et bonis familiarium suorum et aliquorum etiam nostrorum

committi fecit. Cujus facti horrenda notitia moti prefati Crucesignati ex diuersis mundi partibus contra Turcos ad Majestatem nostram congregati, dimisso tam salutifero proposito ipsorum, ad propria reuersi sunt grauem infamiam Majestatis nostre ac Prelatorum Baronum et tocius nacionis Hungarice de tam impia morte prefati Comitis Ulrici et tam Salutis rei fidei Catholice impedimento secum per uniuersum Orbem deferentes Personam quoque Mniestatis nostre veluti captiuam in quinque diebus extra Castrum ipsum exire passus non fuit. Detinuit preterea prefatus Ladislaus prouentus nostros Regios. In usu quoque Camere Salium diuersa nobis ob suum priuatum commodum intulit dampnosa impedimenta. Nullum eciam ad Jus et honorem Regni voluit habere respectum Sed eleuato corde totum sue potestati subjicere conatus existit. nec erubuit talia presumpmtere, que essent nobis et Regno nostro nocitura. Ingratus beneficiorum condam Genitori suo ac sibi per progenitores nostros ac nos generose exhibitorum. Postremo nos et colaterales nostros ad manus suas recipiens tenuit ad libitum suum quasi Captiuos, et ad Castrum Temesvár nos tandem deductos a nobis inuitis promissionis juratas eciam et literales obligationes super eo, quod decetero sibi et prefato Mathie fratri suo hujusmodi eorum maleficia non imputaremus. Ipse et idem Mathias frater suus exegerunt. Et quamqnam inuiti illas fecerimus Nichilominus tamen nisi ad ultimum cupiditate Regni ducti, prefatijs filijs antelati Johannis Gubernatoris in necem et periculum vite Maiestatis nostre et Consiliariorum nostrorum conspiratos fuisse palam deprehendissemus in tantum, ut nisi prouidere potuissemus intra triduum realiter scelus conceptum in sanguine nostro et nostrorum compleuissent, omnino observare decreueramus et obseruassemus cum effectu. Sed summus justicieministrator, et innocencium rector et tutor misericors et miserator Dominus pretactas machinaciones et contra personam nostram conceputam iniquitatem nobis patefecit, et contra huiusmodi latentes inimicos nostros, utputa prenominatos ladislaum et Germanum suum Mathiam ac quosdam alios suos complices cum assistencia et auxilio Fidelium nostrorum Magnificorum et Egregiorum

Ladislai de Gara Regni nostri Hungarie Palatini Consanguinei nostri cuius non minus quam nostre necis causa in promptu agebatur. Nicolai de Wjlak Wajuode Transsyluani et Bani regni Sclauonie, qui nobis in periculo constitutis cum decenti apparatu armatorum in subsidium nostrum venerat. Item Pauli de Lyndva Janitorum, Ladislai de Buzla pincernarum Henning Czernyn de zomzedwar Agazonum nostrorum Regalium Magistrorum, Conradi Holczler Magistri Hubarum ducatus nostri Austrie, Wolfgangi Rukkendarum Camerarij nostri Jodoci Capitanei de Wegles, nobis victoriam dedit ut ipsos vite nostre insidiatores utputa prefatos Ladislaum et Mathiam filios prefati Johannis Gubernatoris captiuari fecimus. Et tandem seruata Juris forma et post latam contra eos sententiam ipsum Ladislaum juxta sua demerita et suos excessus in publico capite plecti jussimus. Cunctis alijs similia machinantibus in terrorem prefato Mathia et alijs complicibus eorum ex benignitate Regia in vita reseruatis. Ne igitur erga prefatos Ladislaum Palatinum, Nicolaum Wajuodam, Paulum de Lyndva Janitorum, ladislaum de Bwzla Pincernarum Henning Czernyn Agazonum nostrorum Magistros, Conradum Holczler Magistrum Hubarum, Wolfgangum Rukkendar Jodocum Capitaneum de Wegles de tanta fidelitate ingrali videamus Promisimus eis verbo nostro Regio et sub fide nostra Christiana promittimus per presentes nostro et successorum nostrorum Regum nominibus. Ut si eos aut eorum aliquem siue heredes ipsorum quispiam premissorum ratione qualitercumque et quomodocumque inquietare, publicas inimicias contra eos gerere siue eis aduersarij Guerram mouere, aut eos quoquimodo grauare et impedire seu quodcumque dampnum eis aut alteri eorum inferre vellet nos eis, et cuilibet eorum presidio fore, eos manutener protegereque et defensare dampna quoque Si que huiusmodi ex causa qualitercumque pacientur eis generose recompensare volumus et tenebimus realiter et cum effectu. Ad que omnia premissa nos et prescriptos succesores nostros Reges sub prescripta fide nostra obligamus et obligatos haberi volumus presentis scripti nostri patrocinio mediante. Datum per manus Reuerendissimi in Christo Patris Domini Dionisij Cardinalis

Sancti Angeli ArchiEpiscopi Strigoniensis Summi Cancellarij nostri et fidelis sincere dilecti XIJ Kalendas Aprilis Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto. Venerabilibus in Christo patribus, Dominis prefato Dijonisio Cardinali Archiepiscopo Strigoniensi, Stephano de Warda Electo Colocensi, Masio Jadrensi, Jacobo Ragusiensi, Laurencio Spalatensi Archi-Episcopis. Jacobo Sirimiensi, Mathia Wesprimiens, Petro Chanadiensi, Johanne Waradiensi, Matheo Transsyluanensi, Vincencio Wacziensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Thoma Zagrabiensi, Demetrio Tininiensi, Jacobo Traguriensi, Natali Nonensi, felice Scardonensi, Orbano Sibinicensi, Jeronimo Macaranensi, Thoma Farensi, Andrea Segniensi, Vitto Corbauensi luca Corczulensi Episcopis. Alberto Nitriensis et Paulo Boznensis ecclesiarum Electis ecclesias Dei feliciter gubernantibus nec non Magnificis Viris prefatis Ladislao de Gara dicti Regni nostri Hungarie Palatino, Nicolao de Wylak et Johanne de Rozgon Wayuodis nostris Transsyluaniensibus, Comite Ladislao de Palocz Judice Curie nostre Regie, eodem Nicolao de Wylak Machouiensi et Johanne de Marczalij Regni nostri Sclauonie Banis, Zewriniensis, ac regnum nostrorum Dalmatiae et Croatie Banatum, item Comitatuum Themesiensis et Posoniensis honoribus vacantibus, Johanne de Peren Tauarnicorum, Michaele Orzag de Gwth et Paulo de Lyndva Janitorum ladislao filio desew de lossoncz dapiferorum ladislao Buzlaj et altero ladislao de Naghwelgh pincernarum. Nicolao pethew et Hennijng de Zomzedwar Agaznum nostrorum Regalium Magistris Alijsque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores. Ladislaus Rex manu propria (függö-pecsét helye).

A budai kamarai levéltáróból.

CCLXIX.

László király Ulrik passawi püspököt és cancellárját, kit 200 lovaggal magához kivánthat, minden lovagnak egy hétre egy magyar forintot igérve, bistositja: hogy minden káráit, mellyeket emberei szolgálatában vallanak, meg fogja töríteni. Kelt Budán april. 3-dikán 1457.

Wir lasslau von gots gnaden z Hungern zu Behem Dalma-cien Croacien etc. kunig herczog zu osterreich vnd Marggraf zu Merhern etc. Bekennen, Als wir den Erwirdigen vnsern lieben andechtigen Vlrichen Bischofen ze passaw vnsern kannzier mit zwaihundert geraisigen zeroessen her zu vns zekömen eruordert vnd auf yeden werlichen ze rossen all wochen ainen hungrischen gulden ze Sold benennt haben, Also geloben vnd versprechen wir dem bemelten von passaw wissenlich mit dem brief was dieselben geraisigen in vnsern dinsten nach vnserm oder vnsers haubtmans geschäft redlicher scheden nemen die vns wissenlich gemacht werden, daz wir dem bemelten von passaw die zusamt dem Sold nach desselben vnsers haubtmans vnd vnserer rēt Rate vnd erkanntnuss gnediklich entrichten wellen vnd sol Im solcher Sold vnd schaden zu wienn in vnd aus geen vngauerlich Mit vrkunt des briefs Geben zu ofen an Sunntag Judica in der vassten, Anno domini etc lvij-o vnserer reich des hungrischen etc im Sibenzehnten vnd des Behemischen in vierden Jaren, Commissio domini Regis in Consilio.

János, szent Miklós prépostjának egy october 14-dikén 1468. kelt hiteles másolata szerint a csász. királyi titkos levéltárban.

CCLXX.

Stubachi Fabri Jakab hittanár, a szónokló rendnek bécsi, tulni és más conventjeinek általános helytartója, Zsigmond osztrák herczeget, és nejét Eleonórát, skót királyi fejedelemnőt, az említett szerzet iránti kegyességeikért a mondott bécsi convent által szerzendő minden lelkijavak részeséivé teszi. Kelt Bécsben, aprílis 19-kén 1457.

Serenissimo Principi ac domino nostro. Domino Sigismundo Austrie Stirie et Carinthio duci Comiti Tyrolensi etc. ac gloriosissime domine Eleonor Regine Scocie eius consorti Frater Jacobus fabri de Stubach Sacre theologie professor Necnon et super Conuentus Wiennensis Tulpensis ac quosdam alias fratrum ordinis predicatorum vicarius generalis Salutem et prosperos semper ad cuncta successus Quia illi. quos carnis origo virtutumque norma nobiliores produxit in lucem. et potestas amplior, preconio celebri sublimauit varijs rerum euentibus. Inter aduersa mundi et prospera sepius colliduntur. et periculis patent plurimis Nisi spiritualibus adiuti suffragijs. ad salutaria dirigantur Hinc est quod ego fidei et deuocionis vestre eximie sinceritate quam ad nostrum specialiter geritis conuentum exigente beneficijs quoque et fauoribus. quibus nos et ordinem semper prosecuti estis, debita recognicione pensatis Sublimitati vestre, omnium missarum oracionum vigiliarum abstinenciarum Jejuniorum predicationum. laborum. ceterorumque bonorum, que dominus noster ihesus cristus per fratres dicti Conuentus fieri dederit vniuersos participationem concedo specialem In vita pariter et in morte vt multiplici suffragiorum presidio et bic augmentum gracie et in futuro mereamini eterne vite premium possidere In cuius concessionis testimonium Sigillum officij mei duxi presentibus appendendum

Datum wienne tercia feria infra octauam pasce anno domini
Millesimo quadringentesimo Quinquagesimo septimo.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCLXXI.

Liptai Péter, a szabad művészeti mestere, kassai népéssz, az egri egyházmegye bírája és biztosa, mint bizonysos Byrkammern Katalin kassai polgárnő és Márk lőcsei aranyműves közt sem-forgó peres ügyben a szent-szék követe János bibornok által nemelly más társaival együtt kinevezett bíró, Józsának a szent Ulrik és Simonnak, a szent Anna oltárai igazgatóinak, a kassai sz. Erzsébet-egyházban maghagyja, hogy az említett Márkot a törvényszék előbbi határozata következtében valamely-lyikök Löcsén felkerestén, a közelebbi szerdára, azaz január 22-kére a törvényszék elibe ujra idézze meg. Kelt Kassán, június 20-kán 1457.

Petrus de Lyptovia Artium liberalium Magister, in Sacrapa-gina Baccalaureus Plebanus Cassouionsis, Agriensis Dyocesis Judex et Commissarius, per Reverendissimum in Christo Pa-trem et Dominum Johannem miseratione Divina Sancti Angeli SacroSancte Romane Ecclesie Dyaconum Cardinalem, per Ger-maniam, Hungariam, Regna et Terras Thurcis subiectas et illis finitimas Apostolice Sedis de latere Legatum specialiter de-pulatus, in quadam causa de et super declinatione fori, sive foro competenti, inter honestam Katherinam Byrkammern Ci-vem Cassoviensem ex una, et quemdam Marcum Aurifidem Laijcum de Lewcha, Strigoniensis Dioecesis, partibus ex altera, vertente, unacum quibusdam Collegis in literis Commissionum nobis exhibitarum, quarum tenorem propter earum prolixitatem hic inseri omisimus, hesitanti tamen, cui licebit fidem indubiam

faciemus expressatis, constitutus et deputatus. Discretis viris
 Jodoco Sancti Udalrici et Symoni Sancte Anne Altarium in
 Ecclesia nostra Parochiali Sancte Elizabeth ibidem Cassovie
 fundatorum et erectorum Rectoribus Salutem in Domino et
 mandatis nostris ymoverius dicti Domini legati obedire. Nove-
 ritis Nos in forma Judicum novissime die Jovis Septima vide-
 licet mensis Aprilis inter cetera partibus pententibus et con-
 sentientibus in dicta Causa terminum, ob spem Amicabilis com-
 positionis et concordie interveniente primam, scilicet diem ju-
 ridicam post Octavas festi Penthecostes nunc preteriti presi-
 xisse et assignasse. Quo adveniente et nulla compositione sive
 concordia celebrata, nobisque in loco consveto pro Tribunali
 sedentibus, et partibus comparentibus, prefatoque Marco in
 eodem termino nihil quod esset de forma juris faciente, Ni-
 chilominus ne Idem aliquod gravamen in ea parte valeret al-
 legare decrevimus ex superhabundanti eundem denuo citarj,
 vobis seu alteri vestrum, qui presentibus requisitus fuerit, in
 virtute sancte obedientie firmiter et districte precipientes man-
 damus, quatenus mox visis presentibus, Domum hospitij dicti
 Marci, aut alias ubi eius presentiam commode habere poter-
 tis, personaliter accedatis, eundemque ad nostram evocetis
 presentiam, quem et nos presentibus sic citamus nt proxima
 feria quarta nunc instantे videlicet infra octavas festi Saora-
 tissimi Corporis Christi, coram nobis in loco nostri Consistorij
 hora tertia legitime compareat, ulterius in dicta causa ad pro-
 cedendum videndum et audiendum. Certificantes eundem quod
 sive compareat sive non, Nos ad comparentis partis instantiam,
 ad ea que juris sunt deo dante utique procedemus cuiuscunque
 partis contumacia seu absentia non obstante. Et quitquid in
 premissis fecerelis nobis executive rescribatis. Datum in Loco
 nostre residentie sub Sigillo nostro Maiori feria secunda scili-
 cet infra octavas festi Sacratissimi Corporis Christi prenotati
 Anno eiusdem M-o CCCC-o L-mo septimo.

perme Johannem de Thresschin
 Notarium.

Kiöülről feljebb : Die Mercurij XXij mensis Junij partes introrsuscripte comparuerunt, A. exposuit actionem suam, parti adverse assignatus est terminus ad vigesimum quintum diem eiusdem menais.

Alább : Ego Jodocus et Symon Altarista Sancte Anne executi sumus mandatum feria tertia hora vespertina.

Kassa városa levéltárából.

CCLXXII.

János az ysenheimsi szent Antal conventjének preceptorá, tudósítja Zsigmond ragy annak tácollétében Albert osztrák főjedelmet, hogy ura a francia király őt minap magához hivatalán, bizodalmasan sokat közlött a leányba Magdalna és László magyar király között kölendő házasság iránt, melyre a király és övéit igen hajlandóknak tapasztalta; azért is, nehogy a késelemből visszély eredjen, olly köretek küldését ajánljva, kik e fontos ügyet minden király bocsületére elvégezhessék; egyszer mind netalán kívántatandó szolgálaitát ajánlja. Kelt Strassburgban, június 28-kán 1457.

Illnstrissimo et excellentissimo principi et domino domino Sigismundo dei gracia Austrie etc. duci domino meo et protectorj graciosissimo.

Et jn eius absencia jllustrissimo domino duci Alberto etc. detur Wienne.

Illustrissime et excellentissime princeps et domine mi graciōsissime. Premissa humilima Recommendationc. Fui semper sum et ero fidelissimus seruitor excellentissime domus Austrie et vestre. j. d. et vbi possem honorem et exaltationem ipsius

procurare. omnibus viribus meis jd efficerem. Prout scribo strenuo militi domino Jacobo Trap fideli seruitori vestro. Christianissimus dominus meus Rex francie fecit nuper me venire ad presentiam sue maiestatis et multa michi fecit secrete aprire super matrimonio deo concedente jn breui tractando inter illustrissimum dominum ladislaum Regem etc. et dominam magdalenam eiusdem Regis francie filiam. Ad quod perficiendum vidi et cognoui voluntatem Regis et omnium suorum, esse bene inclinatam. Itaque videtur michi quod Res ipsa sit cito et bene prosequenda, quia periculum posset ex negligencia oriri. et si prosequatur, mittantur tales qui sciant et possint tam magnum et altum negocium ad honorem vtriusque Regis terminare Et si jn hac aut aliis quibuscumque Rebus tangentibus vestram j. d. possim aliquid efficere, precipiat michi, qui semper pro viribus nitar obedere mandatis eiusdem illustrissime dominationis vestre Quam dominationem conseruare et prosperare dignetur altissimus. Datum Argentine in vigilia Appostolorum petri et pauli. Anno etc. lvij-o.

Eiusdem j. d. v.

Humilimus seruitor Johannes preceptor sancti Antonij de ysenheim.

A csász kir. titkos levéltárból.

CCLXXIII.

László király tudósítja Eisinger Ulrikot, hogy két hét vagy legfeljebb azon túl még károm nap mulva Csehországba indul; mire nézve meghagyja neki, hogy öt Holabrunnban ragy Znaimban várja és Prágába kisérje. Kelt Bécsben september 3-kán 1457.

Dem Edeln, vnnserm Lieben getrewen
Vlrichen Eijczinger von Eijczingen

Lasslaw von gotes gnaden zu Hungern zu Beheim etc.
kunig Herczog zu Österreich, und Marggraue zu Merhern etc.

Edler Lieber getrewer Wir Lassen dich wissen, daz wir vns, von hewt über vierczehten tag, oder auf das lengst drei tag darnach, nachstkomend von hinn gen Beheim erheben werden. Dauon emphe lhen wir dir ernstlichen vnd wellen, daz du zu Holabrunn oder zu Znoym. auf vns wartest, vnd mitsambt andern mit vns dich gen prag fügest, vnd reittest, vnd dich darInn nichts Irren lasses, das ist gennczlich vnser maijnung Ge-
ben zu Wienn, an Sambstag nach sand Gilgen tag Anno do-
mini etc. Ivij-o Vnnser Reich des Hungrischen etc. im Ach-
zehenden. vnd de s Behemischen im vierden Jaren.

Commissio domini regis
per Magistrum hubarum.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCLXXIV.

A pannonhegyi sz. Márton monostorának conventje bizonyságot tesz arról hogy Garai László nádor, Miklós fia, előtte személyesen megjelentén, élő szóval előadta, miként atyja Miklós a győri püspökséget néhány érig világi kézzel kormányozta, jövedelmeit kénye szerint használta s azon igéretét, hogy a győri egyházat ennek fejében épületekkel diszesítendi, hirtelen halála miatt nem teljesíthette; mire névre az atyja vélkeért az isteni bosszút elkerülendő, és atyja lelkének üdvét előmozdítandó, Veszprém megyében fekvő Somlyó várát minden tartozandóságával, a maga és fia Jób halála után, a győri püspökség részére örökösen bevallotta. Kelt september 14-dikén 1457.

Nos Conventus Monasterii Sancti Martini Sacri Montis Pannonie Memorie commendamus Quod Magnificus Ladislaus filius quondam Nicolai de Gara Regni Hungarie Palatinus ad nostram personaliter veniendo presentiam vive vocis oraculo sponte dixit, et confessus est hunc in modum. Quomodo prefatus quondam Nicolaus Pater suus, dum scilicet in humanis degisset, Ecclesiam Jaurinensem consequenterque Episcopatum illius Ecclesie per nonnullos annos manu laicali tenuisset, et gubernasset fructusque et quoilibet Proventus redditusque et obventiones eiusdem Ecclesie Episcopatus Jaurinensis levasset recipissetque et perceperisset et ad usus suos secundum libitum suum convertisset et exposuisset, formans sibi conscientiam ipsam Ecclesiam que a tempore fundationis eiusdem edificiis et structuris satis exiliter fundata fuisset, cuiusque fructus proventusque et redditus sibi recipere et levare non licuisset murari atque edificiis construi et decorari facere promisisset. Sed divino nutu morte preventus ipsam Ecclesiam Jaurinensem murari construique et edificiis decorari facere

propter eins brevem vitam nequivisset, et neque potuisset in ipsiusque Domini Ladislai cordis armario pie recordationis exhibitio instinctu divino accensus descendens animadvertisendo ne divina ultio excessum Patris sui ne dum in futuro, verum etiam in hoc mortali seculo pena horrende mortis vel orbaliitate prolium ab ipso vindictam appeteret, et Beata Virgo Maria mater misericordie et Imperatrix venie cuius Ecclesiam quondam prefatus Nicolaus Pater suus manu laicali diutius et satis longe tenuisset cuiusque meritis et precelsis precibus animam quondam ipsius Nicolai in coelesti Patria ante conspectum unigeniti Filij sui Redemptoris humani generis pie sperat confoveri adversus animam ipsius quondam Nicolai genitoris sui conqueri dignaretur. Castrum suum Somlyo vocatum in Comitatu Veszprimensi existens et habitum simulcum universis suis pertinentiis et tenutis, quod quoisque nutu Divino ipse consequenterque Job filius suus in hoc mortali seculo in humanis agerent sibi ipsis et usui duntaxat reservans post felicem mortem ipsius Domini Ladislai si ipsum prius et ante prefatum filium suum Job mori contingat duntaxat ad ipsum Job et non suos heredes, et ipso Job mortuo mox et in continenti ad preallatam Ecclesiam Jaurincensem et Episcopum eiusdem Ecclesie pro tempore existentem, ubi autem ipsum Job prius, et ante ipsum Dominum Ladislaum mori contingat, extunc immediate post ipsius Domini Ladislai felicem mortem ad predictam Ecclesiam Jaurinensem et Episcopum eiusdem pro tempore existentem perpetuo Jure derivari, condescendique et devolvi debere reliquisset et statuisset, imo reliquit et statuit. Coram nobis harum Literarum nostrarum Testimonio et vigore mediante. Datum in Festo Exaltationis Sancte Crucis Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

A pannonhegyi convent levéltárából.

CCLXXV.

László király előadván, miszerint cancellárját Ulrik passzaui püspököt, 70 lovassal Francziaországba küldvén, mivel hirtelen úti költséggel el nem láthatta, 5000 magyar főrintnak sajátjából kölcsönzésére, vagy más valakitől akár az ő, akár a maga nevében leendő fölvételére megkérte, magát ezen összegnek, és ha a költség többre menne, a fölöslegnek is Passzauban jövő karácsonykor leendő lefizetésére kötelezi, olly feltétel alatt, hogy a püspök haza-jövetelével neki számot adjon, és ha kevesebbet találna költeni, a fenmaradó összeget neki megtérítse; egyszersmind kötelezi magát a püspök és emberei ezen utban szennedendő kárainak megtérítésére; melly kötelezettsének ha eleget nem tenne, neki s utódainak engedelmet ad embereit, akár hol találandja őket, letartóztatni mind addig, míg elégítétekké szerezhet magának, a nélkül hogy ez sérelemnek tekintethessék. Kelt Prágában october 21-kén 1457.

Wir lasslaw von gots gnaden zu Hungern ze Beheim Dal-macien Croaciens etc. könig Herczog zu Österreich vnd Marg-grafe zu Merhern etc. Bekennen mit dem brief für vns vnd alle vnser Erben vnd nachkömen Als wir yecz den Erwirdigen Vlrichen Bischofen zu passaw vnsern kannczler in vnsern not-durfftē vnd sachen mit Sibenczig pferdten hin gen franckh-reich mitsambt anndern schikhen vnd nach dem wir ditsmals mit vil merklichen sachen beladen sein, vnd In auf solhe Rais mit zerung so eylund nicht haben wissen fürzesehen Darauf wir an In funf tawsent hungrisch oder ducaten gulden darze-leihen oder die wo Er des bekömen mag auf vns oder sichselbs aufzubringen vnd sich darumb mitsambt andern nach noldurfft-en zuuerschreiben Also daz Er vns auf sein widerkunft da-uon rechnung tu Geloben vnd versprechen wir, demselben Bischof Vlrichen bey vnsern künigliken werden vnd worten

wissenlich in kraft des briefs , daz wir In , sein Nachkömen vnd stift vnd ir Porgen so Sy vmb die obgeschriben Summ verseczt haben. solher Summ gelts auf die nachstkünftigen weichnachten vnuerczogennlich zu passaw in der Stat zu beczalen, vnd Sy vnd ir Porgen trewlich daraus entheben sullen vnd wellen an allen iren schaden vnd an allen abgang doch vorbehalten. daz Er vns von solcher zerung wegen so Er vngeuerlich anhaim kumbt rechnung tu vnd ob sich alsdann erfindet , daz wir jm zu der bemelten Summ hinaus schuldig werden , das sullen wir jm auch nachmals an schaden vnd anuerziehen entrichten vnd beczalen als oben begriffen ist. Ob sich aber in Rechnung erfunde daz Er vns von der vorgemelten Summ gelts heraus schuldig wurde , des sol Er vns gesgleichen entrichten Ob auch der bemelt vnser kannezler vnd die seinen , auf diser rais icht scheden nemen oder empfingen wie sich der begeb vnd benennt mochtt werden denselben schaden geloben vnd versprechen wir in obgeschribner mass , daz wir die gegen jm seinen nachkömen seinem Stift vnd den seinen gnediklichen erkennen wellen in aller der mass vnd wir annern vnsern Reten vnd Sanndpoten so wir yecz auch gen frannckreich schikchen zugesagt vnd vertrösst haben Teten wir aber des alles als obengeschriben ist nicht Wes Sy des dann schaden nemen , denselben schaden sullen Er, sein Nachkommen sein Stift vnd die seinen zusambt dem haubtgut haben zu vns vnsern Erben vnd nachkommen vnd allem vnserm gut vnd mugen darauf vnser lewt in Steten Märckten Dörffern auf wasser oder auf lannd wol aufhalten als lanng vncz Sy haubtguts vnd schadens gennczlich entrichtt vnd beczalt sein vnd sullen damit wider vns oder annder yemant nicht getan oder gefräfelt haben. in kaynerlai weis trewlich vnd vngeuerlich. Mit vrkunt dits briefs Geben zu Prag an freitag der Aindlef-tawsent maidtag Nach Kristi gepurde vierzehenhundert vnd darnach im Sibenundfunfczgisten Jare vnserer Reich des Hungarischen etc. im Achtzehenden vnd des Behemischen im Vierden Jaren. Ladislaus rex manu propria.

János sz. Miklós prépostjának egy october 14-dikén 1468.
kelt hiteles másolata szerint a csász. kir. titkos levéltárban.

CCLXXVI.

Szilágyi Erzsébet, Hunyadi János özvegye, és Szilágyi Mihály macsói bán és nándor-fejérvári kapitány egy-, és más-felül Garai László és neje Alexandrina szövetséget kötnek, melly szerint az utolsók amazokat Mátyásnak, Hunyadi János fiának, a fogszágból kiszabadításában és a magyar trónra emelésében hiven segítendik, másfelől amazok igérik, hogy Mátyás Garai leányát Annát feleségül veendi, és Garait minden hivatalai és jószágai birtokában megerősítendi, kötelezvén magokat, hogy őt mind addig sem a trón sem jószágai birtokába nem bocsátják, mig ezen föltételnek eleget nem teszen. Kelt Szegeden januárius 17-dikén 1458.

Nos Elizabeth Relicta condam Spectabilis et Magnifici Johannis Gubernatoris de Hwnyad Comitis Bistriciensis ac Michael Zilagy de Horogzeg Banus Machouiensis et Capitaneus Castri Nandoralbensis notum facimus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis, Quod cum dudum alias inter nos ab vna, et Magnificum ladislauum de Gara huius Regni Hungarie palatinum, ac Illustrem Dominam Allexandrinam Consortem eiusdem ab altera partibus: diuersis occasionibus ac specialiter pretextu mortis condam Illustris Vlrici Comitis Cilio et Spectabilis ac Magnifici condam ladislai filij prefati Johannis Gubernatoris, similiter Comitis Bistriciensis diuerse emulaciones, contentiones, odia, persecuciones et Iniurie mutuo orte et suscitare fuissent, Tamen nos pro bono pacis quietis, ac pro utilitate huius Regni finem huiusmodi Iniurijs et emulacionibus imponere volentes omnes huiusmodi Iniurias, et quelibet offensionum genera, quibus nos quomodocumque hactenus per ipsum Dominum palatinum ac prefatain dominam Allexandrinam Consortem suam necnon Reuerendum in Christo patrem Dominum Nicolaum Episcopum Quinque. Ecclesiensem et Magnificum

Paulum filium Bani de Lyndwa alias Magistrum Curie Regie
 etc. cunctosque alios adherentes fautores familiares , et partem
 prefati Palatini tenentes qualitercunque , et quibuscumque mo-
 dis offensos nos pretendere possemus , signanter uero in morte
 prefati quondam Ladislai filij Gubernatoris plene , pure et sin-
 cero animo remisimus , et indulsimus et nunquam de eisdem
 ad quamcumque vindictam sumendam reminisci constituimus ,
 neque reminiscimur Cum prefato quoque Palatino , ac dicta do-
 mina Consorte sua et antefatis suis fautoribus et adherentibus
 pacem perpetuam et vnonem indissolubilem fecimus , atque
 cum eodem Domino Palatino et eius Consorte ; ac dictis suis
 fautoribus et adherentibus ad infrascriptas Conclusiones et ar-
 ticulos fide nostra christiana sine dolo et fraude obseruandos
 deuenimus. Primo quod prefatus Palatinus et Domina Allexan-
 drina Coniux sua cum predictis et omnibus alijs suis fautori-
 bus et adherentibus nobis ad querendum dominum huius Regni
 Hungarie et ad faciendum in eodem Regno Hungarie Regem
 Spectabilem et Magnificum Mathiam filium prefati Johannis Gu-
 bernatoris , et pro eliberacione eiusdem nunc in captiuitate
 existentis fideliter adherebunt , Idque quod prefatus Matthias
 liberari , et in hoc Regno Hungarie Rex constitui possit , totis
 suis viribus et omni posse eorum procurabunt et facient , No-
 bisque contra omnes tam forenses , et extraneos , quam Indi-
 genas et Incolas huius Regni Hungarie , qui de Regno ipso dis-
 sentire et se in eodem contra voluntatem nostram Regem fa-
 cere voluerint , cum effectu assistent et nos iuuabunt. Et quod
 Castrum et Civitas Budensis nobis cum omnibus illis , cum qui-
 bus voluerimus libere patebunt , nosque ad Castrum et Ciuit-
 atem huiusmodi pro medietate recipient et admittent , Nosque
 Ciuitates Budensem et Pestensem in(columes con)servabimus
 et contra promissiones prefati Palatini eas non taxabimus. Nos
 quoque promisimus eisdem domino Palatino et Domine Con-
 sorti sue et presentibus promittimus fide nostra christiana , ac
 sub honore et fama nostris in forma infrascripta Jurantes , Quod
 prefatus Matthias filius Gubernatoris filiam eiusdem Palatini An-
 nam ritu Romano sibi in Vxorem ducet , recipiet , et habebit
 sicuti coniugem regiam decet , sine omni oppressa seruili fo-

uebit et tenebit, Ipsumque dominum Palatinum veluti patrem, et dictam dominam Alexendarinam tanquam matrem suam, cum omni honore et reuerencia habebit et tenebit, honoremque Palatinatus, ac Castrum Budense et — — — honores et officia, quos et que a precedenti Rege habuit, et similiter vniuersa Castra, atque Bona eiusdem cum illis disposicionibus et salarijs, quibus ea tenuit, tam nos, quam Idem Mathias immutabiliter sibi seruabimus, et seruabit, et eis contra omnes, cuiuscunque condicionis existant, in suis honoribus, Officijs et — — — otenter manutenebimus et defendemus, tenebitque et defendet. Et vt huiusmodi affinitas et Cognacio sine suspicione ad effectum perduci possit, promisimus et promittimus eidem Domino Palatino et domine Consorti eiusdem sub pretacta fide nostra christiana et Juramento infrascripto, quod possessionem huius Regni Hungarie et specialiter omnium Bonorum paternorum prefati Mathie eidem non dabimus nec permettemus, nisi prius cum prefata filia Palatini contrahat et inter eos matrimonium fuerit consumptum. Volentes habere pro expresso, quod si contingat factum prefati Mathie quoad assepcionem huiusmodi Regni Hungarie ad quod prefatus Palatinus et dicta domina Consors eiusdem totis viribus nobis assisteret tenentur, quomodolibet impediri, vel differri, per hoc affinitas et amicicia huiusmodi inter nos nullatenus impediatur, sed cum effectu perficiatur et obseruetur, Ita tamen quod eiam hoc casu ipse Palatinus nos ad Castrum et Ciuitatem Budensem pro medietate recipere et admittere teneatur, et sit obligatus. Et quod neque nos ipsum et suos, et neque ipse nos, et nostros de eodem Castro et Ciuitate eiiciemus seu eiiciet, sed fideliter et cum omni sinceritate nobiscum ipsis mutuo ageamus. Quodque a modo deinceps, et in antea nos, et prefatus Mathias Ipsi Palatino et domine Consorti sue ac suis heredibus, et e conuerso ijdem Palatinus et eius consors ac sui heredes nobis et heredibus nostris mutuo obligati esse debeamus ad mutua subsidia et auxilia contra quoscunque inimicos, et turbatores nostros preter prefatum dominum Nicolaum Episcopum, et Magnificum Nicolaum de Wijlak Wayuodam Transsiluanum, contra quos, quia prefatus Palatinus se eisdem obliga-

tum esse asserit, si agere quounque casu oporteat, ipsum Palatinum ad ferenda auxilia non artabimus, Ita vt et illis contra nos similia auxilia non prestet. Hoc eciam expresso, Quod si volente Deo cuius iudicio non resistitur, antefatum dominum Mathiam, aut memorati Palatini filiam contingat ab hoc seculo decedere per hoc obligaciones huiusmodi nullatenus impediantur, quin ijmmo sicuti viuentibus ipsis, Ita et morientibus nos, et heredes nostros ipsi Palatino et domine Consorti sue et suis heredibus, et e contra Ipsos dominum Palatinum et dominam Consortem suam, et suos heredes nobis et similiter heredibus nostris premissis obligacionibus teneri volumus, et esse obnoxios. Ceterum volumus, quod si prefati fautores et adherentes ipsius domini Palatini qui presentibus nominatim sunt interserti, vti presenti obligacione nostra, specialiter nos prefatus Palatinus, vt cicius fierj poterit, per suas literas efficiat cerciores. Et vt hec obligacio suprascripta efficacius, et sine scrupulo suspicionis obseruetur, Sicut corporaliter tactis Sacro Sanctis Ewangelij Jurauiimus, Ita et presentibus Jurantes dicimus in hec verba: Sic nos Deus omnipotens, cui omne cor patet, et quem nullum latet facinus, et genitrix Virgo Maria, ac Sanctus Michael Archangelus, atque omnes Sancti et electi Dei, atque hec Sacro Sancti Ewangelij verba perpetua veritate subnixa: In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum adiuuent actusque nostros ad vera — — — — — sicque vitam nostram longiorem faciant, et animas nostras Saluent, Sic quoque Sacraenta Dominici Corporis, et sanguinis tempore mortis nostre accipere, ac post mortem nostram faciem Creatoris nostri videre mereamur, et cum corpore et anima in inferno non sepeliamur, atque Ita de bonis nostris heredes nostri gaudeant, quod omnia premissa et queuis singula premissorum sinceriter, sine omni dolo et fraude obseruabimus, et faciemus obseruari. Quodque pro efficaciiori obseruancia premissorum hoc juramentum in forma prescripta coram Reuerendissimis in christo patribus Johanne Sancti Angeli, et Dyonisio Archi Episcopo Strigoniensi, Sancti Ciriaci in Thermis Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus etc. prefato Palatino renouabimus, et de nouo quam primum fieri po-

(függő-pecsét helye)

(függő-pecsét helye, a pecsét maga hiányzik)

Az anspachi levelek között a budai kamara levéltárban.

CCLXXVII.

Horogszegi Szilágyi Mihály macsói bán, nándorfejérvári kapitány és kormányzó, tudósítja Kassa városát Hunyadi Mátyásnak Pesten az országgyűlés egyező akaratával történt királylyá választatásáról, és megkéri, hogy jelen örvendetes hír visszajelzést Balázs deák solymosi várnagyot a király és az ő kedvéért méltó ajándékakkal jutalmazza. Kelt januárius 24-dikén 1458.

Prudentes et Circumspecti virj Amici nobis sincere diligendi. Quia Domini prelati Barones proceres et nobiles Regni Hungarie uniuersi in hac presenti congregatione generali eorundem in Ciuitate Pestiensi celebrata, divina inspirante clementia Spectabilem et Magnificum dominum Mathiam filium condam Domini Jobannis de Hwnyad Gubernatoris Regni Hungarie et Comitis Bistriciensis, fratrem nostrum carissimum in Regem Hungarie unanimi voluntate elegerunt et prefecerunt, quod vobis pro singulari gaudio et tripudio leticie vestre, ampliorisque commodi Status augmento et incremento huius Regni et vestri, duximus significandum, Volentes itaque vos semper singularibus honoribus et gaudijs ipsius Domini Mathie novi sacratissimi Regis fore participes et consortes fieri. Itaque pro referendis huiusmodi gaudiorum tripudijs, Egregium Blasium literatum Castellanum Castri Solymos fidelem militem ipsius Mathie et nostrum, vestri in medium transmittimus Rogantes vestras prudentias et Circumspectiones quatenus sicuti semper commodum et augmentum domus ipsius Domini Mathie et nostrum dilexistis, sic et presentibus gaudijs et letitijs ipsius Domini Mathie et nostris velitis fieri et esse participes, Gaudetatis itaque et letemini de tantis letitijs, et gaudijs, que deus altissimus e celo ipsi Domino Mathie et nobis ac huic Regno Hungarie presenti die concedere dignatus est, prefatumque

Blasium literatum videlicet latorem presentium eius in persona dignis donis remunerare velitis et curate in prefati Domini regis et nostri complacentiam et honorem Singularem. Datum in Civitate Pestiensi feria tertia proxima ante festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli Anno Domini M-o CCCC-o L-mo octavo. Ceterum rogamus vos, quatenus prefatum latorem presentium simulcum comitiva et rebus suis salvum et securum in suis itineribus tam in eundo quam in redeundo conducere faciatis. Datum ut supra.

**Michael Zylagy de Herogzeg Banus Machouiensis et Capite
neus Nandoralbensis ac nomine et in persona Serenissimi Principis et Domini Domini Mathie Dei gratia Hungarie Dalmacie Croacie etc. novi electi Regis Gubernator in Regno Hungarie constitutus etc.**

Commissio propria Domini Gubernatoris.

**Kiválról: Prudentibus et Circumspectis viris Judici Juratis
Ceterisque Civibus Civitatis Cassouiensis Amicis nobis sincere
diligendis.**

Super hac litera dati sunt latori pro dono florenorum auri
viginti.

Kassa városa levéltárából.

CCLXXVIII.

Szilágyi Mihály gyors hirnöke Sárkány Mihály által tudósítja az erdélyi részeket Hunyadi Mátyásnak Pesten az egész országgyűlés egyező akaratával történt rálasztásáról, egyszersmind öket a külföldiek törekvései miatt vigyázatra serkentén. Kelt Pesten január 24-dikén 1458.

Commissio propria Domini Gubernatoris.

Nihil dubitamus vos per nuncios quoque vestros hic nebis-
cum presentes mox id intellecturos, qualiter in maximum uni-
verse gentis hungare cuius et vos vi sangvinis vestri membra
estis, emolumentum et decus perenne, universi Domini Prelati,
Barones, Proceres et Nobiles Regni Hungarie, assentientibus
et acclamantibus etiam nunciis vestris, in hac presenti con-
gregatione generali eorundem in Civitate Pestiensi celebrata,
divina inspirante clementia Spectabilem et Magnificum Domi-
num Mathiam, filium condam Domini Joannis de Hunyad Gu-
bernatoris, et Comitis Bistriciensis, fratrem nostrum carissi-
mum unanimi voluntate elegerunt et prefecerunt. Quia vero
nuncii vestri ob tractanda gravissima Regni huius negotia hic
adhuc detineri debeant inomisse, hinc ne tanti gaudii publice-
que leticie notitiam serius capere vos contingat, mittimus pre-
sencium exhibitem egregium Michaelem Sarkanum, qui
summa celeritate ad vos venturus, cuncta uberius referre po-
terit. Vos qui Serenissimum Dominum Mathiam in medio vestri
nasci, inter vestros lares educari, primamque juventam agere
vidistis, quive cum merito pre reliquis vestrum cum omni gau-
dii tripudio nominare potestis, aperite et iu partibus illis com-
munis leticie fontes, gaudete, letemini, agiteque Deo optimo
maximo grates pro tanta Partium vestrarum exaltatione, con-
cessaque hac totius gentis Hungare ornamento nonminus ac

salute. Publicorum negotiorum quibus nunc uniuersi urgemur moles, et temporis brevitas vetat plura vobis latiusque scribere, interim vos ad omnes eventus vigiles esse debere, monent exterorum ut nobis certo constat, molimina, ne imparatos nos et vos inveniant. Plura egregius Michael, cui plenam adhibere poteritis fidem, vobis coram significabit. Datum in Ciuitate Pestensi, ipso die felicis electionis Serenissimi Domini Matthie. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo octavo.

A Batthyányi-féle codexból.

CCLXXIX.

Mátyás, Magyarország választott királya — előre bocsátván, miszerint fogáságában Podiebrád György Csehország kormányzója reple barátságosan bánt, őt abból kibocsátotta s királylyá rálasztatását tehetsége szerint előmozdította, továbbá hogy ő még királylyá rálasztatása előtt reple barátságot és rokonságot kötni s Katalin más néven Kunegunda leányát nejül venni igérkezett, — kinyilatkoztatja, hogy Podiebrád jó indulatának viszonzárával most szabadon és éretlen meggondolva, reple és fiaival barátságos szövetségre és rokonságra lép, Katalint magának eljegyezvén, kit egy év alatt, vagy ha lehet még előbb udvarába vinni, és a maga megkoronázatása után királynévá koronázatni s 12-dik évének betöltésével nőül venni magát hit alatt kötelezi, oly feltétellel, hogy, ha időközben szándékát megráltoztatra a házasságlól elállana, Podiebrádnak e megrégetté séért 100,000 aranyat fizetni tartozék, mi alól őt senki fel ne oldozhassa; minek nagyobb bizonyiságára a maga pecséte mellé anyja Erzsébet, Szilágyi Mihály kormányzó s az ország több egyházi és világi nagyjainak pecsétét is függessztette. Kelt Strazsniczon február 9-dikén 1458.

Nos Mathias Dei gratia electus Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Notum facimus universis presentes literas inspecturis,

Quod cum nos post illam capititatem, in qua per Serenissimum Dominum Ladislaum, quondam Regem Hungarie, usque ad ultimum diem vite sue tenti fuimus, demum ad munus Magnifici Domini Georgii de Kunstatt et Podiebrad, regni Bohemie Gubernatoris, devenissemus, ipse Dominus Georgius Gubernator nobiscum amice et fraternaliter egit, nosque in huiusmodi necessitate nostra et turbatione cum omni benvolentia tractavit, et ex huiusmodi captivitate liberavit et libertati restituuit, imo etiam, quantum in eo exstitit, fautor noster fuit et adiutor, ut ad dignitatem regalem eligeremur. Nos volentes huiusmodi benvolentie sue vicem reddere, et etiam de tali beneficio grati esse, promiseramus eo tempore, dum adhuc ad dignitatem regalem electi non fuimus, cum eo amicitiam et individuam fraternitatem et affinitatem inire, contrahere et firmare. Ut igitur ipse Dominus Georgius Gubernator et alii has literas visuri cognoscant, priorem intentionem nostram et voluntatem per hoc, quod post illam promissionem nostram ad dignitatem regalem electi sumus, mutatam non fuisse nec esse sicuti prius in verbo veritatis promiseramus, unionem et amicitiam et fraternitatem cum predicto D. Georgio Gubernatore inire et firmare, ac cum egregia virgine Catherina, alio nomine Cunigundis appellata, secundum ritum et legem Sacre Romane et Christiane ecclesie sponsalia et matrimonium contrahere, ita nunc matura deliberatione prehabita et in libertate nostra constituti, habendo respectum ad favores et beneficia, que ab ipso Georgio Gubernatore in nostra necessitate perceperimus, cum eodem et filii suis, tenore et vigore presentium perpetuam amicitiam et fraternitatem ac benevolentie unionem nunc inimus et firmamus, ita videlicet, quod nos a modo in posterum eidem fideliter consilio et auxilio adhrebimus, et contra omnes eum turbare, opprimere et damnificare volentes ipsum adiuvabimus, illisque qui amici eius sunt et erunt, amici erimus, his vero qui fuerint vel esse voluerint eius inimici, una cum eo erimus inimici. In horum autem omnium confirmationem et observationem solidiorem, ut videlicet ad huiusmodi amicitie et benivolentie unionem etiam vinculum affinitatis, quod ipsa nature lege firmius est, concurrat, illa sponsalia, que cum prefata Catherina,

filia ipsius Domini Gubernatoris, contrahere promiseramus,
 nunc sponte omni via et modo meliori quo possumus, per pre-
 sentes, prestito iuramento contrahimus, ipsamque puellam
 Catherinam, cuius formam, faciem et corporis integritatem
 vidimus, nobis in sponsam et matrimonium more christano ac-
 cipimus et suscipimus, promittimusque eam infra unius anni re-
 volutionem, vel quam citius potuerimus, in nostram curiam et
 ad manus nostras traducere, et precedente coronatione nostra,
 more regni nostri, in reginam coronari faciemus, ac demum
 aveniente recto nubili tempore, id est completis duodecim
 annis ipsam nobis vero et individuo matrimonio copulare. Tali
 obligatione mediante, ut si nos temporis in processu quorum-
 cumque consilio ab huiusmodi contractu et intentione mutato
 voto resiliremus, seu ipsa sponsalia solvere vellemus et dictam
 puellam traducere et nobis in matrimonium copulare nollemus
 aut non curaremus, extunc pro contemptu dicti Domini Geor-
 gii Gubernatoris et prefate puelle, spouse nostre, in pena
 centum millium florenorum Hungaricalium convincamur ipso
 facto, et ad huiusmodi penam et pecuniam reddendam et sol-
 vendam sub fide nostra christiana simus obligati, nec in hoc
 nobis quodcumque auxilium juris canonici vel humani suffra-
 gari valeat, aut nos ab huiusmodi pena et pecunia absolvere.
 Ad que omnia premissa firmiter et inviolabiliter observanda
 nos sub verbo regio et sub fide nostra christiana nos obliga-
 mus et inscribimus testimonio presentium mediante, quod scrip-
 to manus nostre proprie et sigillo nostro annulari consigna-
 vimus. Et in maius testimonium etiam sigilla illustris Domine
 Elisabeth, genitricis nostre, et Magnifici Domini Michaelis Zy-
 lagi, regni Hungarie Gubernatoris, ac Reverendi in Christo
 Patris D. Johannis Episcopi Varadiensis, Vincentii Vaciensis
 Episcopi, Johannis de Rozgon vayvode Transilvanie, Micha-
 elis Orsag de Guth Magistri Janitorum, Johannis filii Vaywode
 de Marczali, Comitis Simigiensis, Emerici de Hedervar alias
 Bani Machouiensis, Sebastiani de Rozgon Agazonum Magistri,
 Stephani de Bathor Magistri Dapiferorum, sunt appensa. Da-
 tum in Castro Straznic fer. V. post festum Sancte Dorothee Anno
 Domini etc. Lviij-o.

Palacky közléséből.

CCLXXX.

Podiebrád György, Csehország kormányzója, Mátyás választott magyar királyyal — ki előbbi igéresei folytán cele barátságos szövetségre s leánya Katalin eljegyzése által rokon-ságra lépett — viszonos barátságos és védszövetségre lép, leányát Katalint neki eljegyzí: azt egy év alatt, vagy ha lehet még előbb neki átadni igéri, ellenkező esetben 100,000 arany fizetésére kötelezvén magát; minek bizonyiságára Csehország több nagyai pecséteiket a Podiebrád mellé függesztették. Kelt Strazsniczon februar. 9-dikén 1458.

Nos Georgius etc. notumfacinus uniuersis presentes literas inspecturis. Quod quia Illustrissimus Princeps, D. Matthias, electus rex Hungarie, Dalmatiae, Croatiae etc. recognoscendo favores et complacentias, quas pro nostra possibilitate eidem in sua necessitate ostendimus et fecimus, tenendo videlicet enim et tractando apud nos cum benivolentia et honore, ac ipsum ex captivitate condam Domini Ladislai Regis Hungarie libertati restituendo; ipse Dominus rex electus nos in amicitiam, fraternitatem et affinitatem, prout promiserat, adoptavit, filiamque nostram Chaterinam sibi in sponsam ad matrimonium legitime suscepit, et cum ea vera sponsalia contraxit et firmavit, ideo nos cupientes et volentes ipsi Domino Regi nosmetipsos vel filios nostros perpetuo obligare, cum eodem Domino Rege tenore et vigore presentium perpetuam amicitiam et fraternitatem ac benivolentie unionem nunc inimus et firmamus ita videlicet, quod nos a modo in posterum eidem fideliter consilio et auxilio adherebimus, et contra omnes eum turbare damnificare opprimere volentes ipsum adiuvabimus, illisque qui amici eius sunt et erunt, amici erimus, his vero qui fuerint vel esse voluerint eius inimici, una cum eo erimus inimici. In horum autem omnium confirmationem et observationem solidiorem, ut

videlicet ad huiusmodi amicitie et benivolentie unionem etiam vinculum affinitatis , quod ipsa nature lege firmius est (concurrat) , nos nunc sponte omni via et modo per presentes, ea volente et consentiente , patro more preicto Domino Regi desponsamus ipsam Catherinam filiam nostram , cuius formam, faciem et corporis integritatem ipse Dominus Rex vidit, sibi que iu veram sponsam et matrimonium legitimum more christiano donamus et damus. Promittimusque eam infra unius anni revolutionem vel quam citius poterimus , in Posonio ad manus Domini Regis sepetacti aut suorum consiliariorum cum plena et omnimoda ab eo auctoritate et potestate missorum traducere et dare. Tali obligatione mediante , ut si nos temporis in processu quorumcunque consilio ipsam filiam nostram predicto Domino Regi in matrimonium dare nollemus, aut non curaremus , ex tunc pro contemtu dicti Domini Regis in pena centum millium florenorum Hungaricalium auri convincamur ipso facto, et ad huiusmodi penam et pecuniam reddendam et solvendam sub fide nostra christiana simus obligati nec in hoc nobis quodcunque auxilium iuris canonici vel humani suffragari valeat, aut nos ab huiusmodi pena et pecunia obsolvere. Ad que promissa firmiter et inviolabiliter observanda nos sub fide nostra christiana obligamus et inscribimus , testimonio presentium mediante , quas sigillo nostro maiori consignavimus. Et in maius testimonium infrascripti barones et domini, videlicet Dominus Georgius de Krawar et de Straznic , D. Johannes de Pernstein , D. Johannes Zagimac de Kunstatt , D. Johannes de Lichtenburg et Vatoria , D. Matthaeus de Sternberg et Luxow , D. Johannes de Cimburg et Giczin , D. Zdenko de Postupic et Lutomysl , D. Wolfgangus de Kray et Landstein , D. Bernardus de Cimburk et Brumovia , D. Jessco de Bozkowic et D. Henricus de Bozkowic eorum sigilla ad nostram petitionem et requisitionem apposuerunt. Datum in castro Straznic feria v. post festum S. Dorothee Anno Domini M. CCCC. LVIII-o

Palacky közléséből.

CCLXXXI.

*Horogszegi Szilágyi Mihály Magyarország kormányzója,
-- Komori Benedek fiai György, László és János panasza következtében, miszerint Thuróczi Benedek varasdi főispán több társaival Noserino falujában lévő udvarukba fegyreresen rontva, azt kirabolta, anyjokat és feleségeiket megölette, közölöök Lászlót és néhai atyjokat Benedeket fogászba hurcsolta s abban 35 hétag tartotta, jószágaikat elfoglalta és nekiek több mint 600 arany kárt tett, a király nerében szorosan meghagyja Gerebeni Vitovszc János tótországi bánnak, albánjának és a Varasd megyei szolgabiráknak, hogy, miután a főispán, ki elébe tartoznának különben az illy nemű ügyek, mint érdeklelt fél nem biráskodhatik, hivassák öszve a varasdi és zágrábi szomszéd nemességet rövid határidőre kikiáltott gyüles alakjában, attól hit alatt regyenek a vád iránt tanúallásokat, és ha ezek a bűntényt ralósítanák, a panaszokat a vádlott által elfoglalt birtokokba minden további parancs várása nelkül helyeztessék vissza, az említett 600 arany forintra nézve téteszenek nekik eleget, Thuróczi Benedeket pedig további büntetése elvétele régett idézzék a királyi személyes jelenlét elébe. Kelt Budán martius 2-dikán 1458.*

Michael Zijlagij de Horogzeg, Regni Hungarie Gubernator etc. Magnisico Johanni Bijthowecz de Gereben Regni Sclavonie Bano, eiusque Vice Bano, nec non Judicibus Nobilium Comitatus Warasdiensis Salutem et honorem, Exponitur nobis in personis Georgij, ladislai et Johannis filiorum condam Benedicti de Komor gravissima cum querela, Quomodo Benedictus de Thwrocz Comes Comitatus Warasdiensis, temporibus non diu preteritis, missis et destinatis nonnullis suis complicibus, armatis manibus et potentialiter, primo ad possessionem Noserijno vocatam in dicto Comitatu Warasdiensi, Tandem vero

nolumus, Vnde licet premissorum Executio per prefatum Benedictum de Thwrocz Comitem prescripti Comitatus Warasdiensis fieri et celebrari deberet, Tamen quia idem Benedictus tamquam in causam attractus pro Judice in hac parte suspecto haberetur, Idem facto in premisso Judex esse non potest, Ea consideracione factum premissum per vos plenarie exequi volimus, Ideo vobis in persona domini nostri Regis et Auctoritate nostre Gubernacionis qua fungimur firmiter committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatenus mox agnitis presentibus omni in hac parte favore amore prece vel contradicione prefati Benedicti de Thwrocz Comitis Warasdiensis postergatis, Ac solum deum et eius Justiciam preoculis habendo. Superquo animas et conscientias vestras oneramus, absque Scrupulo cuiuslibet falsitatis, universis vicinis et commetaneis dictarum possessionum Komor predicte et aliarum prenomina-
tarum Ipsorum exponentium ceterisque Nobilibus conprovin-
cialibus Warasdiensis predictj et Zagrabiensis Comitatum qui-
bus decet et licet ad unum certum et brevem in unum locum
debitum congruum et communem ac ad id aptum per vos ipsis
partibus presigendum et deputandum per modum proclamate
congregacionis generalis Vestri in præsenciam insimul convo-
catis, si ab eisdem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque
eidem domino nostro Regi et sacre corone Regni observandam,
tacto dominice crucis signo per eos coram vobis ac Johanne
Ewrdeg de Marosowcz — — — — — de eadem vel Johanne
filio Thome de eadem Marosowcz, alijs absentibus homine no-
stro et testimonio Capituli ecclesie Zagrabiensis, quod per
ipsum Capitulum barum serie — — — mitti committimus, par-
tibus eciā predictis vel earum legitimis procuratoribus ante
octo dies diei seu termini Inquisitionis veritatis premissorum
ac Execucionis — — — — — per vos ut prefertur eisdem par-
tibus presigendi per unum ex vobis, puta Judicem Nobilium in
aliqua possessionum seu porcionum possessionariorum parcium
earundem illac legitime vocatis accersitis et — — — — —
— — — prescriptas possessiones prefatorum exponentium
modo premisso per prefatum Benedictum de Thwrocz Comitem
Warasdiensem minususte et indebitē occupatas, Resque et

Bona — — — ablata ex huiusmodi veridicis attestacionibus vicinorum et commetaneorum Nobiliumque comprovincialium prescriptorum Warasdiensis et Zagrabiensis Comitatuum facta fore compereritis, Extunc — — nostro mandato superinde nequaquam expectato excluso prius et electo pretitulato Benedicto de Thwrocz Comite, alijsque cunctis illegitimis detentoribus earumdem — — Georgium ladislauum et Johannem de Komor exponentes Rursus et Iterum denuoque et ex novo in dominium earumdem possessionum Komor necnon Pethernijcz Baboch Belewijcz — — Stenno et Wrechetijncz vocatarum in dicto Comitatu Warasdiensi habitarum Reintroducere, easdeinque eisdem simulcum cunctis Ipsarum utilitatibus et pertinencijs un — — — re reintroductos quoque in eisdem contra quoslibet illegitimos impetidores, Et signanter adversus memoratum Benedictum de Thwrocz Comitem protegere tueri et defensare — — empniter manutenere de prescriptis quoque dampnis Sexingentorum florenorum auri iuxta attestaciones vicinorum et commetaneorum ac Nobilium comprovincialium pretactorum Comitatuum (eis)dem exponentibus ex parte prelibati Benedicti de Thwrocz congruam atque omnimodam debeatis impendere satisfactionem nostri in persona et auctoritate presentibus vobis — — et iusticia mediante Contradictione prefati Benedicti de Thwrocz et aliorum quorumlibet non obstante. Nicholominusque pro premissis actibus potenciarj eundem Benedictum de Thwrocz contra annotatos exponentes personalem Regiam Evocet in presenciam ad octavas festi beati Georgij martyris nunc venturas rationem premissorum redditurum efficacem litispendencia si que foret inter ipsos non obstante, Insinuando ibidem eidem ut sive ipse — — — — — nali presencia Regia compareat sive non, Eadem ad partis comparentis instanciam iuxta vim et formam generalis Novi decreti Pesthiensis — — — — — Iteriori dilatione Id faciet in premissis quod Jure videbitur expedire. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum ac Attestacionis satisfactionis — — et — — is seriem cum proprijs et possessionum, Attestancium ac Evocati nominibus ut fuerit expediens per vos et dictum Capitulum

eidem personali presencie Regie octavum — — festi beati — — martyris ad predictum fideliter suo modo rescribi volumus et committimus , Aliud nullo modo facturi in premissis. presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quint(a pro)xima ante Dominicanam Oculi Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinquagesimo Octavo.

Commissio propria domini Gubernatoris
ex deliberatione dominorum prelatorum
et Baronum generaliter facta.

Az eredetiből.

CCLXXXII.

Szilágyi Mihály Magyarország kormányzója meghagyja Szeben városának, hogy Vlād havasalföldi vajdaval, — kinek, mint nehezteléssel értesült, ő adott okot, hogy polgárait károsítssa s kit más leveleben a vele békében élésre felszólított, — béküljön ki s az embereinek tett károkat tértse meg, tudlára adván, hogy ellenkező esetben őt nem segitendi és pártját nem fogandja. Kelt Budán martius 6-dikán 1458.

Michael Zylagy de Horogzeg Nomine et in persona Serenissimi principis Domini Mathie Dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croatie etc. Regis Gubernator, Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus et toti Communitati Civitatis Scibiniensis Salutem cum dilectione. Intelleximus Quod vos , pluribus incitationibus causam movendi Injuriam contra vos , Illustri principi Wlad Wayuode partium Transalpinarum dedissetis, unde vobis plurima mala et dampna euenissent , de quibus vobis non mediocriter imputamus , Sed quia nos , et ipsi Wayuode per alias literas nostras superinde scripsimus vt ipse, vos quiete et

Hunting at Crows Nest Bay
in the "unrestful" Prairie Cumbus &
Hudson Bay Cuckoo Chipping Sparrow
during October

Indentes et transversi viri Ximij nubis dilecti Salutem eum favore deferre
 incipinobles qui dudum domini nri amicorum breue viri munitione pacientur classis
 Nunc autem eorum per famam fris mi Spectabilis et aaymisi domi Ladis
 de Genuia etenim Bistreni et Ierius Alane istum ad superiusdum. Tres regnum
 et Regnum vero Iuniorum diligunt quibus ad ymmissionem celebracionis feis non exire
 certus hunc. postea Ierius predictus tristis Aliji Dvrig et transmisit velut
 huius potius non factus absq; Orgilli und manoris Orgilli minor furing et regnali
 datum. Ippi frisia secunda prima post dominum Iudica Nunc domum cibosum
 deinde regnum eius quinquaginta octauo

Mihal Zilayi de Hungaria
 Regni Hungar. Capitulorum

in pace permittat. Ideo et vobis barum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus, si quid Injurie et nocimenti homini- bus aut subditis suis intulisti reformare et eum reconciliare ac deinceps cum eodem Wayuoda et ad eum pertinentibus pace et bona tranquilitate vti et frui debeatis, quum sciatis quod si quid noxitatis contra eum attemptaveritis vos non Iuuabimus et nec eius rei sedationi et vestre in hac parte tutationi partes no- stras interponemus. Datum Bude feria secunda proxima post Dominicam Oculi, Anno Domini Millesimo Quadragesimo Quinagesimo octavo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCLXXXIII.

Horogszegi Szilágyi Mihály kormányzó felszólítja Szeben városát, hogy Hunyadi László temetési tisztelettelére, ki- nek teste most Gyula-Fejérvár felé vitetik, bizonyos embereket küldjön. Kelt Lippán martius 20-dikán 1458.

Prudentes et Circumspecti viri Amici nobis dilecti, Salutem cum fauore, Casus inopinabilis qui dudum domini nostri acciderat, bene vestris Amicitiis patet clare, Nunc au- tem corpus sew funus fratri nostri Spectabilis et Magnifici domini Ladislai de Hwnyad, Comitis Bystricensis etc. versus Albam fertur ad sepelliendum. Ideo requirimus et Rogamus vestras Amicitias diligenter, quatenus, ad commemorationem celebrationis fratri nostri ex vobis certos homines speciales versus predictam Ciuitatem Albensem dirigere et transmittere velitis. Aliud petimus non facturi. Absentia Sigilli nostri ma- ioris Sigillo minori fecimus consignari. Datum Lyppe feria se-

eunda proxima post dominicam Judica, Anno Domini **Millesime**
Quadrinagesimo Quinquagesimo octavo.

Michael Zylagy de Horogzeg
 Regni Hungarie Gubernator etc.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis viris Judici Senioribus Juratisque Civibus et Hospitibus in Civitate Cibiniensi commorantibus Amicis dilectis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Ezen érdekes levelecske hasonmását is adjuk.

CCLXXXIV.

Mátyás király az atyja Hunyadi János herceg, Magyarország kormányzója, által 1448-dik évi junius 3-dikán Ilholczi Mihály és Bogdán részére Karácsonfalra. Borskó és Lonka Mármáros megyei helységek iránt adott adományterelet (Oklevélár CVIII. sz.) az említett Ilholciak részére szóról szóra megerősítve ujra kiadja, s ezen feljül a netalán ezen helységekben lappangó királyi jogot is nekik adományozza. Kelt Budán majus 10-dikén 1458.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod venientes nostri in presenciam fideles nostri Michael filius condam Thathwl de Ilholcz et Bogdan de eadem Exhibuerunt, et presentaverunt nobis quasdam literas donationales condam Illustris principis domini Johannis

de Hunijad, alias Regni nostri Hungarie Gubernatoris Genitoris nostri carissimi, patenter confectas Sigilloque suo quo tunc uti Gubernator eiusdem Regni nostri Hungarie utebatnr impressive consignatas quibus mediantibus idem possessiones Karathonfalva, Bothko et Lompka vocatas in Comitatu Maromorosiensi habitas eisdem Michaeli Thathwl et Bogdan pro eorum fidelibus servicijs Auctoritate sue Gubernacionis contulisse dinoscitur tenoris infrascripti Supplicantes nostre maiestati humili prece et devota ut easdem literas prefati ipsius condam domini Gubernatoris ratas gratas et acceptas habendo literis nostris privilegialibus verbotenus inseri et inscribi faciendo huiusmodi donacioni cunctisque alijs in ipsis literis ipsius condam domini Gubernatoris genitoris nostri contentis, nostrum Regium consensum prebere dignaremur. Quarum tenor talis est. Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator stb. (*szórol szóra így, mint a CVIII. ss. alatt*) Nos igitur supplicationibus antefatorum Michaelis Thathwl et Bogdan per eos maiestati nostre, modo quo premittitur porrectis Regia benignitate exauditis clementer et admissis prescriptas literas donationales prefati condam domini Johannis Gubernatoris, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas de verbo ad verbum sine diminuzione et augmentatione aliquali, presentibus literis nostris privilegialibus insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos eatenus quatenus eadem rite et legittime existunt emanate viresque earum veritati suffragantur ratas, gratas et acceptas habendo prefatae donationi et omnibus superius in tenore ipsarum literarum condam Genitoris nostri contentis nostrum Regium consensum prebuimus ymmo prebemus benevolum pariter et assensum, et nichilominus attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium serviorum gratuitis meritis eorundem Michaelis Thathwl et Bogdan per ipsos nobis exhibitis et imponsis Totum et omne Jus nostrum Regium si quod in dictis possessionibus Karathonfalwa Bothko et Lompka in dicto Comitatu Maromorosiensi existentibus, nunc apud manus eorundem pacifice videlicet habitis qualitercumque haberemus aut nostram ex quibusvis causis et rationibus concernerent maiestatem Simulcum cunctis

ipsarum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet videlicet Terris arabilibus cultis et incultis agris, pratis et pascuis, Campis fenetis Siluis Nemoribus, Rubetis, virgultis, Montibus, Alpibus vallibus. vineis vinearumque promontorijs, Aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarum decursibus Molendinis et Molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quoquis nominis vocabulo vocitatis sub earum veris metis et antiquis premissis sic ut preferuntur stantibus et se habentibus Memoratis Michaeli Thathwli et Bogdan Ipsorumque heredibus et posteritatibus uniuersis ex certa nostra sciencia deditus, donavimus et contulimus, iijmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et Irreucabili tenendas possidendas pariter et babendas Salvo Jure alieno harum nostrarum quibus Secretum Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie utimur appensum est vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria quarta proxima ante festum ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo quadragesimo quinquagesimo octavo.

Az eredetiből.

CCLXXXV.

Mátyás király bizonyságot tesz arról, miként Mérgezi Péter előtte személyesen megjelenvén, minden pereiben, melyekető mint felperes Asszonyfalvai Ostfi Ferencz mint alperes ellen a királyi személynök előtt folytatott, Dénes esztergomi érseket bista meg biróul olly feltétel alatt hogy, ha az pünkösdi után 15-öd napra ítéletet nem hozna, ügyeit az ország törvényei szerint ismét folytathassa. Kelt Budán május 11-dikén 1458.

Nos Matbias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc.
Damus pro memoria Quod fidelis noster Petrus de Merges co-

ram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quomodo ipse universas et quaslibet Causas inter ipsum ut Actorem ab una, et Egregium Franciscum Hosztffij de Azzonfalwa ut in Causam attractrum partibus ab altera coram nostra personali presencia motas et vertentes discussioni, deliberacionique et disposicioni fidelis nostri Reverendissimi in Christo patris domini Dyonisij Cardinalis Archiepiscopi Ecclesie Strigoniensis Summi Cancellarij nostri commisisset tali modo, ut si Idem Dominus Archiepiscopus partes inter predicas intra quindecimum diem festi Pentecostes nunc venturi dispositionem aliquam facere poterit, bene quidem, alioquin elapso ipso Termino Idem Petrus de Merges contra eundem Franciscum Hosztffij iuxta Hungarie Regni nostri consuetudinem in Causa procedere, litterasque pro sui parte necessarias de Cancellaria nostra extrahere valeat, atque possit. Datum Bude in festo Ascensionis domini Anno eiusdem milesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Czech János közléséből.

CCLXXXVI.

Mátyás király meghagyja az erdélyi káptalannak, hogy Nádasdi Ungur Jánost és testvéreit Pétert és Sándort, Hunyad vármegyében eső Nádasd helysége sele részébe, — melyet ő az említett János hű szolgálatai tekintetéből Hunyad várától elszakaszítan, minden tartozandóságaival nekie és általa nevezett testvéreinek királyi kezékből adományozott, — törvényesen igtassa be. Kelt Budán junius 7-dikén 1458.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatic Croatiae etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Transilvanensis Salutem et gra-

tiam. Cum nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum
meritis fidelis nostri Johannis filij Petri Ungur, dicti de Nadasd,
per eum nobis exhibitis, et impensis directam et equalem me-
diatatem dicte possessionis Nadasd, portionem scilicet nostram
possessionariam in Comitatu de Hunyad existentem habitam,
puta ad castrum nostrum Hunyad pertinentem ab eodem castro
nostro sequestrando, et segregando, de manibus nostris Regis
simul cum cunctis eiusdem utilitatibus, et pertinentijs eidem
memorato Johanni Ungur dicto de predicta Nadasd, et per eum
Petro similiter Ungur dicto pariter et Sandrino fratri carnali
suis ipsorumque heredibus, et posteritatibus universis vigore
aliarum literarum nostrarum donationalium in perpetuum con-
tulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem per no-
strum et vestrum homines legitime facere introduci, Ideo fide-
litati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum
mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Blas-
sius de Rakosd, aut Laurencius de Hosdat, vel Matheus de ea-
dem Hosdat, sive Nicolaus de Nadoba, alijs absentibus homo
noster, ad facies predicte directe et equalis medietatis posses-
sionis Nadasd, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi
legitime convocatis et presentibus accedendo introducat pre-
fatos Johannem, Petrum et Sandrinum in dominium eiusdem.
statuatque eandem eisdem simul cum cunctis eiusdem utilita-
tibus et pertinentijs universis premissae nostre donationis titulo
perpetuo possidendam, si non fuerit contradictrum, Contradi-
ctores vero si qui fucrint, evocet eosdem contra annotatos
Johannem Petrum et Sandrinum nostram personalem in pre-
sentiam ad terminum competentem rationem contradictionis
eorum reddituros efficacem. Et post hec huiusmodi Introductio-
nis et Statutionis seriem cum contradictorum nominibus et
evocatorum ut fuerit expediens, vicinorumque et commetaneo-
rum, qui premissae statutioni intererunt, nominibus terminoque
assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis
Datum Bude feria quarta proxima post festum Sacratissimi Cor-
poris Christi, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quin-
quagesimo Octavo.

Kivétül: Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Transylvanensis pro Johanne, Petro et Sandrino Ungur dictis de Nadasd Introductoria et Statutoria.

As erdélyi káptalannak december 25-kén 1812. kelt átirata után

CCLXXXVII.

Mátyás király Nagy-Szeben és Brassó városának komolyan meghagyja, hogy Ulrik helybeli polgár és ács által, ki még atyjától Hunyadi Jánostól a hunyadi ágostonos kolostor födelezésére 100 forintot vett fel, de mint ő értesült, a födelet nem készítette el, az említett 100 forintra névre jelen lerelét elömutató embereinek teljes elégítételel adasson. Kelt Budán junius 7-dikén 1458.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Circumspecti fideles nobis Dilecti, Quamquam alias quondam Illustris princeps dominus Johannes de Hunyad, Gubernator Regni nostri Hungarie, Genitor noster carissimus, cuidam Ulrico Carpentario concivi vestro pro tectura Claustri fratrum Heremitarum in Hwnyad constructi, Centum florenos auri soluerit, tamen, uti nobis dicitur, idem Ulricus tecturam prefati Claustri minime parare curavit. Unde fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receplis presentibus ex parte annotati Vlrici Carpentarii concivis vestri de prescriptis Centum florenis auri, Hominibus nostris presencium scilicet ostensoribus plenam et condignam satisfactionem impendere debeatis. Et aliud in premissis non facturi. Datum Bude feria quarta proxima post festum Sacratissimi Corporis

cristi Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Kivülről: Circumspectis Judici et Juratis civibus Civitatum nostrarum Czibiniensis et Brassoviensis fidelibus nostris sincere dilectis.

A szász nemzet szébeni levéltárából.

CCLXXXVIII.

Mátyás király Kolozsrár cárosát, mellyben született, azon hű szolgálatok tekintetéből, mellyeket annak birája Egyed, esküttje Barthos több esküttel és az egész cáros közönségével együtt, mig õ László király által egykor igazságtalanul fogra tartatott és anyja Szilágyi Erzsébet s nagybátyja Szilágyi Mihály a király párhiveditől kegyellenül üldözötték, az õ szabadságán munkálkodó anyjához és nagybátyjához állhatatos ragaszkodásuk köszben tanúsítottak, minden szabadságaiban, kivállságaiban és szokásaiban megtartani igérkezik. Kelt Budán junius 8- dikán 1458.

Commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungario Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod licet nos, prout regale exigit officium, cuncorum Subditorum nostrorum meritis condignis retribucionibus respondere soliti simus, meritorum tamen qualitate pensata illos vberius regijs favoribus prosequimur, qui maioribus virtutibus, amplioribusque obsequijs excellenciora premia meruerunt, Consideratis itaque integra fide et fidelitate illisque fidelibus obsequijs fidelium nostrorum, Circumspectorum Egidi

Judicis ac Barthws Jurati aliorumque Juratorum et ceterorum Ciuium et tocius Cummunitatis Ciuitatis nostre Coloswar, que ydem nobis eo tempore, quo apud manus condam domini ladislai similiter regis Hungarie, predecessoris nostri iniuste et absque iure detinebamur, et plerique partem ipsius ladislai regis tenentes illustrem dominam Elizabeth, Genitricem, ac Spectabilem ac Magnificum Michaelem Zijlagij de Horogzeg, auunculum nostros carissimos nunc Gubernatorem huius regni nostri Hungarie, et ipsis adherentes, partem scilicet nostram tenentes, dire prosequebantur, eisdem domine Elizabeth, Genitrici, et Michaeli Zylagij, auunculo nostris, pro eliberacione nostra laborantibus constanter adherendo exhibuerunt, eandem ciuitatem nostram Coloswar, vtpote eandem in qua nati sumis, ac prefatos Egidium Judicem et Barthws Juratum, aliasque Juratos et ceteros Ciues et Inhabitatores eiusdem Ciuitatis nostre, et quemlibet eorum, pro tempore existencium in omnibus libertatibus prerogatiuis priuilegijs et consuetudinibus eorum tenere et conseruare promisimus et promittimus Harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Datum Bude octauo die festi Sacratissimi Corporis Christi. Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

Kolozsvár városa levéltrárból.

CCLXXXIX.

Horogszegi Szilágyi Mihály kormányzó meghagyja Szeben városának, hogy jelen levele vételével a király parancsa értelmében Kolozsvári János, Fibes Péter, Remser Márton, Agotha István és Szebeni Mátyás által Nadabori János védját tétesse le s annak lenyakaztatásakor elvett javaiért, nerezetesen egy ereklyetartó 13 arany forintot érő ezüst edényért és 16 arany forintot érő paripájaért, testvérének Nadabori Miklósnak téteszen eleget. Kelt Szigetfón julius 21-dikén 1458.

Nos Michael Zylagi de Horogzeg Regni Hungarie Gubernator etc. Vobis Circumspectis et Prudentibus viris, Magistro Ciuium, Judici et Juratis Ciibus Ciuitatis Cibiniensis per presentes firmiter mandantes committimus, nec aliud habere volumus, quatenus, mox visis presentibus Juxta contenta literarum Regalium, ex parte providorum virorum, puta Johannis Kolosvarj, Petri Fibes, Martini Remser, Stephani Agotha, et Mathie de Cibinio de Homagio quondam Nobilis Johannis de Nadabor rerum quoque et suorum Bonorum, tempore decollationis sue ablatorum, et signanter de vase argenteo in quo sanctorum reliquie erant reposite, tredecim florenos auri valente ac uno Equo ad valorem sedecim florenorum auri, Nobili Nicolao de predicta Nadabor fratri carnali condam antefati Johannis de iamdicta Nadabor satisfacere, modis omnibus debeat et tencamini, Nec secus facere ausuri, Presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in possessione Zegehtfew feria sexta proxima ante festum beate Marie Magdalene, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Lmo Octavo.

Commissio propria domini Gubernatoris.

A szász nemzet szebeni levéltrárából.

CCXC.

*Horogszegi Szilágyi Mihály Magyarország kormányzója,
Gara; László nádor, Ujlaki Miklós erdélyi rajta tótországi és
macsói bán, egymással halálok napjáig tartó kölcsönös védző-
cetstéget kötnek visszonyos javaik előmozdítására s minden
akárm a állásu megtámadóik ellen, erre magokat átkozódások
közt olly formán kötelezővén, hogy a szövetséget meg nem tartó
ne csak hitszegőnek, becsület- és emberség-vesztettnek tekintes-
sék, hanem két egyházi személy által kötelessége teljesítésére
felszólíttatrán, ha ez siker nélkül maradna, a nagyobb egy-
házi kirekesztésbe essék, azt rá akármelly egyházi személy ki-
mondhassa s attól ót senki, még a szent-szék se menthesse föl.
Kelt Simontornyan juliust 26-dikán 1458.*

Nos Michael Zilaghi de Horoghzegh Regni Hungarie Guber-
nator etc. ac Ladislaus de Gara eiusdem Regni hungarie Pala-
tinus, et Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsiluanus et Regni
Sclauonie ac Machouiensis Banus, memorie commendantes si-
gnificamus omnibus in ewum durantibus. Quod nos de tranqui-
llitate et pacifico Regni huius predicti statu et profectu nostri
commodi, vt et tucioris persistentie ac pacis vteriore conser-
uacione, omniumque nostrum superinde maturius et perfeccius
deliberantes vt ne nobis dissidentibus aliqua forsitan hoc se-
pius memorato Regno oriretur discordie fomes et origo, no-
bisquē molestia generetur, hanc inter nos inseparabilem per-
petuamque et indissolubilem vunionem, pactumque et promis-
sionem instituimus et spopondimus in uiolabiliter obseruan-
dam, quod donec et quo usque prouidencia diuina vita nos pre-
sente conseruauerit, in cunctis et singulis reditibus et vtilita-
bus periculis et quibuscumque incommoditatibus vnde cunque
per quemcunque, a quo cunque et quomodo cunque nobis inci-
dentibus, toto nostro alterutrorumque posse et totis nostris

viribus nos mutuo non deseremus neque derelinquemus, sed omni nostro posse, viribus et auxilio eciamsi necesse fuerit, vnde cunque et qualiter cunque iuxta vires alterius auxilium aquirentes, honorem, status comoditatem, profectum et utilitatem alterutriusque promouebimus, conseruabimus, tenebimus, et protegemos. Si qui autem contra nos coniunctim aut alterum nostrum diuisim, vel vicissim aut familiares nostros et nobis adherentes insurge et in personarum nostrarum perditionem ac honoris et Bonorum nostrorum familiariuique et nobis adherencium abolitionem disiunctionem et depressionem venire molirentur, tam alienigene quam Incole huius Regni cuiuscunque excellencie dignitatis honoris et preminencie existant, aduersus illum vel illos pariter insurgemus et iuxta nostrum posse auxilio adhesione totisque viribus nostris astabimus. Nosque coniunctim vel diuisim ac familiares et nobis adherentes defensabimus protegemos et conseruabimus usque mortem. Ubi autem aliquem nostrum vocacione diuina ab hac luce decedere contigerit superstites talis decendentis modo premisso ac firmitate prescripta ex nobis superuiuentes defensabunt, protegent conseruabunt et eisdem auxiliabuntur, ipsisque astricti sint et obligati iijmo spondemus promittimus, et pollicemur omnia premissa et quevis premissorum singula inviolabiliter et inconcusse observare, sic nos Deus gloriosus et Beata ac intemerata Virgo Maria eius beatissima Genitrix ac Sancti Michael Archangelus, Ladislaus Rex, Nicolaus Confessor, et omnes electi Dei adiuuent, conseruent, uiuiscent et auxilientur, et vt Dominus noster Ihesus Christus intercessione Beatissime Marie ac Sanctorum omnium sanctissimum Dominicum Corpus in mortis nostre articulo nobis prestet, et finem bonum tribuat subitanaque et in propria morte nos et nostros heredes perire non sinat ac fides nostra christiana quam in Baptismo suscepimus, nobis ita auxilietur vt omnia premissa sine dolo, fraude, et qualicunque excogitata et adinuenta astucia firmiter fideliterque mutuo obseruabimus uita nobis comite. Siqui autem nostrum huiusmodi mutuum Contractum in toto, vel in parte infringere attemptaverint, vel ipsum non obseruerint, quoquo modo, extunc talis vel tales nostrum contra

talem vel tales ipsum Contractum obseruantem vel obseruan-
 tes in fidei sue Christiane confraccione ac honoris et humani-
 tatis amissione conuincatur , et conuinci debeat eo facto, isque
 vel ipsi ex nobis de talismodi Contractus obseruacione et pro-
 missionis reintegracione a duabus personis Ecclesiasticis pu-
 blice requiratur , et amoneatur. Si obseruare , reintegrare, re-
 formare et lesum contentare noluerit vel noluerint, Ille vel
 Illi absque omni litis et vterioris Inquisitionis strepitu senten-
 ciam maiorem excommunicacionis , agrauacionis reagruacio-
 nis et Brahij secularis incurrat, vel incurvant, et a Dominis
 Archiepiscopis Episcopis Prepositis Abbatibus Presbiteris et
 qnibusunque Ecclesiasticis Personis excommunicetur , et sin-
 gulis locis excommunicati denuncientur , superindeque nec a
 sede Apostolica , neque alia quacunque dignitate graciā et
 releuamen absolucionis obtinere possint, et ualeant , et si obti-
 nuerit , in nichilo ei vel ipsis suffragetur , sed perpetuo infamie
 nigredine corrumpatur. Harum nostrarum vigore et Testi-
 monio literarum , quibus Sigilla nostra sunt appensa mediante.
 Datum et actum in Simonthornya feria quarta scilicet in festo
 Beate Anne Matris Marie , Anno Domini Millesimo Quadrin-
 gentesimo quinquagesimo octauo.

Az anspachi levelek közöl.

CCXCI.

Mátyás király Dolhai Ambrúzs és testvére Mihály résszére atyjának Hunyadi János herczegnek, Magyarország kormányzójának, 1451. január 31-dikén kelt levelét, melly szerint Kereczke és Kusnyicza faluit a Dolhaiak Makaria és Sarkad nevű faluiért s Románpataka pusztájokért elcserélte (Oklevéltař CXXXIII. sz.), ralaint a leleszi conventnek 1451. martius 14-dikén az említett Dolhaiaknak ezen cserejóságokba történt beigtatásáról kiadott bizonyáslevelét (Oklevéltař CXXXVI. sz.) szóról szóra megerősítve újra kiadja. Kelt Budán augustus 6-dikán 1458.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster Ambrosius de Dolha, in sua ac Michaelis fratris sui carnalis de eadem Dolha personis, nostre maiestatis veniens in conspectum, exhibuit nobis et presentauit quasdam binas literas priuilegiales, vnam videlicet quandam Illustris principis, domini Johannis de Hunyad: alias dicti Regni Gubernatoris Genitoris nostri carissimi, Sigillo suo quo tunc ut Gubernator ipsius Regni nostri Hungarie vtebatur roboratam, qua mediante idem dominus Johannes Gubernator, Genitor noster, quandam concambialem permutacionem de possessionibus suis Kereczkij et Kosnijtha in pertinen-cijs castri Munkacz existentibus, ab eodem Castro sequestrando, vnam prefato Ambrosio et Michaele de dicta Dolha, possessionibus Makarija ac Sarkath et predio Romanpataka vocatis omnino in Comitatu de Berek existentibus habitis, sub certis condicionibus et clausulis prout inferius in tenore earundem literarum dicti quandam domini Johannis Gubernatoris lacius continentur, in perpetuum fecisse dinoscitur. Aliam vero Conuentus ecclesie sancte crucis de Lelesz, super legitima sta-

tacione earundem possessionum Kereczkij et Kusnicha , pro ipsorum parte nullo contradicte apparente facta , viasque priuilegialiter , impendenti confectas et emanatas , tenorum infrascriptorum , Supplicans nostre maiestati Idem Ambrosius , in sua ac Michaelis fratris sui carnalis personis , vt easdem literas prefati condam domini Johannis de Hunyad et Conuentus de Lelesz quoad omnes continencias , clausulas et articulos ratas , gratas et acceptas habendo , presentibusque literis nostris verbotenus inserificiendo , pro eisdem Ambrosio et Michaele perpetuo valituras confirmare dignaremur , quarum quidem litterarum , vnius videlicet dicti domini Johannis de Hunyad , tenor talis est . Nos Johannes de Hunyad Regni Hungarie Gubernator etc. (Lásd : *Okleréltár CXXXIII. sz.*). Alterius vero , videlicet Conuentus de Lelesz sequitur in hec verba : Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris etc. (Lásd : *Oklevéltár CXXXVI. sz.*). Nos igitur premissis supplicationibus prefati Ambrosij , per eum nostre modo quo supra porrectis maiestati , Regia benignitate exauditis et clementer admissis , premissas litteras dicti condam domini Johannis Gubernatoris ac dicti Conuentus de Lelesz non abrasas , non cancellatas nec in aliqua earum parte suspectas presentibusque litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminuzione et additamento aliquali insertas quoad omnes continencias clausulas et articulos eatenus quatenus eadem rite et legitime existunt emanate viribusque earundem veritas suffragatur , acceptamus , approbamus et ratificamus , easdemque nichilominus et omnia in eisdem contenta pro prefatis Michaele et Ambrosio ipsorumque heredibus vniuersis innouando perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante Salvis Juribus alienis harum nostrarum quibus Sigillum nostrum secretum quo vt Rex Hungarie utimur est appensum vigore et testimonio litterarum mediante . Datum Bude die dominico proximo ante festum beati Laurencij martijris Anno domini Millesimo quadragesimo quinquagesimo octauo. Lecta .

Az eredetiböl.

CCXCII.

Mátyás király az erdélyi szászok panasza következtében, — misserint a magyar királyuktól nyert kivállságaik ellenére sokan nálok akaratjok ellen megszállnak, élelmet és takarmányt minden fizetés nélkül zsarolnak, — meghagyja Magyarország és Erdély minden egyházi és viliagi nagyainak, nemeseinek, is-pányainak, várnagyainak, tiszviselőinek és minden sorsú és állású lakosainak, hogy jövendőre a szászoknál akaratjok ellen magokra vagy népeikkel megsszállani, élelmet és takarmányt zsarolni ne merészzenjenek, a szászok ebbeli védelmezését Vingárti Geréb János erdélyi alkormányzónak szorosan megprancsolván. Kelt Budán aug. 20-dikán 1458.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris, vniuersis et singulis prelatis Baronibus Nobilibus Comitibus Castellanis Officialibus; et generaliter cuiusuis status et condicionis hominibus, tam in partibus nostris Transsylvaniae, quam alijs per Regnum nostrum Hungarie vibilibet commorantibus Salutem et graciam. In personis fidelium nostrorum vniuersorum et singulorum Saxonum septem et duarum Sedium nostrarum Saxonicalium partium nostrarum Transylvanarum, maiestati nostre expositum fuit querulose in hunc modum, quod scilicet ipsi per predecessores nostros diuos Reges Hungarie in eo maxime libertati et priuilegiati fuerint, vt nullus Siculorum scilicet et Walachorum, ac alterius cuiuscunque dignitatis status et condicionis hominum contra eorum voluntatem in eorum medio ac super eos descendere posset aut presumeret quoquimodo. Tamen plurimi fuissent et essent ex vobis, qui contra huiusmodi eorum libertatem, a certis temporibus retroactis cum suis gentibus super eos preter eorum

voluntatem descendentes non solum ipsis invitatis eos multipliciter impediuit, verum etiam omnia eorum bona vsui hominum equorumque pertinencia sine omni precio abstulissent, descenderentque et auferrent etiam de presenti, in preiudicium libertatis eorum memorate Supplicatumque extitit per nos ipsis superinde de opportuno remedio prouideri. Et quia nos eosdem **Saxones** nostros in omnibus eorum libertatibus per diuos Reges Hungarie predecessores nostros, ipsis gracie concessis conseruare decreuimus, Ideo fidelitati vestre presencium serie firmiter committimus, quatenus, a modo in posterum super prefatos **Saxones** nostros, contra eorum libertates memoratas preter eorum voluntatem vel cum gentibus vestris, vel alias quomodocunque descendere, bonaque eorum auferre non presumatis nec sitis ausi, aut sis ausus modo aliquali, alioquin presencium serié firmiter committimus fideli nostro **Magnifico Johanni Gereb de Wyngarth Vicegubernatori dictarum parcium nostrarum Transsylvaniae**, ut ipse eosdem **Saxones** nostros in eorum libertatibus conseruando ab huiusmodi impedimentis vestris eos protegat defendat auctoritate nostra mediante. Secus ergo facere non ausuri presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Regis Stephani, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXCIII.

A leleszi convent bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak 1458. május 10-ről kelt paranca következetében Ilholczi Mihályt Mármaros megyei Bocskó és Lonka helységekbe, valamint Karácsonfalva felébe s az azokban netalán lappangó királyi jogba aug. 9-kén minden ellenmondás nélkül beigatta. Kelt aug. 24-kén 1458.

Omnibus Cristifidelibus Presentibus Pariter et Futuris Presentium Noticiam Habituris Blasius Prepositus et Conuentus Ecclesie Sancte Crucis de lelesz Salutem in omnium saluatorem Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire Quod nos literas Serenissimi Principis domini Mathie dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regis domini nostri graciosissimi Introductorias et Statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Conuentui Ecclesie Sancte Crucis de lelesz Salutem et graciā. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus seruicijs fidelis nostri Michaelis filij Thathwl de llholtz per eum primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone et tandem Maiestati nostre fideliter et constanter exhibitis Impensis possessiones Bothco Karachonffalwa et lonca vocatas in Comitatu Maramorosiensi existentes in quarum pacifico dominio Idem Michael se ab antiquo prestissee et persistere asserit eciam de presenti Item totum et omne Jus nostrum Regium si quod in eisdem possessionibus qualitercumque haberemus aut nostram ex quibuscumque causis vijs modis et rationibus concerneret Maiestatem Simulcum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus Memorato Michaeli de llholtz suisque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in

dominium earundem et eiusdem Juris nostri Regij per nostrum et vestrum homines legitime facere Introduci , Super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bogdan de Zowaij aut Stephanus de Lypse necnon Michael de Pethrowa alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Bothco Karachonfalwa et Lonca Consequenterque dicti Juris nostri Regij in eisdem habiti vicinis et commetaneis earundem vniuersis Inibi legittiue convocatis et presentibus accedendo Introducat Memoratum Michaelem filium Thathwl de dicta Ilholtz In dominium earundem et eiusdem Statuatque easdem et Idem eisdem Simulcum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet premisso noue nostre donacionis titulo perpetuo possidendas Si non fuerit contradicatum, Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra Annotatum Michaelem filium Thathwl exponentem ad terminum competentem Nostram Personalem in presentiam Racionem contradictionis eorum reddituros et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorium et Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisso Statucioni intererunt nominibus terminoque assignato nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo. Nos Igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri Regis obedire cupientes ut tenemur — — — prefato Bogdan de Zowaij homine eiusdem domini nostri Regis vnum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem Ecclesie nostre antedictae ad infrascriptas Introduccionem et Statucionem facendas nostro pro testimonio duximus — — — Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis consona voce retulerunt Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Assumptionis beate Marie virginis proxime preteritum Ad faciem dictarum possessionum Bothko Karathonfalwa et Lonka vocatarum consequenterque Juris Regij in eisdem habiti vicinis et commetaneis earundem vniuersis videlicet Nicolao de Bede Johanne de Weresmarth et Michaele Nan de Zlathijna Inibi legittime convocatis et pre-

CCXCIII.

A leleszi convent bizonyáságot tesz arról, hogy Mátyás királynak 1458. május 10-ről kelt parancsa következtében Ilholtzsi Mihályt Mármaros megyei Bocskó és Lonka helyiségekbe, valamint Karácsonfalva felébe s az azokban nélkül lappangó királyi jogba aug. 9-kén minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt aug. 24-kén 1458.

Omnibus Cristifidelibus Presentibus Pariter et Futuris Presentium Noticiam Habituris Blasius Prepositus et Conuentus Ecclesie Sancte Crucis de lelesz Salutem in omnium saluatorem Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire Quod nos literas Serenissimi Principis domini Mathie dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regis domini nostri graciosissimi Introductoryas et Statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Conuentui Ecclesie Sancte Crucis de leles Salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus seruicijs fidelis nostri Michaelis filij Thathwl de Ilboltz per eum primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone et tandem Maiestati nostre fideliter et constanter exhibitis Impensis possessiones Bothco Karachonffalwa et lonca vocatas in Comitatu Maramorosiensi existentes in quarum pacifico dominio Idem Michael se ab antiquo prestissee et persistere asserit eciam de presenti Item totum et omne Jus nostrum Regium si quod in eisdem possessionibus qualitercumque haberemus aut nostram ex quibuscumque causis vijs modis et rationibus concerneret Maiestatem Simulcum cunctis carundem et eiusdem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premissis sic ut presertur stantibus et se habentibus Memorato Michaeli de Ilholtz suisque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde conlectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in

dominium earundem et eiusdem Juris nostri Regij per nostrum et vestrum homines legitime facere Introduci, Super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bogdan de Zowaij aut Stephanus de Lypse necnon Michael de Pethrowa alijs abseutibus homo noster ad facies dictarum possessionum Bothco Karachonfalwa et Lonca Consequenterque dicti Juris nostri Regij in eisdem habiti vicinis et commetaneijs earundem vniuersis Inibi legittiue convocatis et presentibus accedendo Introducat Memoratum Michaelem filium Thathwl de dicta Ilholtz In dominium earundem et eiusdem Statuatque easdem et Idem eisdem Simulcum cunctis earundem et eiusdem vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet premisso noue nostre donacionis titulo perpetuo possidendas Si non fuerit contradicatum, Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra Annotatum Michaelem filium Thathwl exponentem ad terminum competentem Nostram Personalem in presentiam Racionem contradictionis eorum reddituros et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premissee Statucioni intererunt nominibus terminoque assignato nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo. Nos Igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri Regis obedire cupientes vt tenemur — — — prefato Bogdan de Zowaij homine eiusdem domini nostri Regis vnum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem Ecclesie nostre antedictae ad infrascriptas Introduccionein et Statucionem faciendas nostro pro testimonio duximus — — — Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis consona voce retulerunt Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Assumptionis beate Marie virginis proxime preteritum Ad faciem dictarum possessionum Bothko Karathonfalwa et Lonka vocatarum consequenterque Juris Regij in eisdem habiti vicinis et commetaneis earundem vniuersis videlicet Nicolao de Bede Johanne de Weresmarth et Michaele Nan de Zlathijna Inibi legittime convocatis et pre-

sentibus accedentes Introduxissent prefatum Michaelem filium Thathwl In dominium dictarum possessionum Bothko et Lonka ac medietatis ipsius possessionis Karathonffalwa necnon Juris Regij in eisdem habitu Statuissentque eosdem et idem eidem premissae nove donacionis titulo sibi incumbente perpetuo possidendum nullo penitus contradictore Inibi apparente In quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanserunt In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas eidem Michaeli filio Thathwl duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et Statucionis predictarum Anno domini prenotato.

Az eredetiből.

CCXCIV.

Mátyás király előre bocsátja hogy Morgenthaler Jánost az ellene legujabb időkben elköretett zavargásokért a Sink széki gerébségtől megfosztotta s azt nemes Thobiási Györgynak adta, de az utolsó pesti országgyűlés végzésének következtében, melly szerint ezen zavargások megbocsátottattak, egy külön levele által őt emlitett hivatalába visszahelyeztette; mire nézve meghagyja Szeben városának, hogy jelen levele vételével Thobiási György helyébe Morgenthaler Jánost igtassa vissza, s őt minden megtámadói ellen védelmesse. Kelt Péterváradon october 1-sején 1458.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Prouidi Circumspectique viri fideles nobis sincere dilecti. Etsi superiori tempore ob molestiam animi nostri, quam contra Nobilem Johannem de Margendal propter patrata per ipsum no-

uissimorum contra nos disturbiorum tempore Gerebatum Sedis Senk, ab eodem abstulissemus, tamen cum in nouissima pestiensi congregacione vigore decreti in eadem editi hincinde proximi superioris disturbij tempore illate iniurie remisse fuerint. Ob hoc nos Gerebatum predicti Johannis de Margenthal Sedis scilicet Senk, quem Nobili Georgio Thobiassy contulera-
mus, Ab eodem vice versa afferentes ratione previa Gereba-
tum eundem Sedis Senk ipsi Johanni de Margental aliarum li-
terarum nostrarum vigore restituimus et reintegrauimus a
prenominato Georgio Thobiassy in toto afferentes. Quare
vobis districtissime precipiendo mandamus, quatenus mox re-
ceptis presentibus excluso prenominato Georgio Thobiassy de
Gerebatu Sedis Seuk hunc Johannem de Margenthal in Gere-
batum eiusdem Sedis auctoritate nostra Regia restituatis et
reintegretis ac eundem Johannem contra quoslibet et signan-
ter contra dictum Georgium Thobiassy Gerebatu in premisso
conseruetis et per vestros defendere protegere ac tutare de-
beatis. Aliud non facturi. Datum in Waradino petri die domi-
nico proximo post festum beati Michaelis Archangeli. Anno
domini Millesimo Quadragesimo quinquagesimo octauo.

Kivülről: Prouidis Circumspectisque viris Magistro Ciuium
Juratisque Ciuibus ac toti Communitati Ciuitatis nostre Cibini-
ensis Fidelibus nobis sincere dilectis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXCV.

Mátyás király az erdélyi hét, és két szássz székhez intézett levelében előre bocsátván, hogy öket a Szegedre jövendő bosnya király és a német császártól a korona iránt kapott rála szügyének és több más országos dolgoknak tárgyalására Szegedre Miklós napjára kihirdetett országgyűlésre már egy külön leveleben meghívta volt, — miután a bosnya király már holnap Szegeden lesz, és õ is holnap oda megindul, ismét meghagyja nekiek hogy e levele vételérel rögtön küldjenek négy vagy több előkelő követet, kik ha előbb nem Miklós napján okválasztva legyenek. Kelt Temesváron november 29-dikén 1458.

Commissio propria domini Regis.

*Matbias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc.
Fidelibus nostris Vniuersis et singulis Saxonibus Septem et
duarum Sedium Saxonicalium Selk et Megyes parcium nostra-
rum Transsiluanarum Salutem et graciam. Scripseramus pridem
fidelitati vestre vt quia Rex Bozne ad Ciuitatem nostram Zege-
diensem in proximo ad nos venturus esset, Missique per nos
Nuncij nostri ad Imperatorem Romanorum ab eodem Jam ad
nos redijssent, attulissentque responsa quedam et conclusioncs
in facto Sacre Corone Regni nostri, preterea occurrissent plura
negocia regni nostri que sine vobis et alijs fratribus vestris
consumari non possent, Ideo ad festum beati Nicolai Episcopi
et confessoris proxime venturum in dictam Ciuitatem nostram
Zegediensem ad nos quatuor ex vobis vel plures prout vobis
videretur cum plena facultate mitteretis. Quam ob rem, Cum
Jam dictus Rex Bozne Crastina die in ipsa Ciuitate nostra Ze-
gediensi de facto constituatur Nos quoque similiter Crastina
die accepto itinere illac profecturi simus, premissaque alia ne-
gocia in facto dicte Corone et in alijs rebus regni nostri cele-
riorem forte quam vos putaretis expedicionem requirant, Fi-
delitati vniuersitatis et cuiuslibet vestrum harum serie firmiter*

**committimus et mandamus, quatenus, statim et in continenti
visis presentibus nullo alio mandato superinde expectato pre-
fatos quatuor vel plures ex vobis notabiliорibus prout vobis
videbitur secundum priora scripta nostra cum plena facultate
vestra ad tractandum et concludendum vna nobiscum et alijs
fratribus vestris de et super premissis ad dictam Ciuitatem no-
stram Zegediensem imittere debeatis Ita vt si ante dictum fe-
stum beati Nicolai illic constitui non possent, tamen nullo modo
pretereant ipsum festum, quin in ipso festo loco in predicto
omnibus modis constituantur vt tandem in ipso loco ea que
tractanda et disponenda fuerint in premissis vnanimi vestrum
deliberacione peragatur. Nec aliquam moram vobis in his que-
ratis, quum dietam ipsam pro bono publico atque eciam como-
do Regni nostri in loco predicto tenendam indiximus, vbi vero
aliud faceretis ipsa negotia inconsuata manerent ad dampnum
eiusdem regni nostri non modicum Secus ergo facere nullaten-
nus presumatis Datum in Themeswar in vigilia festi beati An-
dree Apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo Octauo.**

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCXCVI.

**Szilágyi Erzsébet, Mátyás király anyja, Pozsony városá-
nak ason előterjesztésére, miszerint az ő emberei az általok ha-
szonbérlett érseki tized dolgában a várost károsítani ügyekez-
nek, őket megnyugtatja, s minden árusikkal és jaceaikkal együtt
szabad járás-kelésöket biztosítja, az említett dézma ügyében
ellenkezőleg magát és embereit állitrán nagyon károsítottaknak.
Kelt Budán december 5-dikén 1458.**

**Elizabeth Serenissimi Principis et Domini Domini Mathie Dei
gracia Hungarie Dalmacie, Croacie etc Regis Genitrix. Fide-**

libus nostris Judici, Juratis Ciibus et hospitibus Ciuitatis Ponsoniensis. Intimata vestra continent, quod homines nostri ratione et in facto decimarum Reucrendissimi Domini Archiepiscopi Strigoniensis eisdem hominibus nostris arendatarum, vos damnificare intenderent. Vnde dicimus vobis quod in hys paucorem nullum babeatis et presentibus vos reddimus affidatos et assecuratos, vt vnacum rebus mercionalibus et alijs bonis vestris secure veniatis et iuxta voluntatem vestram negociamini et tandem habitis vestris et pactis negocijs quo malueritis redire possitis, testimonio presencium mediante. Verum nobis et dictis hominibus nostris maxima damna existunt illata in facto predictarum decimarum. Datum Bude feria tercia proxima ante festum beati Nicolai confessoris Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo Octauo.

Relacio Ladislai Parlagi.

Pozsony városa levéltárából.

CCXCVII.

Mátyás király Pozsony városa azon panasza köretkeztében, miszerint Rozgonyi Rajnáld némelly pozsonyi kereskedőktől öt, különböző portékákkal terhelt szekeret és mintegy tizenkét lorat erőhatalommal elvett, és öket különféle bántalmakkal illette volna, meghagyja a nevezett városnak hogy, mihelyt megtudja Budára érkeztét, hová es ügyben Rozgonyit is magához rendelte, azonnal küldjön hozzá néhány polgárt, kik előtt ezen ügy ismeretes, hogy a két fél kihallgatásával igazzágot szolgáltathasson. Kelt Szegeden januárius 1-sején 1459.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Circumspecti viri fideles nobis sincere dilecti. Expositum extitit

Maiestati nostre per prouidum Johannem Familiarem Ciuitatis nostre Posoniensis, qualiter fidelis noster Magnificus Renoldus de Rozgon quinque currus cum rebus mercimonalibus et vsque ad duodecem equos, reliquasque res a mercatoribus Ciuitatis nostre Posoniensis violenter receperisset, eosdemque varijs iniurijs affecisset, vnde ad Supplicacionem eiusdem Johannis prenominati scripsimus memorato fidei nostro Magnifico Renoldo, quomodo idem de his que sibi objiciuntur Budam reuersurus adueniat cum et nos breuissime ibi constitui Deo concedente intendimus. Committimus itaque vobis vt dum primum aduentum nostrum Budam fiendum intellexeritis extunc certos ex conciubibus vestris ad Budam transmittatis, quibus causa predicta per omnia nota sit. Nos enim partibus presentibus Judicium et Justiciam partes inter easdem administrare intendimus effective. Curetis igitur, vt ad terminum predictum vestros homines ad Budam transmittatis causis pro predictis vt partibus presentibus quid determinandum expediat metiri valeamus. Datum Zegedini in festo Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo quadragesimo quinquagesimo nono.

Kivülről: Circumspectis Viris Magistro Ciuium Judici Juratisque Ciuibus Ciuitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCXCVIII.

Mátyás király, Visaknai Mihály és Kakas László szebeni polgároknak városuk nevében tett kérelmére, Zsigmond királynak Kassán 1412. martius 23-dikán kelt levelét, melyben Ezzébet királynénak Szent-Demeteren 1383. februárius 12-dikén kelt és Szeben város részére adott kiváltságlevelét, — melly szerint annak kebelében és határában idegen kereskedőknek a kereskedést tiltja, szóról szóra ujra dirja s megerősíti. Kelt Szegeden, januárius 19-kén 1459.

Commissio propria domini Regis
Osualdo de Rozgon referente.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalinacie Croacie etc. Memorie cominendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod fideles nostri Nicolaus de Wyzakna et Ladislaus Kakas ciues Ciuitatis nostre Cibiniensis, ipsorum ac vniuersorum ciuum et hospitum nostrorum de eadem, non minibus et in personis nostre Maiestatis adientes conspectum, exhibuerunt nobis et presentauerunt quasdam literas quondam Serenissimi domini Sigismundi Romanorum ac Hungarie Regis predecessoris nostri patenter sub suo mediocri Sigillo emanatas habentes et continentes in se Transsumptue et Roboratiue literas olim Illustris domine Elijzabeth Regine super eo eisdem ciuibus graciouse concessas, quod in eorum medio fo- rentes mercatores, mercancias eorum, non valeant nec possint exercere, contra eorundem libertatem et voluntatem tenoris infrascripti Suplicantes nostre maiestati humiliter et deuote, vt easdem literas annotati quondam Sigismundi Regis et omnia in eis contenta ratas gratas et acceptas habendo, presentibus literis nostris verbotenus inscribi et inseri faciendo, pro eisdem Ciuibus nostris Cibiniensibus innovantes perpetuo valituras roborare dignaremur. Quarum tenor talis est. Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hun-

garie etc. Rex. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod Jacobus Judex et Johannes Aurifaber Juratus Ciuitatis nostre Cibiniensis sua ac vniuersorum ciuium ac hospitum nostrorum de eadem in personis, ad nostre maiestatis venientes presenciam exhibuerunt nobis quasdam literas patentes Serenissimi principis domine Elisabeth Regine Hungarie etc. matris nostre carissime tenoris infrascripti in eo eisdem Ciuibus gracie concessas, quod in medio eorum forenses mercatores, mercancias eorum non valeant nec possint exercere, contra eorum libertatem et voluntatem. Supplicantes nostre sua et aliorum Ciuium Ciuitatis nostre prediche in personis humiliter maiestati. Ut easdem ratas gratas et acceptas habendo, presentibusque verbotenus inse ri faciendo, pro ipsis nostris ciuibus literis nostris presentibus dignaremur innouatiue perpetuo roborare. Quarum tenor est talis. Nos Elisabeth dei gracia Regina Hungarie Polonie Dalmacie etc. Notumfacimus vniuersis quod nos que ex officio culminis reginalis incremento ciuitatum nostrarum inuigilare debemus, fidelibus nostris ciuibus Ciuitatis nostre Cibiniensis huiusmodi graciem duximus faciendam ad petitionem honorabilis viri domini Thome decani Cibiniensis Capellani nostri specialis, et Jacobi Judicis eiusdem Ciuitatis nostre Cibiniensis, talem videlicet, quod mercatores forenses mercancias eorum in medio ipsorum et in territorio eorumdem non valeant nec possint exercere contra eorum libertatem et voluntatem, imo si aliqui mercatores forenses exponerent mercancias ipsorum ad partes Transalpinas extunc Judex et Ciues habeant facultatem prohibendi Bona talium mercatorum. Et eadem pro Camera nostra Magnifico Viro domino Ladislao vel alteri Wayuode Transsylvano, pro tempore constituto debeant assignare, harum nostrarum sub testimonio literarum committendo, Nihilominus ipsi Wayuode ut ad ipsorum ciuium nostrorum requisicionem prefatis mercatoribus debeat obstare temporibus opportunis. Datum in sancto Demetrio feria quinta proxima post dominicam Inuocavit, Anno domini Millesimo trecentesimo octagesimo tercio. Nos igitur humillibus et deuotis supplicacionibus ipsorum Judicis et Jurati sua et aliorum ciuium nostro-

rum de eodem Cibinio in personis nostre per eosdem oblatis Maiestati Regie pietate exauditis et clementer admissis prefatas literas ipsius domine Regine Elisabeth matris nostre sno annuali Sigillo consignatas omni prorsus suspicionis vicio destitutas , presentibus de verbo ad verbum insertas quo ad omnes earum continencias et clausulas requirentibus exemis fidelitatibus et fidelium seruiciorum preclaris meritis ipsorum nostrorum ciuium acceptamus approbamus ratificamus , et pro eisdem ex certa nostre Maiestatis sciencia perpetuo valituras innouantes roboramus , presentis scripti nostri patrocinio mediante. Presentes eciam dum nobis in specie fuerint reportate easdem in formam nostri privilegij redigi faciemus. Datum Cassouie feria quarta proxima post dominicam Judica. Anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno XXV-to Romanorum vero Secundo. Nos igitur humilimis supplicationibus prefatorum Nicolai de Wyzakna et Ladislai Kakas in ipsorum ac aliorum ciuium nostrorum de eodem Cibinio, nominibus et in personis nostre per eosdem oblatis Maiestati , Regia benignitate exauditis , clementer et admissis, prescriptas literas ipsius quondam Sigismundi Regis et omnia in eis contenta, omni prorsus vicio et suspicione carentes, presentibus literis nostris similiter patentibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmentatione aliquali , quoad omnes eorum continencias , clausulas et articulos omnino eattenus quatenus eedem rite et legitime existunt emanate acceptamus approbamus ac ratificamus ac easdem pro eisdem , ex certa nostre Maiestatis sciencia et animo deliberato perpetuo valituras innouantes roboramus presentis scripti nostri patrocinio mediante. Quas in formam nostri priuilegij redigi faciemus dum eedem nobis in specie fuerint reportate , harum nostrarum quibus secretum nostrum , quo vt Rex Hungarie vtimur est appensum , Vigore et testimonio literarum mediante. Datum Zcgedini feria sexta proxima post festum Beate priscc Virginis et martiris. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

CCXCIX.

Mátyás király Szeben városa s más erdélyi szászok panasza következetében, miszerint Gerendi Mihály öket és embereiket kereskedésökben a városból ki- és bezárhatásukban gátolva károsítja, Vingárti Geréb Jánosnak a legszorosabban megparancsolja, hogy levele vételével tüstént említtett Gerendi Mihály megszabolázására minden kellő intézkedést megtegyen s általa a szébeni és más szászoknak szenvedett káraikra névre teljesen eleget töltesse, úgy hogy azok többé a megtagadott igazság-kiszolgáltatás miatt hozzá folyamodni ne kénytelenítse-nek. Kelt Szegeden, január 19-dikén 1459.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Fideli nostro Egregio Johanni Gereb de Wyngarth Salutem et graciam. Exponitur nobis in personis vniuersorum Cinium et Inhabitatorum Ciuitatis nostre Cibiniensis nec non aliorum Saxonum parciarum nostrarum Transsiluanarum. Quomodo quidam Michael de Gerend ipsos eorumque bomines et conciues in proprijs personis et rebus ac bonis eorum impediret dampnificaret et molestaret, quamplures eciam Res et Bona eorumdem iam abstulisset, ipsosque et eorum alterum in pretacta Cuitate et mansionibus eorum ad necessarias eorundem negociaciones pacifice et sine impedimento exire et deambulare non permitteret, potentia sua mediante. In eorumdem preiudicium et dampnum manifestum. Vnde cum nos sicuti alias Regnicolas nostros sic non minus ipsos exponentes minus iuste et absque via Juris opprimi nolentes et dampnificari. Ideo fidelitati tue firmissime committimus, sic omnino habere volentes quatenus statim receptis presentibus eundem Michaelem de Gerend ab inquietacione eorundem Cinium et Saxonum nostrorum per om-

nia opportuna remedia ac eiusdem grauamina omnibus modis compescere et refrenare , de illatis quoque dampnis , Nocum- mentis et Iniurijs per ipsum et eius familiares ipsis Ciubus et Saxonibus nostris Irrogatis merj Juris et condigne satisfaccio- nis complementum adeo et in tantum facere et impendere de- beas. Ne ijdem Cives et Saxones nostri dampnificati pro abne- gata ipsis in hac parte Juris administracione nosre Serenita- tis aures amplioribus querelis cogantur propulsare. Et aliud non facturus, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum Beate Prisce virginis et martiris , Anno domini Millesimo quadringentesimo quinqua- gesimo nono.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCC.

Mátyás király az erdélyi szászok kérelmére királtságot ad nekiek, miszerint jövőben udrarnokai, védencsei és szolgái kö- zölf senkinek magok és lovaik számára élelmet szolgáltatni fizetés nélkül ne kötelezlessenek, kirévén azokat, kik saját megbí- zásából az ő tulajdon leveleivel ellátra utazandanak. Kelt Sze- geden, januárius 19-kén 1459.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie etc. Memo- rie commendamus per presentes quibus expedit vniuersis Quod nos ad humillime supplicacionis instanciam nostre Maiestati pro parte et in personis vniuersorum Saxonum parcium nostrarum Transsylvanianarum vbilibet commorancium porrectam eisdem id ex gratia nostra speciali et animo deliberato duximus annuen- dum et concedendum, imo annuimus et concedimus per pre-

sentes , vt a modo in posterum nullus omnino Aulicorum et Clientum vel nobis famulancinm ad quascunque partes de commissione vel sine commissione nostra , sine proprijs literis nostris deambulans pro sui vel eqnorum suorum vsu victualia sine precio et solucione habere et recipere exceptis vt prescribitur his qui de propria nostra commissione cum literis nostris proprijs missi fuerint et destinati valeant , et nec possint vigore et testimonio presencium nostrarum literarum mediante. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum Beate Prisce virginis et martiris. Anno domini Millesimo quadragesimo nono.

A szász nemzet szébeni levéltárából.

CCCI.

Mátyás király Szapolyai Imre deák és Szentpéterszegi Angyal sókamarai főispánoknak , azok alispánjainak és a rizaknai sókamara tiszteleinek megparancsolja , hogy az erdélyi hét szász szék lakosainak azon kitállságát, miszerint évenként háromszor , sz. György , sz. István király és sz. Márton napján , a rizaknai sókamarából saját szekereiken elégsges port söt vihetnek el , az atyja Magyarorsság kormányzója idejében dicatotzott szokás szerint szorosan tartás meg , hogy e miatt igazságos panasz többé hozzá ne jöjjön. Kelt Szegeden januar. 19-dikén 1459.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Egregijs Emerico Literato de Zapolya et Angyalloni de Zenthpetherzeg , Comitibus vniuersarum Camera rum Salium nostrorum , ac eorum Vice Comitibus , et Camera-

rijs Camere Salium nostrorum da Wijzakna , nunc constitutis et in futurum constituendis Salutem et graciam. Cum vt dicitur antiquis libertatibus legeque et consuetudinibus fidelium Saxonum nostrorum septem Sedium Saxoncalium parcium nostrarum Transsylvanarum requirentibus Ter in Anno videlicet in festiuitatibus beatorum Georgij martiris , Stephani Regis et Martini confessoris ipsis Saxonibus quotquod Currus eorum illuc venire contigerit Sales miliatos in dicta Camera de Wizakna sufficienter dare debeant et administrare. Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo in antea iuxta pretactas antiquas libertates legemque et consuetudinem pre fatorum Saxonum nostrorum secundum illum modum , prout tempore quondam Jobannis Gubernatoris genitoris nostri carissimi fuit obseruatum eisdem predictos Sales miliatos , loco et temporibus in prescriptis , sic dare debeatis et administrare, vt superinde decetero nobis ex parte prefatorum Saxonum non veniat iusta querela aliqualis. Et aliud facere nullo modo presumatis. Presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Zegedini feria Sexta proxima post festum beate prisce Virginis et martiris. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCCII.

Mátyás király Vizaknai Miklós és Kakas László szebeni polgároknak magok és a többi erdélyi szász kereskedők nevében tett kérelmére ezeknek minden a magyar királyuktól adott ki-vállságait megerősíti, s őket az erdélyi vajdák és alcajdák törvényhatósága alól kicévén, egyedül a hét és két szász szék bárói hatósága alá rendeli. Kelt Szegeden január. 19-dikén 1459.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc.
Memorie commendamus per presentes quibus expedit vnuer-

sis. Quod nostre Maiestatis venientes in conspectum fideles nostri Nicolaus de Wyzakna et Ladislaus Kakas de Cibinio, ipsorum ac aliorum vniuersorum Mercatorum Saxonum, parcium nostrarum Transsiluanarum nominibus et in personis, nostre humiliiter supplicarunt Maiestati, vt nos eosdem Marcatores, ac eorum successores, in ipsorum antiquis libertatibus conseruare dignaremur. Nos itaqne bumilimis supplicationibus antefatorum Nicolai et Ladislai per ipsos modo antefato in personis dictorum mercatorum nostre porrectis maiestati benigne exauditis, eosdem Mercatores Saxones predictarum parcium nostrarum Transsiluanarum, eorumque Successores vniuersos, in prescriptis ipsorum antiquis libertatibus gracijs, prerogatiuis et indultis consuetudinibus, ipsis vt presertur per dominos Reges nostros vtputa predecessores gracie concessis Irrefragabiliter tenere volumus et conseruare ac eosdem a Judicio et Judicatu Waiuodarum et Vicewaiuodarum parcium nostrarum Transsiluanensium predictarum presencium et futorum penitus et in totum eximentes et supportantes, Judicio et Judicatu, ac tutele et protectioni Judicum et Justiciariorum Septem et duarum Sedium Saxonicalium constitutorum vel constituendorum submisimus et anneximus, ymo eximimus et supportamus, submittimusque et anneximus vigore et testimonio presencium literarum nostrarum mediante. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum Beate Prisce virginis et martyris Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCCIII.

Dénes bibornok esztergomi érsek, János váradi, Albert csanádi püspökök, Bodó Miklós sejérvári prépost és korláttnoki titoknok, Gúthi Ország Mihály nádor, Rozgonyi Sebestyén erdélyi vajda, Rozgonyi János egykor erdélyi vajda, Paksi László és Lábathlani János székely ispánok, Hedertári Imre királyi udvarmester, Marczali vajda fia János somogyi főispán, Várdai Aladár főpohárnok, Losonczi Dezső fia László főtálnok mesterek, Herczeg Pál és Ónodi Czudar Simon kezességet vállalnak az iránt, hogy Mátyás király Alexandrina tescheni hercsegnő, Garai László özregyének és gyermekéinek Jóbnak és Annának tett és egy más levelében kifejezetten igéretét, — miszerint hűségnyilatkozatukban megnyugodva, nekik Hunyadi László megöletéseért teljesen megbocsát, öket és örököséiket birtokaikban megtartja és oltalmazza, nevezetesen pedig rohoncsi várughoz tartozó Kősszeg és Lanzsér váraikat Fridrik császártól, kinek kezén vagynak most, visszavévén, tölök nem tartóstatja el, --- szentül meg fogja tartani. Kelt Budán apirlis 19-dikén 1459.

Nos Dionysius Cardinalis, Archi Episcopus Ecclesie Strigoniensis Supremus Cancellarius Regius, Johannes Waradiensis, Albertus Chanadiensis Ecclesiarum Episcopi, Nicolaus Bodo Prepositus Ecclesie Albensis, Secretarius Cancellarius Regius; Item Michael Orzag de Gwth Regni Hungarie Palatinus, Sebastianus de Rozgon Wayuoda Trassilwanus, Johannes de eadem Rozgon alias similiter Wayuoda Transsilwanus, Emericus de Hedrehwara Magister Curie Regie, Ladislaus de Pakus, et Johannes de Labathlan Comites Siculorum, Johannes filius Wayuode de Marczali Comes Simigiensis, Aladarius de Varda Pincernarum, Ladislaus filius Desew de Losoncz Dapiferorum regalium magistri, Paulus Herczeg — — — — —

— — Zwdar de Olnod , notum facimus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis : Quod quia Serenissimus Princeps Dominus Dominus Matthias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Dominus noster naturalis graciosissimus, expertus de fide, fidelitate — — — — — industria Domine Allexandrine ducisse Thesnensis relicte, ac Magnifici Job, et puelle Anne filie condam Magnifici Ladislai Gara, alias Regni Hungarie Palatini , que ipsi eidem Domino nostro Regi perpetuo observare polliciti sunt, et promiserunt, omnem indignacionem, maliuolenciam et iniurias, quas ipse Dominus noster Rex ob mortem et necem Spectabilis ac Magnifici condam Domini Ladislai fratis sui — — — — — per condam Serenissimum Ladislaum Regem Hungarie etc. immediati predecessoris dicti Domini nostri Regis illatas, contra eosdem Dominam Allexandrinam , ac Job et puellam Annam conceperat, gerebat et pretendebat, eidem Domine Allexandrine , ac Job , et puelle Anne , mediantibus suis literis penitus simpliciter , ac sine omni dolo et fraude indulxit et remisit, preterea eosdem et suos heredes, ac ad ipsos pertinentes in omnibus castris Castellis, Ciuitatibus, Opidis, Villis, possessionibus et juribus possessionarijs eorum defendere et manutenere. Et quia castra eorum Kewzewg Langer ad pertinencias Castri Rohoncz nunc in manibus Imperatoris Romanorum habita et existencia, sub certis modis et conditionibus in dictis literis prefati Domini nostri Regis contentis ab iisdem Domina Allexandrina , ac Job , et puelle Anna non alienare, sed ipsis, et suis heredibus relinquere, ac in nullo alio quam bono et pacifico statu eorundem facere velle promisit, que in dictis literis eiusdem Domini nostri Regis expresse continentur , ideo — — — — — domino nostro Rege presentibus literis nostris , fide nostra christiana mediante promittimus , spondemus et pollicemur , vt idem dominus noster Rex promisisset omnia et quevis premissorum singula , que ipse prefate domine Allexandrine, ac Job , et puelle Anne ac eorum heredum — — — — — pertinencium suis literis — — — — — promisit, et pollicitus est, inuiolabiliter, amicabiliter , ac inconcusse et

firmiter obseruanda ; Nos quoque — — — — — nostris faciemus per eum obseruari ; et nos sine omni dolo et fraude obseruabimus presencium nostrarum litterarum — — — — — vigore , ac testimonio mediante. Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Georgij martijris Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Az anspachi levelek közöl a budai kincstári levéltárban.

CCCV.

Mátyás király Székely Mihálynak, Szentiványi Mikai Antal fiának, besztercsei várnagyának kérelmére alyjának Hunyadi János besztercsei örökös grófnak 1456. január 1-sején Tövisen kelt levelét, melyben említett Székely Mihály és He derfa István besztercsei várnagyainak 700 arany forint hátramaradt díjok fejében bizonyos besztercsei hását és tartozandóságát adományozta volt (Oklevéltár CCXXXVII. sz.) szóról szóra megerősítve az említettek és örököseik részére újra kiadja, s egyszersmind a Beszterce városa határában eső Csiger nevű pusztát is, mint a mely különben is az említett házhoz tartozandó volt, nekik adományozza. Kelt Budán junius 2-dikán 1459.

Relacio Johanis de Labathlan
Comitis Siculorum.

Nos Matthias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc.
Memorie comwendamus tenore presencium significantes quibus
expedit vniuersis , quod Fidelis Noster Egregius Michael Ze
kel filius quandam Anthonii Mijkaij de Zenthivan Castellanus
Castri nostri Bistriciensis nostre Maiestatis veniens in presen-

ciām exhibuit nobis et presentauit quasdam literas quondam
 Illustris principis domini Johannis de Hunyad Comitis perpetui
Bistriciensis Genitoris nostri carissimi Sigillo suo qno ut Comes
Bistriciensis vtebatur impendentī communitas, quibus median-
 tibus Idem quondam dominus Johanes Genitor noster pro fide-
 libus seruicijs eiusdem Michaelis Zekel ac Stephani de Heder-
 faija ac eciam pro ipsorum sallario puta septingentis florenis
 auri quibus eisdem obligabatur, quandam domum seu fundum
Beche vocatum in Ciuitate nostra Bistricensi habitum cum vni-
 uersis et quibuslibet vtilitatibus et pertinencijs, puta quibus-
 dam alijs domibus ipsi domui et fundo vicinantibus et eandem
 spectantibus alijs eciam cunctis vtilitatibus eisdem Michaeli
 Zekel et Stephano de Hdersaya ipsorumque heredibus et po-
 steritatibus vniuersis in perpetuum donasse dinoscitur tenoris
 nfrascripti, supplicans annotatus Michael Zekel nostre Maiestati
 in sua et dicti Stephani nominibus et personis humiliter et de-
 note, vt preattactas literas quondam domini Johannis Genitoris
 nostri ratas gratas et acceptas habere, litterisque nostris pri-
 uilegialibus verbotenus inseri facere ac eisdem ipsorumque
 heredibus et posteritatibus vniuersis perpetuo valituras con-
 firmare dignaremur, quarum quidem literarum tenor is est
 Nos Johannes de Hunyad stb. *szóról szóra mint a CCXX XVII*
sz. alatt. Nos itaque humillimis et deuotis supplicationibus an-
 notati Michaelis per ipsum sua et dicti Stephani de Hederfa
 nominibus et in personis nostre modo quosupra porrectis Ma-
 iestati, Regia benignitate exauditis, et clementer admissis
 prescriptas literas dicti quondam domini Johannis Genitoris
 nostri non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas pre-
 sentibusque literis nostris priuilegialibus de verbo ad verbum
 sine diminuione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes
 eorundem continencias clausulas et articulos eatenus quate-
 nus eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque ea-
 rundem veritas suffragatur, acceptamus approbamus et ratifi-
 camus easque et omnia in eis contenta pro prefatis Michaele
 et Stephano ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis
 innouantes perpetue valituras confirmamus presentis scrip-
 ti nostri patrocinio mediante. Nichilominusque consideratis fide-

litatibus et fidelium obsequiorum gratuitis meritis eorundem Michaelis et Stephani per eos primum Sacre huius Regni nostri hungarie Corone, expositque Maiestati nostre sub locorum et temporum varietate semper cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, prescriptum domum et fundum Beche vocatum in dicta Ciuitate nostra Bistriciense habitum simulcum cunctis eorundem vtilitatibus prescriptis, none nostre donationis titulo, ac eciam terram seu premium Chiger vocatum intra metas diete Ciuitatis nostre Bistriciensis habitum, que eciam alias ad dictum fundum seu domum Beche pertinuisse perhibetur, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet, memoratis Michaeli et Stephano ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato dedimus donauimus, contulimus ymmo damus donauimus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendum prout et habendum, saluo tamen iure alieno harum nostrarum quibus Sigillum nostrum secretum quo vt Rex Hungarie vtimur appensum est, vigore et testimonio literarum mediantibus. Datum Bude octauo die festi sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Besztercze városa levéltárából.

CCCV.

*Fridrik császár György, János és Zsigmond szentgyörgyi
és basini grófok címerét megkülönböztetett érdemeik, különö-
sen pedig Zsigmondnak a Mátyás elleni hadviseletben tanusi-
tott viéssége tekintetéből, egy a császárihoz egészben hasonló
koronával bővítvén, és nekik Magyarországon minden zászlós
urak felett, ide értve a nádort is, elsüséget tulajdonítván, en-
nek következtében megengedi, hogy pecsétjeikben veres viasz-
szal élhessenek. Kelt Bécsben junius 19-dikén 1459.*

Fridericus divina favente clemencia Romanorum Imperator
semper augustus Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Rex ac Au-
strie Stirie, Karinthie et Carniolie Dux, Dominus Marchie sclav-
onice ac Portusmaonis, Comes in Habsburg Tirolis Phirretis
et in Kyburg, Marchio Burgovie et Lantgravius Alsacie, Ma-
gnificis atque Generosis Georgio Johanni et Sigismundo Comi-
tibus Sancti georgij et Bwzin Consiliarijs nostris fidelibus di-
lectis Graciam Cesaream ac Regiam et omne bonum Magnifici
et Generosi fideles dilecti Quanquam omnibus nostris et Sacri
Romani Imperij et Incliti Regni nostri Hungarie subditis atque
fidelibus quibuslibet generalibus favoribus ad eorum comodum
et favorem procurandum ex Innata nobis pietatis clemencia
simus benigniter Inclinati Illos tamen nostre Cesarea et Regia
Maiestates singularibus favoribus prosequi consverunt, quo-
rum fides integritas evidentissimis et infallibilibus argumentis
coram nobis reipsa resplenduit eosque reddit nobis pre alijs
gratos et acceptos Sane attendentes illum integerrime fidelita-
tis fervorem quem ad nos et Sacrum Romanum Imperium ac
dictum Regnum nostrum Hungarie nec non Inclitam domum
nostram Austrie, Vos supranominati Georgi Johannes et Si-
gismunde hactenus semper habuistis atque gessimis, quemad-

modum de et super rerum experientia sufficientissime simus edocti, cum inter cetera vestre fidelitatis Merita hoc vnum perpetuo cordi teneamus Quod novissime tanquam status et honoris nostri Intimi zelatores nobis minime instantibus sed prorsus ignorantibus et Inscijs motibus vestris proprijs pro ampliori decore nostre Cesaree sublimitatis tociusque cristiane Religionis consolacione cum nonnullis alijs Spectabilibus Magnificis atque Nobilibus dicti Regni nostri hungarie proceribus Nos in Regem eiusdem Regni nostri Hungarie cum magna et Intima cordis affectione elegistis Et pro huiusmodi nostri Regalis honoris atque Auctoritatis conservacione Vos vna cum personis bonis et rebus vestris singulis obsequentissimos coram nobis liberalissime exhibistis Et consequenterque tu Magnifice et Generose Sigismunde hijs tuis persone et rebus minime parcendo integre et pure fidei costanca persecucionibus et potentia quorumcunque minime stupefactus pro repressione hostium ac rebellium nostrorum exterminio mortis periculum et quamcunque Jacturam non expavescens novissime hoc Anno tuis virtuosis, et virilibus Operibus ex animi et cordis tui Nobilitate et plurimorum Actuum tuorum militarium profecto Strenuitate provenientibus Egregie et Strenue Insignissimi et inpaivi Athlete et militis more adversus exercitum hostium nostrorum nostrum exercitum immensa multitudine longe excedentem cooperante Altissimo aciem belli animose confringendo et hostes nostros in fugam convertendo palmam et Victoriam gloriosi triumphi nostri nomine vt dicti nostri exercitus precipuus dux et Capitaneus laudabiliter obtinuisti prout id experimentaliter coram nostris Cesarea et Regia Maiestatibus plenissime comperimus in effectum. Vnde pro aliquali omnium premissorum gratitudine ac remuneracione non improvide sed animo deliberato sanoque nostrorum et Imperij Sacri et dicti Regni nostri Hungarie fidelium dilectorum ad id accidente consilio Arma Vestra hereditaria videlicet Scutum flaveum Stella aurei rubeique colorum et galea Torneamenti simili Stella in Summitate eiusdem cum operimentis et super Induuijs similibus aurei et flavei coloribus redimitis atque ador-

natis pro maiori domus et honoris vestrorum decore decrevimus quadam singulari Corona exornare Ita videlicet quod ex nunc in antea perpetuis temporibus supra Galeam scuti vestri Coronam auream precise ad modum Dyadematis Imperialis elevatam Arma hereditaria vestra circumdantem atque amplexantem cum fasciculo pennarum adinstar caude pavonis in cacumine corone collocato deferre possitis et valeatis Per hec Arma vestra huiusmodi meliorando quemadmodum ea in huiusmodi nostre pagine medio pictoris ministerio evidenter sunt et reperiuntur designata Statuentes et hoc edicto Cesarea et Regia auctoritatibus expresse decernentes , vt Vos vestrique descendentes nec non tota domus ac geneologia vestra atque singuli heredes et successores vestri legitimi dicta Arma sic meliorata atque decorata in omni exercicio militari tam in serijs quam in Jocis ac alias vilibet locorum deferre portare et gestare eisdemque perpetuis in antea temporibus frui et vti possitis et valeatis in omnibus et per omnia Impedimentis et contradiccionibus cessantibus quorumcunque. Et nichilominus ad vestrarum Virtutum multiplicia merita Cesaree et Regie consideracionis oculum accuracius dirigentes Matura super hec deliberacione prehabita et ex certa sciencia vobis Comitibus de Sanctogergio et Bwzyn prefatis prout id meritorum vestrorum laudabilis fama depositit ultra alios Spectabiles Magnificos et Nobiles dominos ac Comites atque Barones Regni nostri Hungarie predicti specialem preeminencie graciam facere volentes Romana Cesarea et Regia auctoritatibus ac plenitudine potestatis nostre prefatis Vos Comites Vestrosque heredes legitimos de lumbis vestrissimis descendentes presentes et futuros tanquam illos qui vetustis temporum decursibus pre ceteris Baronibus et Nobilibus Regni nostri pretacti de alto stipite Nobilium et antiquissimorum Comitum et Baronum existitis Non obstante quod aliqui forsitan Comites Barones et Proceres aut Nobiles alij pro tempore Regalium siue Reginalium signanter Palatinatus Wayuodalium et Banalium ac quorumlibet aliorum honorum Officiorum dignitatum seu Officiolatum inter Proceres et Officiales Regni nostri Hungarie aut alterius dignitatis ac preemi-

nencie sublimati forent Vos nichilominus dicti Regni nostri Hungarie Principaliores Excellenciores et preminenciores fecimus constituimus creavimus ereximus et insignivimus et presentibus generosius facimus constituimus, creamus erigimus et insignimus. Decernentes expresse et Romano Cesareo et Regio edictis firmiter statuentes ut Vos heredes Vestri singuli in dicto Regno nostro Hungarie huiusmodi sublimacionis excellencia preminencia et honore perpetuo vti et perfrui et ab omnibus dicti Regni nostri Prelatis Comitibus Baronibus Nobilibus et Proceribus ac quibuscunque alijs eiusdem Regni Regnicolis et Inhabitoribus vniuersis pro talibus haberi teneri et recipi Et ut tales bonorari estimari reputari et attolli debeatis omnibus modis contradiccione et Impedimento quorumlibet procul motis. Et rursum vobis et heredibus vestris totique domui et geneologie vestre prefatis in euidens argumentum huiusmodi vestrarum erectionis et preminencie gracie graciam et honori honorem adiicere volentes ut ex nunc inantea futuris et perpetuis temporibus in quorumlibet vestrarum literarum et Ciragroforum Sigillacione Cera Rubea vti et frui possitis et valeatis Auctoritatibus predictis vobis plenissimam concedimus Irreucabilem facultatem per presentes. Gaudeatis igitur Vos Comites predicti de presenti fauore Cesareo et Regio et de tante pietatis munere eciam vestre proles et posteritas exultent et tanto fideliori studio ad nostrum et Imperij et Regni commoda et honores vestra et liberorum vestrorum semper solidetur intencio quanto ampliori vos preuentos conspiciatis munere graciaram. Nulli ergo hominum licet hanc nostre decoracionis et Armorum exornacionis preminencie erectionis Insignicionis et potestatis collacionis paginam infringere, aut ei quoquis ausu temerario quomodolibet contraire sicuti nostram et Imperij sacri et Regiam Indignacionem grauissimam et Irrecuperabilem voluerint arccius euitare presencium sub nostri Imperialis Maiestatis Sigilli quo in presenciarum vtriusque videlicet Cesarea et Regia Auctoritate vtimur testimonio literarum. Datum Wiinne decimo nono die Mensis Junij Anno domini Millesimo quadringentesimo Quin-

quagesimo nono. Regnorum nostrorum Romani Vicesimo.
Imperij Octavo, Hungarie vero primo.

ad mandatum proprium domini
Imperatoris
Vlricus Weltzli Cancellarius
R-ta Vrbanus Reüter.

A budai kincstári levéltárkból.

CCCVI.

Mátyás király Pozsony városát annak levelére adott válasszánban tudósítja, miszerint azon levelében említett vádak ellenében, mellyekkel azt nemellyek előtte illeték, miután róla mirozzat sem hihetett, hűségnyilatkozatát szívesen vesszi; polgárainak külön levelében, mint kérte, áruikkal az országban szabad járhatást engedett, azon kikötéssel, hogy idegen kereshedőket magokkal ne vigyenek; írt továbbá Vankónak, hogy a várost és polgárait semmiben ne haborítsa, sőt inkább más háborgatók ellen oltalmazza, valamint a győri kapitányoknak is, hogy a leveleben említett helybeli foglyokat tüstént bocsássák szabadon; végre a város harminczadi kicáltságlevelének kért megerősítésére nézve megjegyzi, hogy Bodó Miklós fejérvári prépostot mint titkos korlátnokát bízta meg annak megerősítésével, mi helyt elő fog mutattatni. Kelt Budán julius 8-kán 1459.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Circumspecti Fideles nobis sincere dilecti. Literas vestras recepiimus et earum contenta clare intelleximus et vbi inter cetera scribitis non desuisse plerosque qui contra vos in conspectu nostre Maiestatis accusacionis verba fulminassent, sicuti supe-

MUNYADIAK KÖRA X. KÖT.

rioribus literis Nostris ad vos destinatis ita et presentibus dicimus vobis quod nos de fide et fidelitate vestra ad plenum confisi , quicunque sinistri de vobis credere non possumus, sed vestre fidelitatis oblacionem gratam suscipimus et acceptam habemus Securitatem et saluum conductum vt cum rebus vestris mercionialibus per hoc Regnum nostrum secure vblibet pacifice et libere proficiisci possitis et valeatis , per alias literas nostras vobis vti desiderastis concessimus , sed ne alienigenas mercatores et extraneos vobiscum ducatis districtius prohibemus. Scripsimus pro vobis Generoso Vankoni vt vos et vestros non impedit in aliquo , sed pocius dum oportunum fuerit eciam contra alios turbatores vobis iuuamine assistat. Capitaneis autem Jaurinensibus mandauimus mediantibus alijs literis nostris vt ipsi captiuos vestros, de quibus scribitis nobis perfecte statuant libertati. In eo vero quod literas vestras super Tricesima confirmari postulastis commisimus fideli nostro Reuerendo Domino Nicolao Bodo Preposito Albensi secretario Cancellario Nostro vt ipse dum huiusmodi litere in specie vt solitum est exhibite fuerint, easdem debeat confirmare. Nos enim sicut alias Ciuitates nostras liberas , ita et Ciuitatem nostram Posoniensem et vos in omnibus vestris iuribus et libertatibus volumus conseruare. Datum Bude dominico die proximo post festum visitationis beate Marie virginis Anno Domini millesimo quadragesimo quinquagesimo nono.

Kivülről : Circumspectis Judici Juratische Ciuibus et toti Communitati Ciuitatis nostre Posoniensis Fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levélárásból.

CCCVII.

Fridrik római császár, Magyarország stb. királya, Osztrákhon herczege stb. előre bocsátán, miszerint György cseh király neki magát írásban kötelezte, hogy azon esetre, ha a Hunyadi Mátyással általa folyamatba tett egyezkedés nem sikerülne, közelebbi szent Jakab napján seregével Pozsonynál személyesen síkra száll, és az ő Magyarországbba menetelen és megkoronázatásán hatalmasan munkálkodandik, s ha időközben Mátyással béke vagy segyverszünet nem kötthetnék, és ez az ő magyarországi, vagy azon kicélú birtokaira ütne, őt, általa felszólíttatán, tüstént segítendi, visszonyosan császári szavára igéri s fogadja neki, hogy az említett egyezkedés nem sikerültének esetére sz. Jakab napjára Pozsonynál személyesen táborba száll, és Magyarországbba vonulásának s megkoronázatásának ügyében maga részéről is minden elkövetend. Kelt Brünnben augustus 5-dikén 1459.

Wir Fridreich von gots gnaden, Römischer Kayser, Zuallen-zeiten merer des Reichs zu Hungern, Dalmacien, Croacien etc. König, Herzog zu Österreich, ze Steir, ze Kernnden, vnd ze Krain etc. Bekennen vnd tun kund offentlich mit dem brieue. Als vns der durchleuchtig Jörg, zu Beheim König etc. vnser lieber Swager, vnd Kurfurst, bey seinen kunigkleichen worten gelobt, versprochen, vnd gegen uns verschrieben hat, Ob die gutleich teding, so er mit dem Mathiaschen von Huniad zetun furgenomen hat, nicht ain en furganng gewunne, Daz er alsdann an verner aufschub mit seiner machtt im veld bey prespurg, auf sannd Jacobs tag im Snit schierstkunftigen in aigner person, sein, vnd den sacher vnser krönung, vnd des ingangs in das kunigreich Hungern, mitsambt vns mechtikleich nachge-en welle, also daz wir die Krönung, vnd herschung des be-nanten kunigreichs löbleichen emphahen vnd nemen. Ob auch

40*

der egenant Mathiasch, oder die so seins tails seinn, datzwi-schen khainen frid, noch anstellung der krieg aufnemen, oder die aufnemen, vnd nicht halten wolten, sunder auf vns, vnser, vnd der vnsern jnner oder ausserhalb des bemelten vnsers **kü-nigreichs** wonhaften herschefft vnd guter, mit machtt zie-hen, oder beschedigen würden, daz er vns alsdann, vann er von vns darumb wirdet angelangt, in aigner person, vnd mit machtt neben vnser person, wider denselben Mathiaschen vnd die seinn, all annder sein sach vnd geschefft hindangelegt beysteen sol vngeuerleich, als dann das in seiner frewntschaft brieue, vns darumb gegeben, begriffen ist. Daz wir seiner lieb, daentgegen bey vnsern kayserlichen worten zugesagt haben, zusagen vnd geloben auch wissenntlich mit dem brief, Ob die gutleichen teding als vor steet, nicht verfienge, daz wir alsdann an veiter aufschub mit unser aigner person vnd machtt, auf sannd Jacobs tag im Snit schierstkomenden in dem bemelten veld bey prespurg auch sein, vnd den sachen der kronung, vnd vnsers ingangs in das kunigreich Hungern, aufrichticleich mitsambt lm nacbgeen sullen vnd wellen treulich vnd angeuer-de, Mit vrkunt des briefs, Geben zu Brünn, an Suntag sannd Oswalds tag. Nach Kristi geburde im viertenhundert vnd newnvndfunzigisten, vnsers Kaysertums im achten, Vnsrer Reich, des Römischen im zwaintzigisten, und des Hungrischen im ersten Jarn.

Commissio domini
Imperatoris in consilio.

A csász. kir. titkos levéltáról.

CCCVIII.

Fridrik római csásszár, Magyarország stb. királya, osztrák herezeg stb. György cseh királynak maga s magyar királyi utódjai nevében igéri és magát császári szavára kötelezi, hogy, ha György segítségével egyezés vagy erőhatalom után a magyar királyság birtokába jövend, neki, vagy kinek rendelendi, Magyarország felejövedelmét három egymás után következő érben ki fogja szolgáltatni, igérvén hogy ezen kötelezettségét megkoronázatása és a magyar királyság birtokába vétele után mint megkoronázott király megújítandja, és a jelen ironányt kicserélendi. Kelt Brünnben augustus 5-kén 1459.

Wir Fridreich von gots gnaden Römischer Kayser, zu allen-zeiten Merer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Croatiens etc. kunig, Herczog zu Österreich, zu Steir, zu Kernden vnd zu Krain, Graf zu Tirol etc. Bekennen fur Vns, vnser Erben vnd nachkommen, Kunigen ze Hungern, vnd tun kund öffentlich mit dem hrief Daz Wir dem Durleuchtigen Jorgen zu Beheim Kunig etc., vnserm lieben Swager vnd Kurfursten zugesagt haben vnd geloben Im auch bey vnsern Kayserlichen worten, wissentlich mit dem brief, Wann Wir durch sein hilf vnd bei-stannd, es sey mit teding, oder macht zu der kronung vnsers kunigreichs hungern, vnd in desselben vnsers kunigreichs herschung kommen, daz Wir alsdann seiner lieb, oder wem er das beuilst, schuldig seinn, drew Jar nachstnacheinander ko-mend, halben tail aller nütz vnd rennt des benanten vnsers kunigreichs Hungern vngehindert, volgen ze lassen, Wir wellen Im auch, diese verschreibung, wenn wir gekrönt, vnd in die Herschung desselben vnsers kunigreichs kommen seinn vernewen vnd jnantwurten, als gekronter kunig, Also daz Vns die gegenwärtig vnser verschreibung daentgegen widerge-anwurt werde, alles treulich vnd vnguerlich. Mit vrkund des

Lriefs , Geben zu Brünn an Suntag sannd Oswalts tag. Nach Kristi gepurde im vierzehenhundert vnd newnundfunzigisten, vnser Kaysertumbs im Achten, vnd vnserr Reich des Römischen im zwanzigsten vnd des Hungrischen im Ersten Jaren.

Commissio domini
Imperatoris in Consilio.

A csász. kir. titkos levéltárból.

CCCIX.

Fridrik római császár, Magyarország stb. királya, osztrák herczeg stb. György cseh királynak maga és magyar királyi utódjai nevében igéri s magát császári szarára kötelezi, hogy, ha György segítségével egyezés vagy erőhatalom után a magyar királyság birtokába jövend, a három év elteltével, mellyben a magyarországi jövedelmek fele részét neki lekötelezte, neki életidejére a magyarországi sókamarák jövedelmét átengedi, vagy e helyett évenként 60,000 magyar arany forintot fizet; mit ha elmulasztana, György azt az említett jövedelmekből maga kivehesse; igéri egyszersmind jelen kötelezettségének megkoronázatása utáni megújítását és kicserélését; mit ha nem tenne, Györgyöt az évenkénti 60,000 aranynak, akár a magyar királyságból, akár más örökösi tartományaiból kivételere felhatalmazza. Kelt Brünnben augustus 5-kén 1459.

*Wir Fridreich von gots gnaden, Romischer Kayser Zuallen-
czeiten merer des Reichs, zu Hungern, Dalmacien, Croacien etc.
Kunig, Herzog ze Österreich, ze Steir, ze Kernnden, vnd ze
Krain, Graue ze Tirol etc. Bekennen sur vns, vnser erben, vnd
nachkommen, kunig zu Hungern, vnd tun kunt offentleich mit
dem brieue. Daz wir dem durchleuchtigen Jorgen, zu Beheim*

kunig etc., vnserm lieben Swager vnd kurfursten, zugesagt haben, zusagen vnd geloben Im auch bey vnsern kayserlichen worten, wissentlich mit dem l rieue, Wann wir durch sein hilff vnd beystannd, es sey mit teding, oder machtt, zu der kronung unsers kunigreichs Hungern, vnd in desselben vnsers kunigreichs herschung kommen, Daz wir alsdann nach ausgang der dreyer Jar, nagstnacheinander komenden, darjnn Im halber tail, aller nutz vnd Rennt, des benanten vnsers kunigreichs Hungern, vngehindert volgen sol, seiner lieb, oder wem er das beuilst, schuldig seinn, sein Lebttag die nutz vnd Rennt, so von der Saltzkamer des bemelten vnsers kunigreichs vallen, Oder dasfur ierlich auch sein Lebttag als vor steet, von den nutzen vnd Rennten, des benanten vnsers kunigreichs Sechzig tausent guldein Vnger vnd ducaten, vngehindert volgen zelas- sen, der er von denselben nutzen vnd Rennten, vnd dem ku- nigrich zu Hungern, ob Im darjnn vertzogen wurde, selbs bekomen, vnd nemen mag. Wir wellen Im auch dise verschrei- bung, wann wir gekront, vnd in die herschung desselben vn- sers kunigreichs kommen seinn, vernewen, vnd inantwurttten, als gekronter kunig, also daz vns die gegenwurtig verschrei- bung, daentgegen wider geantwurt werde, vnd ob wir Im dise verschreibung, als gekronter kunig, nicht vernewnten, vnd inantwurttten, so mag er der bemelten Sechzig tausent guldein, ierlich als vor begriffen ist, von demselben vnserm kunigreich, vnd anndern vnsern erbleichen Lannden vnd Furstentumben bekomen, vnd nemen, treulich, vnd angeuerde, Mit vrkunt des briefs, Geben zu Brunn, an Suntag, sannd Oswaltstag. Nach Kristi gepurde, im Viertzehenhundert, vnd Newnundfunftzigisten, Vnsers kaysertums im Achten, Vnserr Reich, des Römischen im zwaintzigisten, vnd des hungrischen im ersten Jaren,

Commissio domini Imperatoris in consilio.

A cs. kir. titkos levéltáróból.

CCCX.

A budai káptalan bizonyását tesz arról, hogy előtte Miklós, a budai alhévízi szent Erzsébet ispotályának igazgatója, néhai Tamási János vajda fia László övezegyének, néhai Csáki Miklós vajda leányának, Ilonának nevében a szekszárdi convent ügyvédvalló leveleivel ellátra megjelencén, elismerte, mennyerint Csáki Ferencz nerezett Ilonának menyasszonyi ajándoka és negyedjoga fejében Palóczi László ország bíró levele szerint 350 forintot az ő kezéhez lefizetett, miről őt az említett ügyvédi vállomás erejénél fogva megnyugtatja. Kelt september 1-sején 1459.

Nos Capitulum Ecclesie Budensis memorie commendamus, quod honorabilis Dominus Nicolaus Rector Hospitalis Beate Elisabethae de calidis aquis inferioribus Budensibus, pro magnifica Domina Elena reicta quondam Magnifici Ladislai filij quondam Johannis Woyuode de Thamassy filia videlicet quondam Magnifici Domini Nicolai Woyuode de Chijak cum procuratorijs literis Conventus Ecclesie Sexardiensis coram nobis personaliter constitutus proposuit et sponte confessus est in hunc modum. Quod quia Magnificus Dominus Franciscus de Chijak iuxta continencias literarum Magnifici Domini Comitis Ladislai de Palocz Judicis Curie Fassionalium et Obligatorialium in facto dotis, ac rerum paraphernalium, necnon Jurium quartaliorum ac cunctarum rerum et Bonorum mobilium et immobilium eidem Domino Nicolao Rectori Hospitalis nomine et in persona dicte Domine Elene leuando trecentos et quinquaginta fiorenos Auri promptis cum florenis dedisset ac soluisset. Ideo ipse super solucionem huiusmodi trecentorum et quinquaginta fiorenorum Auri prefatum Dominum Franciscum de Chiak quietum expeditum atque per omnia satisfactum reddidisset ac commisisset. Imo virtute procuratoriarum prenotatarum reddidit ac commi-

sit coram nobis harum nostrarum vigore et Testimonio literarum mediante. Datum in festo beati Egidij Abbatis Anno Domini Millessimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono.

Somlyai Báthori István erdélyi vajda 1572-dik évben kelt átiratából.

CCCXI.

Mátyás király Bihar, Szathmár, Szabolcs és Kraszna megyének megparancsolja, hogy, miután ők némelly kebelökbeli nemesektől engedelem és a szokott földdíj letétele nélkül megszökött és Debreczen városában a helybeli előjárók tudtán és akaratján kívül megtelcedett jobbágyokat erőszakkal haza vittek, mialattok némelly debreczeni polgárokat letartóztattak és megkároztottak, — ez pedig az említett város szabadalmai sérelmével történik, — ezt jövendőre tenni ne merésszeljék, hanem illy esetekben az említett város tanácsától kivánjanak igazzássolgáltatást, mi iránt az említett várost megintette. Kelt Budán september 24-dikén 1459.

Matthias Dei Gratia Rex Hungarie Dalmacie Croatie etc. Fidelibus nostris, universis et singulis Nobilibus et alterius aliquujus status possessionatis hominibus Comitatuum Bihariensis, Zatthmariensis de Zabolch et de Krazna. Salutem et Gratiam. Certa relatione intelleximus, quod plerique essent jobbagiones vestri, et alterius vestrum in illis Comitatibus, qui propter eorum quadam impedimenta, non habita licentia, nec justo terragio deposito, sed clandestine ad Civitatem nostram Debreczen non de voluntate nec scitu Fidelium nostrorum Judicis, Juratorum, ceterorumque civium dicte Civitatis nostre Debreczen venirent moraturi, quosque vos tandem contra libertatem dicte Civitatis nostre Debreczen per quondam Serenissimos Reges

predecessores utputa nostros eisdem factam de eadem Civitate nostra universos ad pristina eorum habitacula velle adducere, et ob eam rem nonnullos ex ipsis Civibus vel in personis detinentes, vel in rebus damnificaretis, quod non solum in damnum Regni nostri, verum potius in desolationem dicte Civitatis nostre cedere videtur manifestum. Unde Nos volentes prefatam Civitatem nostram Debreczen in huiusmodi libertatibus conservare. Fidelitati vestre, et cuiuslibet vestrum, harum serie firmiter commitimus, et mandamus aliud habere nolentes, quatenus acceptis presentibus a modo in posterum omnes tales jobbagiones vestros seu alterius vestrum, qui non habita licentia, nec de voluntate prefatorum dicte Civitatis nostre, judicis et juratorum ad eandem Civitatem nostram furtim moraturi venerint, eosdem contra formam premissae libertatis dicte Civitatis nostre ad pristina eorum habitacula commorandi gratia iterato ducere non presumatis, nec propterea ipsos Cives nostros in personis detineatis aut in rebus damnificare debeatis, sed ex parte talium jobbagionum vestrorum furtive ut dicitur recessorum ab eisdem Judice et Juratis Civibus dicte Civitatis nostre judicium et justitiam petatis, quibus commissimus, ut ipsi vobis et unicuique vestrum ex parte talium jobbagionum vestrorum modo premisso recessorum Judicium et Justitiam exhibeant, dictante Juris equitate. Secus non facturi. Presentibus perfectis Exhibenti restitutis. Datum Bude feria quinta proxima ante festum Beati Michaelis Archangeli Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Egy régi másolatból a Szabolcs megyei levéltárban.

CCCXII.

Mátyás király meghagyja Pozsony városának, hogy Nezideri Hanuskónak, kit némelly dolgok elintézése végett hozzá küldött, mindenben teljes hitelt adjon. Kelt Budán december 28-dikán 1459.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis sincere grateque dilecti. Misimus ad vos fidelem nostrum Generosum Hanuskonem de Newsiedel cui commisimus fidelitatibus vestris nonnulla nostra negocia referre. Committimus itaque eidem vestre Fidelitati firmiter quatenus dictis et relatibus ipsius Hanuskonis plenam et indubitatam fidem credencie adhibere debeatis. Et secus non facturi. Datum Bude in festo Sanctorum innocencium martirum Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Kivülről : Prudentibus et circumspectis Judici Juratis certisque Civibus et toti communitati Civitalis Posoniensis fidelibus nobis sincere grateque dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXIII.

Mátyás király a közte és Fridrik csázzár közt Brünnben Podiebrád György cseh király által kötött fegyverszünetet helybenhagyja, és megerősíti. Kelt Budán nap kitétele nélkül 1459.

Nos Matthias Dei gratia Hungarie etc. Rex Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis : quod nos dispositionem illam et inductionem et pronunciationem induciarum belli , quas nuper Brunne Serenissimus Princeps Dominus Georgius Rex Bohemie, Pater noster carissimus inter nos ac Dominum Fridericum Romanorum Imperatorem presentibus Oratoribus utriusque partis et de consensu eorundem fecit et interlocutus est, ac alia omnia , que in literis ipsius Domini Regis Bohemie desuper confessis continentur, quoad omnes clausulas et articulos rata et grata habuimus et habemus, eisdemque nostrum consensum prebuimus, promittentes ea in verbo Regis et fide bona tenere firmiter et observare. Harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum (Bude, Annorum Domini etc. LIX^o).

Palacky közléséből.

CCCXIV.

Horogszegi Szilágyi Mihály Besztercze örököse grófja, Erdély kormányzója, a földvári nemeseknek megparancsolja, hogy a szebenieknek, — kiket, mint panaszukból értesült, minap, midőn a Buza városában rásárról visszatértek, segyveresen negrohantak, és közölök kettőt elfoglán, börtönbe vetettek, az általok megöletettként két emberért vérdíjt is csíkarván tölök, — totálbi háborgatásával és senyegetésével hagyjanak fel, okozott káraikért tegyenek eleget, ellenköveteléseiket pedig a szebeni tanács előtt keressék. Kelt a diódi várban apriilis 10-kén 1460.

Michael Zilagy de Horogzeg, Comes perpetuus Bistriciensis ac partium Transsilvanarum Gubernator, Nobilibus in possessione fewldwar commorantibus Salutem et dilectionem. Querellam Prudentum Judicis et Juratorum Civitatis Cibiniensis recepimus continentem, quod vos hijs proxime transactis temporibus nescitur quo ducti spiritu, ipsis cum Rebus et bonis eorum de Nundinis tunc temporis in Oppido Bwza celebratis, versus propria remeare volentibus, potentialiter ac manibus armatis in eos irruentes, duos eorum Consocios per vos captos, diris vinculis incarceratos, alios autem unacum ipsorum Rebus et Bonis impellentes, prefatos autem duos eorum consocios de ipsorum vinculis pecunialiter redimendi coacti sunt. Qui quidem Cibinienses Innoxij antequam se impelli permisissent, duobus e vestri medio interfectis, quorum homagia prefati Cibinienses etiam compulsi exolverunt, hys non contentj eisdem Cibiniensibus dietim minas et molestias minus juste imponeretis. In ipsorum detrimentum et dampnum valde magnum. Super quo vobis Auctoritate nostra Gubernatoris firmiter committimus et mandamus, aliudque habere nolentes, quatenus de Injuriis ac dampnis per vos ut prefertur eisdem Cibiniensibus minus juste illatis, satisfacientes, ipsosque a modo deinceps nullo modo im-

pediatis , sed eosdem cum eorum Rebus et Bonis in ipsorum progressu libere pacifice et sine aliquali impedimento transire et reverti permittatis et permitti faciatis. Si quis autem quidquid Actionis contra eosdem Cibinienses aut eorum alterum haberetis , Id coram Sede Cibiniensi legitime persequamini, Ex parte quorum Juris complementum vobis exhiberi debebit. Seclus facere non ausuri, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum In Castro nostro Gyod In magna quarta feria, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCCXV.

Mátyás király Rozgonyi János erdélyi vajdát és tárnochmestert, Rozgonyi Osvát és Rajnald székely ispánokat, a Tata várrosában levő sz. Péter apátságának pártfogójává nevezi ki, ezen egyháznak öt mint királyt illető pártfogói jogát rájok átruházrán, de egyszersmind öket minden ezen jog határán túl teendő lépéstől eltiltván. Kelt a serkei tár alatti táborban september 21-dikén 1460.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croatie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod nos cui ex suscepta Regalis fastigij cura interest, utilitatibus Ecclesiarum intendere, circumspecta consideratione meditantes curam, sollicitudinem, et diligentiam, quibus fideles nostri Magnifici Johannes de Rozgon Vaivoda Transilvaniensis et Magister Tavernicorum nostrorum, ac Rainoldus de Eadem Rozgon et Osvaldus similiter de Eadem Rozgon Comites Siculorum nostrorum circa provisiones Ecclesiarum, quarum Patronatu funguntur, invigilant et intendunt, illo

etiam respectu , quod Abbatia Ecclesie Beati Petri Apostoli in Oppido Tatha vocato in Comitatu Comaromiensi existenti fundate Bonis et Possessionibus prefatorum Johannis, Rainold et Oswaldi proxima est , et exinde utilis defensio Bonorum Eiusdem Ecclesie haberi potest , Jus Patronatus Ejusdem Ecclesie, quod nostra Majestas in Eadem Ecclesia habuit, et habet, simul cum omni protectione et tutela ejusdem in ipsos Johannem, Rainoldum et Osvaldum duximus transferendum , atque Idem Eisdem de nostre Regalis potestatis plenitudine conferimus, Annuentes et concedentes eisdem Joanni , Rainoldo, et Oswaldo de dicta Rozgon , ut a modo imposterum , et ut antea , vita Eorum Comite , quotiescumque Eandem Abbatiam de Jure vacare contigerit , toties Idoneum Abbatem ad Eandem Eligere, ac illi cuius interest confirmandum presentare valeant , atque possint , volentes tamen , ut hoc pretextu Jdem Joannes Rainoldus et Osvaldus ad Bona prefata — — — — — vel aliquod Jus ultra, quam Patroni habere debent , et conservurunt , sibi ipsis vindicare non presummant quovismodo imo transferimus, conferimus et concedimus vita eorum comite tenendum, et habendum Salvis Juribus alienis. Harum Litterarum nostrarum, quibus Sigillum nostrum Secretum, quo ut Rex Hungarie utimur est appressum vigore et Testimonio mediante. Datum in descensu nostro exercituali , sub fortalicio Serke in festo Beati Mathei Apostoli et Evangeliste. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Czech János közléséből.

CCCXVI.

Horogszegi Szilágyi Mihály, Besztercze örökösi grófja, Erdély kormányzója, macsói bán és az alsó részek főkapitánya, János váradi és másik János pécsi püspökök pecséteivel is megerősített levelében biztosítja Alexandrina tescheni hercegnőt, Garai László nádor ösvegyét, és gyermekait Jóböt és Annát, miszerint az atyjokkal hajdan kötött baráti szövetségről megemlékeszre, öket jószágaikban és jogaiukban bármilly állásuk bel- vagy külföldi megtámadóik ellen haláláig híven védi, egyszersmind saját jószágaiba, házaiba, váraiba nekik mindenkor szabad jövetelt, menetel és időzést biztosít. Kelt Siklóson october 6-dikán 1460.

Nos Michael Zilagij de Horogzegh Comes perpetuus Bistri- ciensis Gubernator Transsiluanus Banus Machouiensis et par- tium inferiorum Regni Hungarie Capitaneus Generalis etc. Memorie commendamus per presentes quod nos reuocantes in memoriā amiciciam et confederacionem cum Magnifico domino Ladislao de Gara Regni Hungarie Palatino per nos habitam, Considerantesque post mortem eius Illustrem dominam Alexandrinam ducissam Thesnensem relictam et Job filium ac Annam filiam eiusdem ipsos et bona ac Jura eorundem in varijs esse periculis et necessitatibus constituta, moti pietate et priorum inter nos obligacionum respectu constituimus et delibera- uimus in animo nostro absque omni hesitacione promisimusque eisdem remota omni fraude et dolo ipsos et honorem necnon bona eorum et Jura predicta familiarumque pariter et adhe- renium suorum cum omni fraternitatis sinceritate pro posse nostro vita nobis comite protegere et conseruare, nulliusque hominis cuiuscunque generis seu condicionis aut dignitatis existat, gracia seu intuitu ea pretermittere negligere ac differ- re, sed eisdem aduersus quoscunque turbatores seu impeditores

tam alienigenas quam indigenas absque aliqua tergiuersacione seu recusacione cum capite et omnibus bonis nostris assistere et opitulari , et fraternitatis huius inter nos contractum ad nullas vnquam malignorum susurraciones seu murmurationes re-scindere perpetuo valiturum. Assecuramus preterea eosdem vt in bonis seu domibus et castris nostris absque vlla suspicione li-beram habeant et fraternalem per omnia veniendi commorandi et abeundi tamquam in suis proprijs vibilitet facultatem , familia-resque et subditi nostri eidem obedient tamquam nobis. Que omnia ita vt superius scriptum est tenere et firmiter observare fide nostra christiana qua potuerimus fortiore spopondimus et spondemus presencium literarum nostrarum nostro et pro rei testimonio Reuerendorum in christo patrum ac dominorum Johannis Episcopi Waradiensis et alterius Johannis electi confir-mati Ecclesie Quinque ecclesiensis Sigillis munitarum vigore mediante. Datum in Soklos feria secunda proxima ante festum Dyonisij Episcopi , Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo.

A budai kamara levéltárából.

CCCXVII.

Mátyás király részint kincstartója Szapolyai Imre aján-lására , részint azon érdemek tekintetéből , mellyeket Dolhai Ambrus atyja Hunyadi János herczeg , Besztercze örökösi gróf-ja , később pedig ő maga s a szent korona irányában szerzett , megengedi , hogy saját birtokában , Dolhán Mármáros megyében egy köházat építthessen , és azt más birtokai gyanánt szabadon használhassa . Kelt Eperjesen november 11-dikén 1460.

Commissio propria domini Regis
Laurencio literato referente.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc.
Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus

expedit universis Quod nos tum ad humilime Supplicationis instantiam fidelis nostri Magnifici Emerici de Zapolija Thezaurarij per eum pro parte fidelis nostri Egregij Ambrosij de Dolha nostre propterea porrecte Maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus seruicijs einsdem Ambrosij per eum primum condam Illustri principi domino Johanni Comiti perpetuo Bistricensi Genitori nostro carissimo tandemque Maiestati nostre et Sacre huius Regni nostri Hungarie Corone Juxta sue possibilitatis exigenciam sub locorum et temporum varietate fideliter exhibitis et impensis eidem Id ex gratia nostra speciali duximus annuendum et concedendum, ymo Annuius et concedimus presencium per vigorem ut ipse in possessione sua Dolha predicta, in Comitatu Maromorosiensi existente et habita, vbi sibi conuenientius videbitur, vnam domum lapideam construiri et edificari facere, constructamque et edificatam Ipse et sui heredes vniuersi Jure perpetuo et irreuocabiliter instar aliorum Jurium suorum possessionariorum tenere et possidere valeant atque possint. Salvo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Eperijes in festo beati Martini Episcopi et Confessoris Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo.

Az eredetiböl.

Nevezetesebb nyomtatási hibák.

4. l. 4. s. a. *idem Domini* olv. *iisdem Domini*.
28. l. 3. s. a. *defensu* olv. *descensu*.
38. l. 16. s. f. *M. CCCCXXIX.* olv. *M. CCCCXXXIX.*
77. l. 3. s. f. *magnificatus* olv. *magnificatur*.
91. l. 1. s. a. *fuerit* olv. *fueris*.
106. l. 2. s. a. *kezével* olv. *kezéveli*.
111. l. 3. s. a. *impedimur* olv. *impendimus*.
168. l. 4. s. a. *te* olv. *et*.
176. l. 12. s. a. *ivotum* olv. *votivum*.
218. l. 5. s. f. *singularumque* olv. *singularemque*.
221. l. 11. s. a. *Judici* olv. *Judicis*.
285. l. 10. s. f. *Ortans* olv. *Orans*.
314. l. 9. s. f. *abes* olv. *aber*.
334. l. 9. s. a. *amicabiliter* olv. *amicabilibus*.
333. l. 7. s. f. *általok* olv. *általa*.
364. l. 15. s. f. *fidelitate* olv. *fidelitati*.
372. l. 2. s. a. *mertionalibus* olv. *mercimonialibus*.
377. l. 18. s. a. *et* olv. *ut*.
387. l. 13. s. a. *városátsze-*, mi olv. *városát*, misze —
397. l. 11. s. f. *secus* olv. *penes*.
„ 13. s. f. *quod* olv. *quem*.
414. l. 15. s. a. *vicininis* olv. *vicinis*.
440. l. 18. s. a. *Budán* olv. *Bécsben*.
442. l. 2. és 3. s. f. *quicudam* olv. *quibusdam*.
469. l. 4. s. f. *peperit* olv. *pepercit*.
486. l. 19. s. a. *Principis* olv. *Principi*.
„ 17. s. a. *Genitricis* olv. *Genitrici*.
487. l. 18. s. a. minden itt olv. mindenütt.
504. l. 11. s. a. *idem* olv. *idem*.
„ 9. s. a. *Petrus progenitores* olv. *Petrus ac progenitores*.
512. l. 3. s. f. *vobis* olv. *nobis*.
516. l. 15. s. f. *ei* olv. *et*.
587. l. 4. s. f. *attractum* olv. *attractum*.
68. l. 12. és 13. s. a. *eman-n tas* olv. *emanatas*.
614. l. 11. és 12. s. f. *consvedinem* olv. *consuetudinem*.
„ 14. s. f. *t nostri* olv. *nostri*.
633. l. 13. s. a. 24. olv. 27.
-

This book should be returned to
the Library on or before the last date
stamped below.

A fine is incurred by retaining it
beyond the specified time.

Please return promptly.

AN 11/3/77
4127034

2044 100 888 387